OTECA NAZ.
arlo Emanuele III
X
G
24
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON POLEMICUM,

IN QUO

Potiorum Hæreticorum vita perſtringitur, omnes contrà fidem errores colliguntur, Dei verbo ſcripto, vel tradito, Conciliorum auctoritate, & rationibus breviter reprobantur;

INSERTA

Conciliabulorum omnium, Schiſmatum, & Controverſiarum, quæ ad Eccleſiaſticam hiſtoriam pertinent, notitiâ;

Additâ demum pro Operis complemento Bibliothecâ Polemicâ.

AUCTORE

D. JOANNE SIANDA

A' MONTEREGALI

Congregationis S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis.

TOMUS SECUNDUS.

Coll. Neapolit. Catal. adscript.



Societ. Jesu pro Bibl. Com. Anno 1735

ROMÆ, Apud Raphaelem Peveronum MDCCXXXIV.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

L E X I C O N
POLEMICUM.

III. MACARII. Nuncupari voluerunt Manichęi, etiam Macarii, quod idem ſignificat ac Beati. Ex Baronio, anno 277.

VII. MACARIUS hæreticus obſtinatæ cervicis, Epiſcopus Antiochenus, vixit poſt medium ſeculi ſeptimi, circà annum 677. Monothelitarum errores cum acerrimè propugnaret, à Romanis Pontificibus impugnatus, contrà eoſdem linguam acuit. In Concilio ſexto generali Conſtantinopoli celebrato, coràm Imperatore Conſtantino Pogonato, anno 687. audacter Monotheliſmum profeſſus, declaravit potiùs ſe mori paratum, quàm ſenſum mutare juxta Romanam fidem, quæ duas in Chriſto voluntates, & operationes agnoſcit: quapropter tanquam anathema à ſuâ ſede depoſitus eſt, & Theophanes Siculus in ejus locũ ſuffectus; Macarius autem in Monaſterio incluſus, ibidem deceſſit. . R. verbo *Monothelitæ*. Agit de Macario Concil. 6. Gen. ſupracit.

VII. MACEDONIUS ANTIOCHENUS, ſucceſſit Anaſtaſio Tertio, hæretico Monothelitæ in ſede Antiochenâ, pariter Monothelitarũ hæreſis defenſor acerrimus, ob quam, Martino Primo Romano Pontifice, fuit excommunicatus anno 649. Ex Genebrardo.

IV. MACEDONIUS CONSTANTINOPOLITANUS, de quo differit Sozomenus, ille eſt, à quo Macedoniani hæretici nomen ſortiti ſunt, vixit circà medium ſeculi quarti. Cum eſſet Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus, ab Arianis Epiſcopus eligitur contrà Paulum legitimum Antiſtitem, Catholicorum votis, Alexandro ſanctitate conſpicuo, ſuffectum. Ex biſariâ electione orta eſt inter Arianos, & Catholicos cõtentio, in quâ plures interempti; nihilominus, favore Conſtantii Imperatoris, Macedonius contrà Paulum prævaluit, qui potiùs tyrannum, quàm Epiſcopum agere viſus eſt: propter hanc, aliiſve de cauſis, cum à Conſtantii gratiâ Macedonius decidiſſet, ne Cathedram amitteret, Semi-Arianis ſe adjunxit, & novę hæreſis contrà Spiritum ſanctum coryphęũ ſe exhibuit, cujus ſectatores dicti ſunt *Pneumatomachi*, quod idem ſonat, ac *Impugnatores Spiritus ſancti*, contrà quos S. Athanaſius tunc in deſerto degens, à Serapione Epiſcopo admonitus, ſtatìm calamum acuit. Dicti ſunt etiam *Maratonienſes*, à quodam *Maratone*, qui ſuis divitiis Macedonianam hæreſim, plusquàm prædicatione, dilatavit. Damnationem retulerunt Macedoniani in Synodo Alexandrinâ anno 362. Item in Synodo Illirici anno 367. In Synodo Romanâ ſub Damaſo Papa. Aſſerebant Spiritum ſanctum eſſe creaturam, & Dei miniſtrum, Angelis quidem excellentiorem. R. verbo *Ayras, Aetiani*, ubi Divinitas Spiritus ſancti propugnatur. Inſuper Joann. 4. verſ. 24. legitur: *Spiritus eſt Deus*. Item Act. cap. 5. verſ. 3. *Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto? Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Demùm omnes operationes Divinæ competunt Spiritui ſancto, quales ſunt ſanctificare, creare, eſſe ubique, ut in ſacris literis frequenter habetur, quod ſtatìm probabimus. Nec valet dicere cum Macedonianis, Spiritum ſanctum, hæc omnia agere tanquam miniſtrum Dei; legimus enim

primà ad Corinth. cap. 12. *Hæc autem omnia operatur unus atq; idem ſpiritus, dividens ſingulis prout vult*; ſed miniſter non facit prout vult, ſed juxtà voluntatem ejus, cui miniſtrat, ergo &c. Scripſerunt contra Macedonium S. Baſilius, S. Gregorius Niſſenus, & S. Ambroſius. Plura contra Macedonianos noviſſimè ſcripſit Natalis Alexand. ſeculo 4. diſsertat. 43. ubi etiam Macedonianas objectiones refellit. Cum verò confiteri Spiritum ſanctum eſſe Deum, unum ſit ex præcipuis fidei Orthodoxæ articulis, ideò fortiùs reprobantur Macedoniani. Primò ex ſcripturis ſic. Spiritui ſancto Divina conveniunt attributa: V. G. æternitas, immenſitas, ſapientia, & ubiq; præſentia: juxta illud Sap. 1. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*. Pſal. 138. *Quò ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam*? convenit omniſcientia, Joann. 16. *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*; convenit omnipotentia, Pſal. 32. *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Ergo Spiritus ſanctus verè eſt Deus. Secundò, ex Scripturis Dei opera, ſivè naturæ, ſivè gratiæ Spiritui ſancto, tanquam auctori, tribuuntur. Primò quidem opera naturæ. Geneſ. 1. verſ. 2. Pſal. 32. verſ. 6. Conſervatio, & gubernatio rerum, Pſal. 103. *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Operatio miraculorum, Matt. 12. Tribuitur deindè opera gratiæ, nempè Chriſti conceptio, Lucæ 1. Unctio, & miſſio, Iſaiæ 61. Peccatorum remiſſio, regeneratio, 1. ad Corint. 6. Regimen Eccleſię, Actor. 13. & 15. Collatio donorum, 1. ad Corinth. 12. Illuminatio, ad Epheſ. 1. Sanctificatio, ad Theſſal. 2. Diffuſio charitatis, ad Rom. 5. Reſurrectio mortuorum, ad Rom. 8. Superfluum eſt hìc congerere de Divinitate Spiritus ſancti, ex SS. Patrum traditione teſtimonia, poſt duo Concilia generalia, Nicęnum primum, & Conſtantinopolitanum primum, à quibus hoc Eccleſiæ dogma clarè, & expreſsè declaratum fuit. Concilium Nicęnum primum in Symbolo fidei profitetur: *Se credere in Spiritum ſanctum*; eadem igitur in Spiritum ſanctum fides exigitur, quæ in Patrem, & Filium; ſed expreſſio *Credo in* ſolummodò poteſt enuntiari de Deo; importat enim rationem ultimi finis; ergo Spiritus ſanctus, in quem credere tenemur, eſt Deus verus, & ſummus. Concilium Conſtantinopol. primum, quod eſt ſecundum œcumenicum, adversùs Macedonianos congregatum, expreſſiùs in Symbolo fidei Spiritus ſancti Divinitatem aſtruit his verbis: *Credimus in Spiritum ſanctum, Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, & cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum, qui locutus eſt per Prophetas.*

Macedoniani novi. Joannes Campanus, & Michael Servetus, cum pluribus recentioribus ſectariis, renovarunt Macedonii errorem, negantes Spiritum ſanctum eſſe Deum, proindè Macedoniani novi ſunt dicti. Ex Hoſio. XVI.

Macchiavellistæ. Nicolaus Macchiavelli, Florentinus, initio ſeculi decimi ſexti, vulgatis diverſis operibus, nominis ſui famam per diverſas Europæ partes celebrem reddidit. Accuſatus, quòd contra Mediceos cum Soderinis conjurationis factæ conſcius, & culpabilis eſſet, conſtanter ſe innocuum aſſeruit, & probavit: interim Reipublicæ Secretarius conſtitutus, Patriæ ſuæ hiſtorica monumenta in octo libros diſtributa, ab anno 1215. uſque ad annum 1494. promulgavit, alioſque tractatus compoſuit, anno 1510. in urbe Genevenſi prelo commiſſos, in quibus varia reperire eſt paradoxa, Chriſtianæ legi omninò contraria, quæque Atheum magis hominem prodant, quàm hæreticum. Contra ejus ſcripta vulgatum fuit opus inſcriptum *Anti-Macchiavelli*; aliique innominati auctores contra plura, quæ perperam Nicolaus Macchiavelli ſcripſit, calamum acuerunt. Cum inopportuno tempore per contrariam medicinam ſanitati ſuę XVI.

provi-

Digitized by Google

providere voluiſſet, (ut ajunt) paravit ex medicinâ venenum: deceſſitq; anno 1529. Potiora erronea paradoxa, quæ quantùm diſcernere potui, in ejus operibus continentur, ſunt ſequentia:

1. Suadendum Principibus, ut Religioni Chriſtianę pręferant Ethnicā.

2. Doctores Religionis Chriſtianæ parui pendant.

3. De Romanâ Eccleſiâ ad libitum ſentiant.

4. Suo judicio, & dictamini innitantur.

5. Pietatem & Religionem, ſi non habent, ſimulent.

6. Legem Moſaicam armis, non Dei potentiæ fuiſſe innixam.

7. Moribus pravis civitatem ſorè imbuendam, ſi abſque bello volunt de eâ ulciſci.

8. In Provinciis ſubactis ſic collocandas colonias, ut veteres incolæ ablegentur, & roſiſtentes funditùs deleantur.

9. Expedire Principem plus timeri, quàm amari.

10. Contemnendam crudelitatis famam, dummodò ſubditus in officio contineatur.

11. Stultum eſt putare, novis benefactis veterum injuriarum oblivionem induci.

12. Nullius amicitiæ fidendum.

13. Si quem plectere vult Princeps, ſpecioſam cauſam prætexendā.

14. Religionem tantum eſſe colendam, quantum commodis, & utilitatibus poteſt inſervire.

15. Tempori, & occaſioni, & Principum auribus regulam fidei attemperandam.

16. Si amplior ſit ſpes dilatandi principatum, tunc fidem cum homine exuendam.

17. Regem eſſe ſuper omne jus Divinum, & humanum.

18. Regem omnia in ſubditos poſſe, ſi libet. Collimant omnes præfatæ propoſitiones ad anteponendum Regnum Religioni, cum cæterùm, nunquam poſſe Regnum ſinè Religione proficere, perſpectum habuerint ipſimet Gentiles; quâ de re videri poſſunt, qui de optimo regimine inſtituendo ſcripſerunt, nempè *Ariſtoteles*, *Demoſthenes*, *Thucydides*, *Laertius*, *Lactantius*, *Cicero*, *Iſocrates*, *Plutarchus*, & *Tacitus*, cum pluribus aliis, quorum ſenſus omninò Macchiavello opponuntur, ita ut ſuperfluum ſit, quòd immorer ad reprobandum præfata paradoxa, à Macchiavello ſomniata, quippè quibus ipſa ratio, cum torrente ſaniorum Scriptorum etiam Gentilium, opponuntur; convincente etiam ipſâ experientiâ, quæ ſemper comprobavit omne regimen, quod in tyrannidem declinavit, fuiſſe ephimerum; ſed & Macchiavelli ſomnia, per contrarias rationes auctoritatibus ſulcitas, ſi non omnia expreſsè, ſaltem implicitè confutata exhibui in opere duobus libris abſoluto, cui titulus: *L'uomo di commando*. Taurini anno 1727. publici juris facto.

Mahometes. De immani hoc monſtro differuerunt multi, nempè Cedrenus. Theophil. Damaſc. & alii, inter quos vitam illius biſariam ſcripſit S. Petrus Paſchaſius Epiſcopus, & Martyr ex ordine B.M.V. de Mercede, qui ſub Mahometanis Granatæ paſſus eſt, anno 1300. ubi & conſignavit literis vitam Mahometi, prout in libris Mahometi ſectariorum invenerat. Monſtrum hoc peperit Oriens in Arabiâ ſelice anno 570. die 5. Maii, ex Patre Pagano, nomine Abdala, & Matre Judæa, Heminâ nuncupatâ, quam, gentilitatem fuiſſe profeſſam, aſſerit prælaudatus S. Paſchaſius; ambo viles, & pauperes, quapropter Mahometes, ut victitaret, coactus fuit operam ſuam mercede locare, adhæſitque ſervitio cujuſdam potentis viduæ, cui nomen Jadicha, ſivè Jadiga, cujus paſcendos ſuſcepit camelos, & ita ſe dominæ ſuæ paulatim gratiæ inſinuavit, ut eam ſibi conjungeret in uxorem. Palæſtinam profectus, honoris ſibi captandi avidiſſimus, cum Batirâ hæretico Jacobita, ſivè ut aliis placet, Bahirſâ & Sergio Neſtoriano, aliiſque Judæis amicitiam con- VI.

traxit. Bahirſam iſtum venerantur Mauri, ut primum Mahometis magiſtrum: dubium eſt, an conſundant cum Sergio, cujus operâ uſus eſt Mahometes in conficiendo Alcorano, & à quo, artibus etiam dœmoniacis, abundè fuit inſtructus. Comitiali morbo laborans, ſivè ut memoratus S. Paſchaſius aſſerit, oppreſſus à dœmone, à quo frequenter arripiebatur, hinc occaſionem nactus, uxorem ſeduxit, ut ſpargeret virum ſuum prophetię dono excellere, & Angelum Gabrielem alloqui, cum morbo exagitaretur, enutritâ ad hunc finem columbâ, quæ tempore comitialis, ſeu dœmoniacæ exagitationis, auribus Mahometis, quaſi eundem allocutura, ſe ſe approximabat. Plebs ignara facilè ad hunc, alioſumque portentorum aſpectum, Mahometem Prophetam credidit, licèt non ſinè multis contradictionibus & rixis; non enim omnes æquali erant amentiâ decepti. Statìm plures habuit ſequaces, quibus plenum vanis figmentis volumem conſcripſit, quod è cœlo delatum mentiens, ſuis tradidit ſectatoribus obſervandum; quibus armis ſtipatis, per vim, & metum, ſed maximè carnis illecebris, & datâ ampliſſimâ omnium ſcelerum patrandi facultate, ſectatorum numerum auxit, ita ut paulatìm ſibi conciliaverit Arabum regnum, cui præfuit penè annis novem, in Mecha deceſſit, pluralitate mulierum, & omni impudicitiæ inquinamento turpiſſimus, à Judęâ quadam, apud quam diverſabatur, veneno extinctus, cui ſucceſſit *Abumquerquer*, & poſt duos annos *Homar*, ſive *Homure*, utroque impietatis, & tyrannidis ſucceſſore. Ad Mecham falſi prophetę honoris causâ, quot annis, & plures Turcæ, ſummo licèt cum labore, peregrinantur. Quoniam Mahometes ſe hominum ſalvatorem eſſe in ſuo Alcorano aſſeruit, Mahometis cadaveri à canibus ſemieſo, mirificum à ſucceſſore in Mechâ erectum eſt ſepulcrum, pretioſis ornatum lapidibus. Excogitavit autem ad ſectam propagandam verſutus nebulo illecebras, ex voluptatibus carnalibus comparatas, fœminarum multitudinem ſuis concedens in hâc vitâ, & in futurâ promittens paradiſum, in quo ipſis omnia ad cibum, & potum lautè, abundèque ſuppeterent, ubi prętio eſſet pulcherrimarum multitudo fœminarum; his verò potiſſimùm potituros forè, qui fortiùs pro ſuâ ſectâ ſuſtinendâ pugnarent: hæc ſatis aſtutè proponens, quò ſuos in bello fortes efficeret. Ut verò populos omnes alliceret, ex cunctis ſectis, & religionibus aliqua miſcuit, & de traditis à ſe inſtitutis vetuit diſputari, cum ſatìs intelligeret, cuncta quæ propoſuit, faciliter deſtruenda forè, ſi vel leviter illa permiſiſſet examinari. Potiores ejus errores, quos tanquam dogmata in Alcorano exhibuit, ſunt ſequentes:

1. Admittit Circumciſionem ſervandam. R. verbo *Aërarius*.

2. Negat Myſterium Sanctiſſimę Trinitatis. R. verbo *Bogomilli*, & *Griboldus*.

3. Chriſtum creaturam eſſe contendit. R. verbo *Arius*, *Ebionitæ*, *Elcheſaitæ*, *Cerinthus*.

4. Chriſtum non eſſe Deum, ſed Prophetam. R. verbo *Budneitę*, *Ebionitę novi*, *Ebion*, *Cerinthus*, & *Artemon*.

5. Chriſtum eſſe Dei Verbum, ſed creatum. R. *ubi ſuprà*.

6. Negat Chriſtum crucifixum fuiſſe, ſed alium ſibi ſimilem, idest tantùm apparenter. R. verbo *Agareni*.

7. Negat cuncta Eccleſiæ Sacramenta. R. pluribi in hoc opere, ubi de omnibus Sacramentis ſigillatìm, de eorum inſtitutore, & efficaciâ contrà diverſos hæreticos actum.

8. Dœmones ſub fine mundi eſſe ſalvandos. R. verbo *Ægidius*.

9. Prohibuit vini uſum. R. verbo *Tatiani*.

10. Fatum aſſeruit, dicens, ſivè ad bonum, ſivè ad malum homines deſtinari. R. verbo *Cæcus*, & *Bardezanes*.

11. Uxorum pluralitatem permit-

Digitized by Google

mittit. R. verbo *Bernardinus Ochinus.*

12. Cultum aſtri, (quod Lubar vocant Turcæ) ſivè lunæ, propoſuit, ut etiam aliquid Gentilitatis ſaperet ſua ſecta, quam veram eſſe blaterabat, ſibique, tanquam veræ religionis cultori, dandas in extremâ die cæli claves, cum pluribus fabellis confixit; de quibus omnibus agit inter alios ſcriptores Ricoldus in libro inſcripto: *Confutatio legis Mahometicæ*, quæ in Azoaras, ſeu capita 124. eſt compartita, & confutata à pluribus ſcriptoribus, quos recenſet Natalis Alexander, ſeculo 7. cap. 2. In Alcorano plures eſt invenire contradictiones, quæ ſatis inſubſiſtentiam eorum, quæ in eodem continentur, demonſtrant, eas omnes datâ operâ laudatus Martyr Paſchaſius clariſſimè detegit, & egregiè refellit in ſuo opere, ad quem lector remittitur, nam inter Mahometanos degens vir doctiſſimus, facilè omnia perſcrutatus eſt, ut ſolidè refutaret.

XVI. MAGDEBURGENSES. De his actum ſub nomine *Centuriatores*. Præcipuè ſuſtinent Imperatoris eſſe, & non Põtificis convocare Concilia generalia; undè aliqui ex ipſis aſſerebant Concilium Tridentinum non eſſe recipiendum, quia à Papâ, & non ab Imperatore fuit convocatum. R. Ex Marcelli Papę teſtimonio epiſt. 2. ad Epiſcopos Antiochenos, ubi ait: *Apoſtolos, eorumque ſucceſſores inſpirante Domino conſtituiſſe, ut nulla Synodus fieret præter Sedis Apoſtolicę auctoritatem*. Tum quia Concilia Provincialia indicuntur à Metropolitano, Nationalia à Primate, Diœceſana ab Epiſcopo, ergo Concilia Generalia indicentur à Summo Pontifice, non verò ab Imperatore. Accedit perpetua praxis Eccleſiæ, in quâ omnia Concilia Generalia à Summis Pontificibus pro tempore exiſtentibus congregata fuerunt, quâ de re, quia prolixam petit diſſertationem, videantur auctores, quos in Bibliothecâ Pontificiâ collegit Rocabertus. Vide verbo *Pſeudo-Synodici*.

MAGISTER PETRUS de CUGNERIS, Procurator generalis in Senatu Pariſienſi, publicè egit coram Rege, & Regni proceribus de tollenda juriſdictione, & libertate Eccleſiaſticâ, productis ſexagintaſex articulis adversùs Prę̃latos: quos articulos doctiſſimè confutavit Cardinalis Bertrandus Auguſtodunenſis Epiſcopus, oratione habita hâc de re coram Rege Philippo Valeſio, currente ſeculo decimoquinto. Itaque, ob juriſdictionem Eccleſiæ ſupra modum impugnatam, Petrus de Cugneris tulit perpetuam infamiam; ipſi enim erectum fuit Pariſiis ſimulacrum informe, ut omnium poſterorum ſalibus, ac ludibrio perpetuò expoſita eſſet ipſius arrogantiâ, ita ut nomen Petri de Cugneris tranſierit apud Gallos in adagium, quandocunque hominem ſtolidum volunt exprimere. Ex Genebrardo. XV.

MAGORUM SECTA. Abdellas Rex Sarracenorũ extinxit ánno 1319. Magorum ſectam, quæ in Perſide vigebat. Suadebant iſti Perſis volatum ad cælum, & cum nudi ex eminentibus locis ſe ſe ad volatum provocarent, pręcipites facti, peribant. Ex Spondan. ann. 1319. XIV.

MAJESTATICI (ex Reſcio) illi ſunt, qui anno 1544. Majeſtatem Corporis Chriſti ita prædicabant, ut dicerent: Corpus Chriſti trifariàm conſiderari, naturaliter, gloriosè, & majeſtaticè; ex quâ conſideratione ſequentes concludebant errores: XVI.

1. Corpus Chriſti eſſe in Euchariſtiâ majeſtaticè, non phyſicè. R. verbo *Anabaptiſtę*, contra quos probatum eſt, Chriſti corpus eſſe realiter in Euchariſtia. Tum quia inintelligibile eſt, corpus Chriſti eſſe in hoſtiâ ſecundùm majeſtatem, non verò ſecundùm realem præſentiam.

2. Corpus Chriſti eſſe in omnibus rebus, & locis, etiam in arborum foliis, ita ut ubique comedi poſſit. R. Nam idem eſt negare realem Corporis Chriſti exiſtentiam in Euchariſtiâ, ac aſſerere, eo modo eſſe in qualibet re, ſicut eſt in Euchariſtiâ. Cor-

pus

pus autem Chriſti eſſe realiter in Euchariſtia probatum eſt contra *Anabaptiſtas*. Tum quia ſi corpus Chriſti æquè eſſet in Euchariſtia, ac in qualibet alia re, ſuperflua fuiſſet inſtitutio hujus Sacramenti, ſicut conſideranti patet. Tum, quia in qualibet re eſſet adorandum, ſi in qualibet re corpus Chriſti exiſteret; ex quo dicendi modo, quot ſequantur abſurda, nemo non videt. Tum quia Corpus Chriſti non eſt immenſum, non eſt ubique; ergo eſſe nequit in qualibet re. Vide verbo *Almaricus*, & *Albanenſes*.

3. Carnem Chriſti eſſe omnificam, & omnipotentem. R. Nam Corpus Chriſti generatum fuit determinatò tempore in utero Virginis; ergo non eſt omnificum, neque omnipotens; quod enim eſt omnificum, & omnipotens, eſt ab æterno. Tum quia Corpus Chriſti eſt materiale, fuit paſſibile; ergo nequit eſſe omnificum, & omnipotens:

IV. MAJORINUS circa ann. Domini 378. adverſus Cæcilianum à Traditoribus, (id eſt ab iis, qui libros ſacros, ut perſecutionem fugerent, tradebant Ethnicis) quorum coryphęus erat Donatus è Numidia, creatus fuit Pſeudo-Epiſcopus Carthaginenſis, & Donati Hæreſiarchę factionem ſecutus, in Synodo Romana ſub Melchiade Papa damnatus fuit. Ex D. Auguſt. lib. ad Quod vult.

MAJORISTÆ. A Georgio Majore,
XVI. ſeculo decimoſexto originem habuerint. Hic à Luthero è ſtercore erectus (ut loquitur Prateolus) docuit novam hæreſim, cujus ſectatores dicti ſunt Majoriſtæ, ſectâ Lutherani, ſeu *Mollei Confeſſioniſtæ*, & docent ex diametro contra Amsdorfianos.

Bona opera ita omnibus eſſe neceſſaria ad ſalutem, ut neque infantes, abſque bonis operibus poſſint ſalvari. R. Nam poſitâ ſubſiſtentiâ talis aſſertionis, ſuperfluum foret baptizare infantes, quos, dummodò decedant renati lavacro Baptiſmi, ſalutem conſequi, alibi probavimus; infantes autem nequeunt bona opera meritoria ſalutis perficere, cum non habeant uſum rationis; ergo infantes abſque bonis operibus propriis ſalvantur, quibus applicatur opera meritoria Chriſti: infantes enim per Baptiſmum conſtituuntur Filii Dei adoptivi; ergo ſi decedunt, debent recipere ſalutem tanquam hęreditatem; & ſicut infantes per Baptiſmum veniunt ad Chriſtum non fide actuali propria, ſed Eccleſiæ, ita etiam non per bona opera propria, ſed per merita Chriſti conſequuntur ſalutem.

MALLESIUS, Canonicus Pragenſis, XIV.
quem Illiricus in ſuo Catalogo vocat Millititium, ſub ſpecie ſanctitatis multos evulgavit errores, & ſectam jam ſecerat, quam deindè Huſſius latiùs promulgavit; undè Huſſio præcurſorē fuiſſe meritò aſſerendum, quandoquidem & ſuos ſectatores puniri curavit Gregorius Romanus Pontifex, datis literis ad Archiepiſcopum Pragenſem, ejuſque Suffraganeos, necnon ad Carolum Quartum Imperatorem. Ex Spondan. ann. 1374.

1. Antichriſtum jam veniſſe nuntiabat. R. verbo *Blandriſtæ*, & verbo *Lutherus*.

2. Nullam veritatem eſſe in Pontifice, Cardinalibus, & Epiſcopis, ſed ſe ſolùm, cum ſibi adhęrentibus eſſe in viâ ſalutis, & veritatem docere.

MANES, MANICHÆI. Cum Dia- III.
bolus in cunctis perverſitatibus multiformem teneat principatum, arcem tamen ſibi in Manichæorum inſania ſtruxiſſe videtur. Manichæi à Manete, natione Perſâ, originem ducunt. Hic fuit longo tempore ſervus, & Curbicus appellabatur, quod nomen poſteà in Manetem, quod linguâ Perſicâ, *Homiliam* ſignificat, tanquam optimus diſputator commutavit: certè inſcius, quòd præſatum nomen, apud Græcos inſaniam ſignificaret, dignum ſibi nomen comparavit. Manes itaque, cum vetulæ ſuę dominæ, cui inſervierat, ex teſtamento hęreditatem habuiſſet, Terebinthi Hæreſiarchæ libris, quos vidua apud ſe retinebat, unà cum ceteris viduæ facultatibus potitus, circà annum 277. cæpit promulgare errores, quos in Te-

rebinthi libris compererat, multis inſuper additis figmentis. Miſit etiam circà hæc tempora tres ex ſuis diſcipulis Jeroſolymam, emptum ſacros libros, ut eorum ope Chriſtianorum myſteria calleret, atque indè, ſi poſſet, de duobus principiis dogma formaret. Ægrotante interim filio Regis Perſarum, quem per orationem ſuam ſanitati reſtituendum promiſerat, ſed nihilominus mortuo, in carcerem coniicitur, undè aufugiens, Meſopotamiam venit, ubi fuit in publicâ diſputatione convictus; perſequentibus autem eum undique Regis Perſarum ſervis, tandem captus ad Regem adducitur, qui Manetem excoriari juſſit, corpuſque beſtiis devorandum tradidit cutemque ejus tanquam utrem antè portas ſuſpendi mandavit. Cum verò Manes arundine fuiſſet excoriatus, indè Manetis ſectatores ſuper arundines cubare conſueverunt, & ſuper mattas ex arundinibus compoſitas, ex quo etiam dicti fuerunt Mattarii. Manichæus idem ſonat, ac manna fundens; ideò Manetis diſcipuli non Manetenſes, ſed Manichęos ſe ſe nominarunt. Manes nunquam fuit Chriſtianus, multa tamen hauſit à Catholicis, & ex omnibus ſectis aliquid accipere ſtuduit, ut ex earum ſequacibus faciliùs ad ſuam alliceret, Apoſtolum ſe Jeſu Chriſti jactans, imò, & promiſſum à Chriſto Paracletum ſe eſſe blaſphemans. Manichęi ſanctitatem apparentem affectantes, etiam Cathariſtæ, & Macarii dicti ſunt. Fuit eorum hæreſis ſentina omnium impietatum, & ſcelerum, proindè ab Imperatoribus, nempè Gratiano, & Theodoſio Magno, acriter fuerunt exagitati: eorum libri Romę ſub Leone Papa combuſti; eoſdem tanquam ſacrilegos punivit Valentinianus Imperator, & Hunnericus Vandalorum Rex in Africâ igni tradidit.

Manichæorum debellatores fuerunt Titus Boſtrorum Epiſcopus, Euſebius Emiſſenus, Theodoretus, ſed potiſſimùm S. Auguſtinus, qui plures libros adversùs Manichæos conſcripſit: quorum ſecta in duos ordines diviſa, *Electorum* unus, *Auditorum* alius fuit. Auditoribus licitum erat agros colere, carnibus veſci, uxores ducere, quod facere nequaquam poterãt Electi, quorum duodecim erant præcipui, dicti etiam *Magiſtri*, quibus præſidebat Princeps hęreſis. Plura de nefandis eorum moribus, & diſciplinâ congerit S. Auguſtinus. Potiores Manichæorum errores ſunt ſequentes:

1. Duo ſtatuunt rerum principia, unum bonum, Creatorem animarum, aliud malum, Creatorem rerum omnium corporearum. R. verbo *Polithei*; idem enim eſt ſtatuere duo principia coæterna, quorum unum ſit bonum, aliud malum, ac plures ſtatuere Deos. Tum quia, implicat ex intrinſecis principiis admittere Deũ malum; idem enim eſt eſſe Deum, ac eſſentialiter bonum. Sed præſertim hic error argumentis S. Auguſtini reiicitur: malum enim nihil eſt, id eſt non eſt aliquod eſſe, ſed potiùs non eſſe, ſivè de rebus phyſicis, ſivè de moralibus loquamur. Bonum autem in utroque rerum genere eſt eſſe. Quia ergo non eſſe nullum habet principium, nullum poteſt eſſe principium mali. Itaque quoties debita rei perfectio deeſt, mala dicitur, non aliundè, quàm ex ipſo perfectionis defectu. Origo deficientiæ iſtius in rebus phyſicis eſt, quia ex nihilo ſunt: in moralibus autem, quia cum ex nihilo ſint, in nihilum tendunt deficienter, quæ poſſent in ſummum bonum tendere efficienter, quatenus ab illo eſſe habent, & poſſe.

2. Terram credebant Deo coæternam. R. verbo *Felix Manich.*

3. Diabolum dicebant eſſe ſuâ naturâ malum. R. Ex Concil. Lateranenſ. ſub Innocent. III. de ſumma Trinitate, cap. Firmiter. *Diabolus, & alii dæmones à Deo quidem naturâ creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali.* Tum quia diabolus eſt creatus à Deo: ſed omnia Dei opera bona ſunt, ſicut legitur Gen. 1. Item prima ad Timot. 4. *Omnis creatura Dei bona eſt.* Sed & in Iſaia legitur: *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer,*

fer; Quòd ſi diabolus fuiſſet naturâ ſuâ malus, non fuiſſet collocatus in cælo, undè cecidit. Item Ezech. cap. 28. legitur: *Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa eſt iniquitas in te.* Tum quia, ſi dœmones creati fuiſſent naturâ ſuâ mali, neque à Deo condemnati fuiſſent ad pœnam ignis æterni. Demùm, Deus non poteſt eſſe auctor malitiæ; ergo neque potuit creare dœmones naturâ ſuâ malos. Vide S. Auguſt. cap. 12. de Civit. Dei. Vide verbo *Gregorius Pauli.*

4. Omnes creaturas, item hominem eſſe naturâ ſuâ malum. R. Ex iis, quæ ſupradicta ſunt.

5. Dicebant, hominem in formâ beſtiæ conditum fuiſſe, Evam inanimatam, & immobilem fuiſſe creatam, cum pluribus aliis ſomniis de ſole triangulari, de Jeſu Chriſto, quòd eſſet ſol materialis, quem videmus; de Patre æterno, quòd habitaret in aliquo lumine occulto; de Filio, quòd eſſet virtus quædam in ſole inhabitans; ſapientiam in luna habitare; Spiritum ſanctum in aere; Chriſtum eſſe ſerpentem arboris Paradiſi; unam eandemque eſſe animam in omnibus hominibus, animalibus, & plantis; mundum hunc eſſe Paradiſum; mox duas animas in homine conſtituebãt, unam bonam, à bono principio creatam, aliam malam, infuſam à malo principio; bonas animas ejusdem eſſe naturæ, cujus eſt Deus; malam animam eſſe ipſam carnis concupiſcentiam; animalia eſſe ratione prædita, ita ut plangere poſſent, & dolere; ex quo inferebant, quòd agros colere, planctas evellere, eſſet homicidiis ſe coinquinare. Chriſtum dicebant eſſe partem ſubſtantiæ Dei Patris; negabant Verbum potuiſſe ſumere corpus humanum, eò quòd omnia corpora creata ſint à malo principio; ideò Chriſtum ſolas animas, non corpora liberare; negabant item reſurrectionem, ac extremum judicium; cenſebant malum eſſe venerari reliquias Sãctorum, eò quòd ſint, (ut dicebant) ex materiâ conditâ à malo principio; animarum tranſmigrationem ſuſtinebant, imò viros in fœminas, & è converſo fœminas in viros tranſmigrare credebant; execrabantur omnia Sacramenta; item feſtivitates ab Eccleſia indictas; magiæ erant dediti, & orabant ad ſolem converſi; dominationem politicam, ac temporalem deſpiciebant. Hæc, & ſimilia figmenta profitebantur Manichæi, quæ reprobatione non indigent, utpotè ita rationi oppoſita, ut vel infans balbutiens ea deridere valeat, licèt alibi jam in hoc opere reprobata, ſit comperire. Unum ſolùm reſtat hìc reprobandum Manichæorum figmentum, rati enim aquam eſſe à malo principio, Baptiſmum in aqua collatum, ut planè inutilem, reiiciebant. Rep. Aſſerendo contrà ipſos ſolam aquam naturalem, ſeu elementarem eſſe remotam Baptiſmi materiam, eamque neceſſariam, quod probatur primò ex prophetia. Deus per Ezech. cap. 36. promiſit, & prædixit ſe per aquam omnes iniquitates noſtras purgaturum: *Effundam*, (inquit) *ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*: 2. Ex præcepto, Chriſtus mandavit Apoſtolis, ut in aquâ baptizarent omnes gentes, Matth. 28. *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Baptiſma autem illud in aquâ fieri debere, declaravit Chriſtus apud S. Joann. cap. 3. his verbis: *Niſi quis renatus fuerit ex aquâ, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Undè Apoſtolus ad Epheſ. 5. *Chriſtus* (inquit) *dilexit Eccleſiam, & tradidit ſeipſum pro eâ, mundans eam lavacro aquæ*. Nomine autem aquæ, veram naturalem aquam, & elementarum ſenſu proprio, non figurato, & metaphorico eſſe intelligendam, manifeſtè demonſtrat exemplum Chriſti, & Apoſtolorum. 3. Arguitur ab exemplo. Poſt quàm Chriſtus in ſuo cum Nicodemo colloquio. Joann. 3. dixiſſet, neminem poſſe introire in regnum Dei, *niſi renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto*; ut verba facto comprobaret, verſ. 22. ejusdem capitis, ita

refer-

Digitized by Google

referſertur: *Poſt hęc venit Jeſus, & Diſcipuli ejus in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem, & Joannes baptizās in Ænnon, juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic*. Ex quibus perſpicuum eſt Chriſtum, cum Diſcipulis ſuis baptizaſſe Baptiſmo aquæ veræ, & naturalis, ſicut ipſe Joann. Baptiſta, à quo ipſe Chriſtus in aquâ fuit baptizatus. Matth. 3. *Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aquâ*. Apoſtoli, & Diſcipuli Chriſti, ejus mādato obſequētes, in aqua ſimiliter baptizarunt. Actor. 8. de Philippo, & Eunucho Candacis Reginæ, ita narratur; *Dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid probibet me baptizari?* Accedit demùm auctoritas Concilii Tridentini, ſeſſ. 7. Canon. 2. Concludendum eſt igitur contra omnes hæreticos negantes aquam eſſe materiam neceſſariam Baptiſmi, cum D. Auguſt. tract. 15. in Joann. *Tolle aquam*, inquit, *non eſt Baptiſmus*. Hic non omittendum, quòd, jejunandi in diebus Dominicis conſuetudinem introduxerunt ante Neſtorianos, Manichæi, qui reſurrectionem negantes, diem Dominicum tanquam infauſtum in jejuniis, & luctibus peragendum eſſe pręceperunt, eò quòd in illâ, poſt circulum novem millium annorum, hoc ſeculum interitum ſubiturum fore, putabant, quod habetur in canone Orientalium apud Solenſem. Cod. Syr. Vatic. *Ut igitur nos ab ipſis, qui reſurrectionem negant, diſcederemus, præceperunt Patres, ne in die Dominico fieret jejunium, ſed ut animam noſtram in laudibus, contemplationibuſque Divinis lætificemus, corpus verò noſtrum cibo, potuq; & veſtimento, præter cęteros hebdomadæ dies, oblectemur; idque non inſtar Ethnicorum cibo nos ingurgitantes, aut potui immoderatè indulgentes, ſed figuram ejus voluptatis repræſentantes, quâ nos Chriſtiani perfruemur*. Georgius Arbellēſis in Declaratione officiorum tract. 2. cap. 4. ad hanc quæſtionem. Cur Patres præceperunt, ut Sacramentorum liturgia in diebus Dominicis, & feſtis fieret, ſic reſpondet: *In feſtivitatibus, & diebus Dominicis, neque jejunium colimus, neque orationes jejunii facimus, quia dies Dominicus reſurrectionem myſticè deſignat, noſtrâque ex mortuis innovationem: in futuro autem ſeculo auferetur à nobis mortalitas, & ad vitium proclivitas: ita & in feſtivitatibus requiem Chriſti ſignificamus, adeoque jure Sacramenta facimus, memoriam diſpenſationis Salvatoris noſtri agentes, noſtramque in regno cæleſti beatitudinem præfigurantes*. Ex quibus auctoritatibus conſtat, quàm incongruè, & jejunium ſervarent Manichæi die Dominico, & quàm inſulsè reſurrectionem negarent. De jejunio non ſervando die Dominico. Vide verbo *Neſtoriani Moderni*. Et verbo *Aeriani*.

MANFREDA. Combuſta fuit Mediolani, de quâ Guillelmina prædixerat, ſuper ſuum tumulum celebraturam, ſeſſuram Romæ ſuper ſolium Pontificium, quatuor nova promulgaturam Euangęlia. Hæc muliercula Guillelminæ, (de qua actum ſuo loco) addictiſſima, in ejus perſonâ incarnatum Spiritum ſanctum effutiebat. Mirum, quòd muliercularum fabellæ, etiam viros in credulitate hujuſmodi fabularum, ſectatores habuerint. Ex Spondan. ann. 1300. XIII.

MANICHÆI NOVI. Vide *Heribertus*, & *Liſoius*, qui Manichæiſmum in urbe Aurelianenſi, currente ſeculo undecimo, invexerunt. XI.

MANICHÆI NOVISSIMI. Sic vocantur (ex Lindano) omnes, qui ex ſchola Calvini egreſſi, ſequentes errores in Poloniam detulerunt. XVI.

1. Legem Dei eſſe impoſſibilem ad obſervandum. R. Ex ſacris Pagin. ubi lex Dei vocatur *Onus leve, jugum ſuave*. Pluribus in locis à Chriſto legis obſervantia pręcipitur, de quâ, tanquam juſtâ, tanquam ſanctâ, utpotè bonâ, & neceſſariâ ad ſalutem, ſæpè Apoſtolus in ſuis epiſtolis ſermonem inſtituit; & ad Rom. 2. verſ. 13. ait: *Non enim auditores legis, ſed factores*

legis juſtificabuntur. Nemo autem poſset juſtificari, ſi legem Dei non poſſet adimplere, & ſruſtra legem Deus promulgaſſet, ſi eſſet impoſſibilis, ad impoſſibile enim nemo tenetur. Deus ſolùm poſſibilia præcipit, ergo &c. Deminn, Deus eſt eſſentialiter juſtus, ergo non poteſt impoſſibilia præcipere. Veruntamen non facilem dicimus, ut Pelagiani, præceptorum impletionem, ſed adjuvante Dei gratiâ, poſſibilem, & onns, diligentibus Deum, leve.

2. Negant liberum arbitrium. R. verbo *Bardezanes*.

3. Corpus Chriſti prædicant phantaſticum. R. verbo *Albanenſes*, *Doſithæus*.

4. Baptiſmum aquæ negant eſſe neceſſarium ad ſalutem. R. verbo *Buccerus*.

XVI. Manifestarii, (ex Staphilo) ſectâ ſunt Anabaptiſtæ, ſic dicti, quia manifeſtare palàm gloriantur ſuam perfidiam; impium eſſe credentes, negare ſe eſſe Anabaptiſtas, imò variis modis palàm profiteri ſtudent ſuam impietatem. In Pruſſiâ frequens erat hujus ſectæ numerus.

XVI. Mannarii. Quidam ſectarii apparuerunt anno 1560. ita diſcrepantes à cæteris Sacramentariis, ut, nec Chriſti Corpus, nec ſpeciem corporis, nec ſignum, nec figuram, nec ſuccum Corporis Chriſti ſe accipere in Euchariſtiâ, profiterentur: ſed aſſerebant, ſe manducare in cœna illud Manna, quod datum eſt antiquitùs Judæis. Ex Lindano.

XVI. Mansfeldenses, nuncupantur ſectantes Confeſſionem juniorum Comitum Mansfeldenſium. Conſtituunt alium Lutheraniſmi ramum. Damnant plures Lutheranorum ſectas, nempè Adiaforiſtas, aſſertores bonorum operum, defenſores liberi arbitrii. Ex Lindano.

XVI. Manus-impositorii. Viget hæc ſectâ in Saxonia, & Pomerania. Tales dicuntur, quì laicalem impoſitionem manuum, volunt eſſe Sacramentum: ſpectant ad rigidiorem Confeſſioniſtarum ſectam. Ex Gault. ſect. 16.

Maratonius, primum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus, poſtmodùm Nicomedięſis Epiſcopus ſuit, cadente ſeculo quarto: ſed antequam ſacris initiaretur, cum in militiâ, quam exercuerat, multas collegiſſet pecunias, tum iiſdem, tum proprio ſtudio Macedonii hæreſim augere ita ſtuduit, ut Macedonii ſectatores, etiam Maratoniani vocarentur. Ex Niceph. in hiſt. Eccleſ. XIV.

Marbach Joannes miniſter Proteſtantium in Germania, natus Lyndavi anno 1521. primùm Jenę, mox Strasburgi publicè docuit; deindè ad Concilium Tridentinum à Proteſtantibus miſſus, etiam Wormatienſi Conferentiæ anno 1557. interſuit. XVI. Contra Sacramētarios tractatum edidit inſcriptum *De cœna Domini*; aliud opus typis mandavit *De officio Epiſcopi*. Aliud contra Caniſium, in materiâ miraculorum. Strasburgi deceſſit anno 1581. ætatis 60. Dixit in Eccleſiâ Romana nulla fieri vera miracula. R. paſſim ex Euangelio, & actibus Apoſtolorum, ubi plura miracula à Chriſto, & ab Apoſtolis facta, legũtur. Item ex proceſſu quem cum tantâ cautelâ, inſtituit Eccleſia pro Canonizatione cujuſque Sancti, fieri vera miracula conſtat, quæ poſt adeò exactam diſcuſſionem negare, idem eſſet, ac pertinaciter apertę veritati contradicere. Tum quia, miraculum eſt eventus ſupra naturam, Deus autem omnipotens, naturę Auctor, poteſt ſupra naturam operari; quod paſſim pręſtitiſſe mediâ interceſſione Sanctorum, comprobant auctores omni exceptione majores, qui ſcripſerunt acta Sanctorum. Tum quia, hæretici non negant miracula facta à Deo in lege veteri; ergo à fortiori concedenda ſunt in lege gratiæ, cum non ſit abbreviata manus Domini. Item, Chriſtus eodem modo contulit veræ Eccleſię poteſtatem prædicandi fidem, ac contulit poteſtatem operandi miracula. Marci 16. ait: *Euntes in mundum univerſum prędicate Euangelium omni creaturæ*; & ſtatim ſubjungit: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur*,

tur,

tur: In nomine meo dæmonia eiicient.... ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt &c. Sed in Eccleſiâ Chriſti fuit ſemper, & hiſce temporibus perſeverat poteſtas prædicandi fidem, ergo, & fuit ſemper, & hiſce temporibus perſeverat virtus operandi miracula. Hinc Apoſtoli frequentia edidere miracula. Hinc SS.PP. præſertim verò S. Auguſtinus, pluribus in locis oſtendit vim maximam ineſſe miraculis, ad fidei veritatem comprobandam: ſic libro contra Epiſtolam fundamenti, cap. 4. ubi aſſerit ſe in Eccleſiâ Catholicâ miraculorum auctoritate retineri. Lib. De utilitate credendi contra Manichæos, lib. 10. De Civit. Dei cap. 12. & 17. & lib. 22. cap. 5. & 8. plurima refert miracula, quæ variis in locis ſuo tempore contigerant, ut Mediolani lumen redditum cœco, Carthagine, virum à graviſſimo morbo ſanatum, juvenem paralyticum ſanitati reſtitutum, adoleſcentes à dœmone liberatos, mortuos ſuſcitatos &c.

Fruſtra autem ex odio Religionis Romanæ, hanc miraculorum gloriam Deo eripere conantur ſectarii, aſſerendo nimirùm, & inferendo ex prodigioſâ miraculorum multitudine, nec non ex illorum ſtoliditate, ut ajunt illi, & ineptiâ, vel ficta eſſe, vel ſaltèm imaginaria; hoc eſt, ita non contigiſſe, ſicut narrantur ab Hiſtoricis; vel ſi contigerunt, meras fuiſſe dœmonum præſtigias, aut certè luminum illuſiones. Nam utrumque falſiſſimum eſſe demonſtratur. Falſum eſt 1. ficta eſſe illa miracula, quia ſicut reſpondet S. Auguſtinus Paganis negantibus hiſtorias miraculorum noſtrorum lib. 10. de Civit. Dei cap. 18. ſi licet pro libito, & abſque ratione negare facta olim miracula, peribit fides omnium librorum, hiſtoriarum, atque ſcriptorum, & noſtra non ſolùm labefactabitur, ſed etiam quæcunque alia religio. 2. Nemo ſanę mentis aſſeret, fidem potiùs adhibendam Calvino, Magdeburgenſibus, & aliis hujus furfuris hominibus, circà ea, quæ pertinent ad veteres hiſtorias, quàm tot viris Sanctis, & Scriptoribus egregiis, Cypriano, Athanaſio, Hieronymo, Auguſtino, Gregorio Magno, Bernardo, qui ut plurimùm referunt miracula vel à ſe viſa, vel ſuis temporibus patrata.

Falſum eſt 2. miracula eſſe dœmonum præſtigias, primò, quia idem olim obiiciebant Judæi Chriſto, nimirùm in Beelzebub principe dœmoniorum eiicere dœmonia; idem Gentiles, Apoſtolis & Martyribus, quos, veluti Magicæ artis reos, traducebāt; idem Vigilantius, Ariani, Eunomiani, & alii veteres hæretici, de miraculis Sanctorum effutiebant, quorum antiquam calumniam renovant Calviniſtę; quia miracula nos vocamus, & probata admittimus, quę omnem ſuperant creatę naturæ poteſtatem; ac proindè, quæ à præſtigiis dœmonis plenè aliena cognoſcimus ex ſignis non æquivocis: ergo gratis omninò, ac ſinè ullo fundamento id Eccleſiæ imponunt, ac eos omnem frontem poſuiſſe oportet, ut viros tantę ſanctitatis, mendacii, fraudis, ac doli accuſent.

Quod autem addunt de multitudine, ac ſtoliditate miraculorum, quæ Sanctis tribuuntur, nihil evincit: ſiquidem, non ea omnia, quę circumferuntur, tanquam miracula admittimus, ſed ea ſolùm, quæ agnoſcit, & approbat Eccleſiâ poſt ſerium, ac diligens examen; undè monet Synodus Tridentina, ſeſſ. 25. nova miracula ſinè graviſſimo conſilio, ac diligenti examine, ab Epiſcopis non eſſe admittenda; ſicut autem non omnia ſunt leviter admittenda, ità nec omnia temerè reiicienda. Oporteret quidem, ut nonnulli nimis creduli, aut parùm inſtructi, qui Sanctorum acta, aut etiam Venerabilium, ſcribere ſolent, à declamandis miraculis non approbatis temperarent; non ſolùm quia multoties miracula non ſunt, quæ ut talia afferuntur, ſed, quia pietatem ſuam irriſioni impiorum exponunt, nullo Eccleſię decore; & quamvis proteſtationes præmittant, judicio ſe ſanctæ Sedis ſubiicientes, & decretis

obtemperantes, nec omninò abſolutè miracula eſſe, quæ narrant, aſſerentes, tamen rudiores perſonæ, ea, quę ſic ſcripta legunt, tanquam vera, & approbata miraculâ evulgant. Cum certè judicium de miraculis adeò ſit difficile, & arduum, ut de ſexcentis, quę in causâ qualibet Beatificationis ritè probata actorum veritate, proponuntur, vix unus aut alter à ſancta Sede approbetur.

Ne verò ad labefactanda miracula ad dœmonis opem iterum recurrant Calviniſtæ, illos breviter ſic interrogo: Si ad fallendos homines dœmon operatur miracula in Eccleſiâ Romanâ, quæro, an id faciat facta ſibi poteſtate Divinâ, aut propriâ virtute? Non poteſtate Divinâ, quia ſi Religio Romana eſt falſa, (ut contendunt hæretici) non poteſt Deus illam miraculorum teſtimonio, tanquam ſuo ſigillo comprobare; hoc enim eſſet Deum falſæ doctrinę ſubſcribere, atq; ita homines in dœmonis fraudem inducere; nec etiam propriâ dœmonis virtute, ad homines fallendos, poſſunt operari miracula, quia hoc poſito, dœmon multò magis operaretur miracula pro ſectâ Turcarum, & Judæorum, ut in eam magno ſuo lucro homines induceret; ſed ille nullatenùs poteſt miracula operari, quia, ut jam diximus, miracula ſuperant omnem creatæ virtutis poteſtatem, nec alia in Romana Eccleſia admittuntur miracula, niſi quæ activitatem creaturarum, etiam ſpiritualium ſuperare, atq; patrata, perſeveranter ſubſiſtere probantur, ne ulla deceptio, aut falſa rei exiſtimatio valeat contingere, ergo miraculorum gloria in ſolâ Romanâ Eccleſiâ perſeverans, à ſolo Deo procedere poteſt, ut hoc ſigno, & teſtimonio, uti olim, ita hoc tempore, veram Eccleſiam hominibus demonſtraret.

IV. MARCELLUS, à quo MARCELLIANI, fuit Ancyræ in Galatiâ Epiſcopus. Cum ſcripſiſſet adversùs Aſterium Cappadocem, ſectâ Arianum, ſunt qui aſſerant, eundem in ſcriptis ſuis, ſe conjeciſſe in oppoſitum Sabellianorum errorem, qui realem trium Perſonarum diſtinctionem negabant. Non deſunt tamen, qui Marcellum ab hæreſi vindicant, ut refert Epiphanius hęreſi 22. & ab Euſebianis ejusdem Marcelli calumniatoribus, perperam intellecta fuiſſe Marcelli ſcripta, contendunt. Quidquid ſit: certum eſt, Marcellianos in Concilio Conſtantinopolitano, anno 381. fuiſſe condemnatos. Inſuper non modicam Marcello inuſſit notam, Photini ejus diſcipuli execranda impietas, nec non vulgata ab Arianis, in deteriorem partem accepta, ſcripta Marcelli. Item, quòd ejusdem diſcipuli tres in Deo relativas ſubſiſtentias confiteri minimè voluerunt; undè & factum eſt, ut ipſius Marcelli nomen peſſimè apud poſteros audierit, ac in eundem, tanquam hæreticum, Baſilius, & Hilarius declamaverint. Ex Baron. ann. 347.

MARCELLINA, mulier ex Gnoſti- II.
corum ſectâ, Romam ſe contulit circa annum 162. ubi multos ſeduxit, quod etiam refert S. Epiphanius hæreſi 25.

MARCION, ſecundo currente ſe- II.
culo genitus, patriâ Ponticus, ex civitate Synope, quem S. Polycarpus primogenitum Satanę vocavit, dictus eſt etiam Muſponticus, quòd non pauca ſacrarum Scripturarum loca, aroſiſſet, ſuiſque perverſis dogmatibus non conſona, depravaſſet. In doctrina Stoicorum Philoſophorum eruditus, poſtmodùm ad fidem converſus circa medium ſeculi ſecundi, fideles tamen mores non induens, à proprio patre, qui erat Epiſcopus pietate inſignis, ob hæreſim, & ſtuprum ab Eccleſiâ pulſus, Romam venit, ubi ſępè palinodiam cecinit: ſed cum ſimulatè hoc feciſſet, iterum ad vomitum rediit ſub Eleutherio Pontifice; iterumque ab Eccleſia ejectus, Cerdonis, cujus diſcipulus fuerat, impietati ſe adjunxit, pluribus aliis de novo confictis, & publicatis erroribus; quarè inter primarios hæreticos recenſetur. Scripſit Marcion complures libros, nimirum Euangelium, Epiſtolam, Antitheſes, & Apoſtolicum inſtru-

Digitized by Google

ſtrumentum, quem validè impugnavit primus omnium S. Juſtinus Martyr. Conſtantinus Magnus, contra Marcionitas edictum promulgavit anno 326. Anno verò 423. adhuc graſſabatur Marcionitarum hęreſis, quorum Theodoretus Cyranus Epiſcopus ultra decem mille ad ſaniorem frugem reduxit. Ex Tertull. de præſcr.

1. Duos Deos admiſit, unum bonum, malum alterum, quem dicebat eſſe hujus mundi opificem. R. Eruditè, & diffusè à Tertulliano, apud quem videre eſt Dei unitatem, contra Marcionem vindicatam. Sed, & ipſo naturæ lumine reprobatur; nam ſi duo admitti poſſent dii, etiam plures dii poſſent prædicari. Tum quia, Deus eſt ſummum bonum, complectens omne bonum; ergo unus tantùm eſſe poteſt. Indè à fortiori reiici debet Deus malus, utpotè intrinſecè repugnans Divinitatis eſſentię, quę neceſſariò à ſe excludit omne malum. Vide verbo *Manes*. Item à S. Irenæo lib. 3. adverſùs hæreſes cap. 63. à S. Epiphanio, hæreſi 42. à Theodoreto lib. 5. hæretic. fabul. cap. 17. impugnatus fuit Marcion, duorum Deorum ſomniator. In ſacris autem Paginis ſolus Deus unus, verus, & bonus hujus mundi opifex prędicatur.

2. Duos Chriſtos Marcion ſomniavit, quorum alter tempore Tiberii apparuerit, alter verò, ad reparationem Judaici ſtatus, ſit aliquando venturus, apparenter autem Chriſtum paſſum fuiſſe, dictitabat. R. quò ad primum, nam de eodem Chriſto, qui natus, paſſus, mortuus eſt, & reſurrexit, legitur in Symbolo, quòd ſit iterùm venturus judicare vivos, & mortuos; nullibi autem legitur, alium Chriſtum venturum ad reparationem populi Judaici. Quin imò, omnes Scripturæ veteris, & novi Teſtamenti, apertè docent Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe populi Judaici reparatorem, ſicut & Gentium. Attamen hic error, quem tenaciter amplectuntur Hebræi, reparationem temporalem reſpicit regni Judaici ſecundùm literam, quæ occidit, neglecto ſpiritu qui vivificat. Secunda pars reprobatur ex iis, quæ dicta ſunt verbo *Elceſaitæ*, *Doſithęus*, *Baſilidiani*, *Albanenſes*.

3. Chriſtum veram carnem aſſumpſiſſe negabat. R. verbo *Balthaſar Pacimontanus*, & locis ſupra citatis.

4. Reſurrectionem corporum impugnabat. R. verbo *Baſilidiani*.

5. Animarum tranſmigrationem in alia corpora ſuſtinebat. R. verbo *Albigenſes*.

6. Animas eorum, quibus Judæorum Deus fuit ignotus, item Cain, Dathan, Abiron, Sodomitas, ſalvatos fuiſſe: damnatos autem Abraham, Iſaac, Jacob, Henoch, alioſque ſanctos Patriarchas, & Prophetas, quia Judæorum Deum agnoverunt. Blaſphemus iſte, Deum Judæorum credidiſſe videtur eum eſſe, quem malum dicebat. Ejus delirium reprobare ex ſacris Paginis ſupervacaneum eſt, quippè apud ipſum nullius erunt auctoritatis, utpotè quę Judæorum Deum habent auctorem. Fides tamen noſtra, ex ipſis ſacris Paginis contrà ejusmodi amentiam, roboratur. Habemus enim ex ipſis ſalutem Abraham, Iſaac, & Jacob. Matth. 8. atque etiam illorum omnium, qui Judæorum Deum, qui unicus verus Deus eſt, in ſanctitate, & juſtitia coluerunt. David ſæpius repetit in ſolo Deo, & à ſolo Deo ſperandam ſalutem; reprobandos autem quoſcumque non confidentes in Domino. Tum quia, certum eſt, quòd omnibus benè operantibus, quales fuerunt ſancti Patriarchę, & Prophetæ, Deus ſalutem æternam promiſit, ſecùs malè operantibus, cujusmodi fuerunt, Cain, Dathan, Abiron, aliique perverſi, qui Deum contemnentes, dœmoni ſunt famulati. Sed ſatis per ſe patet Marcionis aſſertum merum eſſe perverſitatis figmentum, aut inſani capitis delirium.

7. In Collatione Baptiſmi violabat formam à Deo inſtitutam. R. Quia Deus ſolus eſſe poteſt inſtitutor Sacramentorum, & conſequen-

ter

ter nequit in materiâ, & formâ à Chriſto determinatâ, fieri eſſentialis mutatio à quovis homine, abſque nullitate Sacramenti.

8. Vivos, pro mortuis, qui decedebant abſq; Baptiſmo, baptizare cōſueverat. Error iſte antiquior eſt, quippe qui jam ab ipſo Apoſtolorum tempore vigebat. Undè D. Paulus ex eodem errore argumentum veluti ad hominem deduxit, ut reſurrectionem mortuorum, illam negantibus, ſuaderet. *Alioquin* (inquit) *quid facient qui baptizantur pro mortuis*? Illum ergo errorem Marcion non induxit, ſed renovavit. R. Quia ſicut nemo poteſt naſci pro alio, ita etiam nemo poteſt renaſci pro alio. Tum quia, Chriſtus dixit: *Niſi quis renatus fuerit*; ex quo infertur neceſſitas, ut omnis renaſcatur, ad obtinendam ſalutem. Tum quia, ſi unus poteſt baptizari pro alio, etiam unus deberet poſſe confiteri, & abſolutionem accipere pro alio, cum non minùs ſit Sacramentum mortuorū Pœnitentia, quàm Baptiſmus: ſed unus nequit confiteri pro alio, ergo neque unus poteſt baptizari pro alio.

9. Improbabat conjugium, & conjugatos à Baptiſmo arcebat, aſſerens, carnem à malo principio exortam, non debere ulteriùs propagari. R. quò ad Matrimonium, quòd non ſit execrandum verbo *Adamitæ*. Falſum autem eſt carnem à malo principio exortam, cum ſolus Deus ſit principium, auctor, & creator cujuſcumque creaturæ, non modò ſpiritualis, ſed etiam materialis: legimus enim in Euangelio Joann. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſinè ipſo factum eſt nihil*. Item ex Geneſi conſtat, Deum creaſſe Adam, & Evam, à quibus propagatum eſt univerſum genus humanū, & quibus injunxit, ut creſcentes multiplicarentur, quæ multiplicatio ſolùm inter matrimonialiter conjunctos poteſt juſtè fieri, eſt ergo Matrimonium ſanctum, & prolis propagatio juxta Dei ſummi beneplacitum, qui propterea maſculum, & fœminam creavit & conjunxit, atque conjungit legitimè in Matrimonium convenientes, ſicut docuit Chriſtus Dominus in Euangelio. *Quod* (inquit) *Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Ac proindè conjugati baptizandi ſunt, quoties ad fidem veniunt, ut in illis, quod naturâ operatum eſt, gratia Dei perficiat.

10. Animatorum uſum, imò & omnes creaturas, utpotè à malo principio factas, execrabantur Marcionitæ. R. Nam, cum ut ſuprà oſtenſum eſt, impoſſibile ſit dari malum principium, multòque abſurdius ſit, quòd malum principium habeat potentiam creativam, quæ ſoli Deo competit, qui bonus ſummè eſt eſſentialiter, ideò corruit omne Marcionitarum fundamentum, per quod animatorum uſum, omneſque creaturas execrabantur. Benè quidem ſeipſos, propter turpiſſimas iſtas ignorantias, & errores execrarentur.

11. Negabat Dei providentiam, cum Epicuro, & Democrito, qui ut homines facerent liberos, fecere ſacrilegos. Inter hoſtes Divinæ providentiæ recenſeri etiam debent quotquot ex Syderum influxu, fatum invexere, ut ſunt, qui vulgo Genethliaci vocantur. R. Quia admiſſo fato, de conſequenti negaretur Divinitas. Chriſtianæ Religionis inſtitutio, aut propagatio fato tribui non poteſt, quæ ab omni fatali neceſſitate adeò abhorret. *Si Dei providentia*, (inquit S. Auguſt. lib. de utilitate credendi cap. 16.) *non præſidet rebus humanis, nihil eſt de Religione ſatagendum*; & Lactantius De ira Dei cap. 8. *Si Deus* (inquit) *nihil unquam boni tribuit, ſi colentiū obſequio nullam gratiam refert, quid tam vanum, tam ſtultum, quàm templa ædificare, ſacrificia facere, dona conferre, rem familiarem minuere, ut nihil aſſequamur*? Admittenda eſt ergo ſuprema in Deo providentia, quæ inficiari non poteſt, niſi ab illorum hominum corruptelâ & depravatione, qui ſuperiorem aliquem judicem, criminum ultorem, agnoſcere reformidant, ne ab hac, peccatoribus formidabili reminiſcentiâ, inter peccandum

tur-

turbentur. Illos redarguit Scriptura Sapient. 12. *Non eſt alius Deus, quàm tu, cui cura eſt de omnibus.*

XVI. Marcionitæ novi. Plures ſunt Calvini diſcipuli, qui Marcionis hæreſim renovarunt, negantes carnis reſurrectionem; undè ajunt, in Sacramento Euchariſtiæ non ſumi carnem Chriſti, eo quòd ſpes æternæ vitæ ad animas, non ad corpora ſpectet. Hanc hæreſim promulgavit in Francia Arthantica Petrus Richerius, de quo agitur ſub hoc nomine. Non modò autem animas, ſed & corpora reſurrectura in extremo judicio, probatum eſt verbo *Baſilidiani.*

XV. Marianus Scotus, primus eſt, qui invenit, & ſcripto vulgavit fabulam de Joanna Papiſſa. Reprob. verbo *Lutherus.*

XI. Marcus, à quo Marcitæ: Vixit circà medium ſeculi ſecundi, Valentini Hæreſiarchę diſcipulus, & Heracleonis ſucceſſor. Hic, ut inuſitatæ ſcientiæ famam acquireret, mundo perſuaſit ſe virtutem quandam inviſibilem accepiſſe. Primùm venit in Gallias, & eas partes, per quas Rhodanus, & Garumna fluunt, ſuâ erroneâ doctrinâ, & magicis artibus ſeduxit. Poculorum liquorem certis carminibus in cæruleum, purpureumque vertens, ut mulierculis infelicibus illuderet. Philtris utebatur, ut earundem amorem ſibi captaret, quas ejus virtute Prophetiſſas effici jactitabat, quæ proindè Marci factę ſequaces, inſano illius amore captæ, ab eo mente, & corpore depravatę fuerunt. Marcoſii, ſivè Marci ſectatores, ut initiarent eos, qui ad eorum ſectam ſe conſerebant, genialem parabāt thalamum, & invocationibus quibusdam nefandis, abdita myſteriâ in eos exequebantur, quem ritum, ſpiritales eſſe nuptias dicebant, ad ſimilitudinem connubiorum, quæ in cælis contraherentur. Alii initiandos deducebant ad aquas, & baptizabant in nomine ignoti rerum univerſarum parentis, & veritatis omnium procreatricis, & filius, qui è cælo in Jeſum delapſus eſt. Magicæ arti Marcus addictiſſimus, computationem quandam invenit literarum Hebraicarum, ut ſcientifici hominis ſibi nomen captaret, conſtituens omnem perfectionem rerum in vigintiquatuor literis, propter quod (dicebat) Chriſtum de ſe dixiſſe: *Ego ſum Alpha, & Omega*; ſed hæc computatio à Marco inventa, purum fuit figmentum ad captandam gloriam apud idiotas; cęterum, neque Marcus ipſe inventor intelligebat quid per hanc computationem vellet exprimere. Chriſtum, dixit, eſſe columbam, quæ deſcendit ad Apoſtolos, quos nominabat Aeonas, & iterum deſcenſurum in figurâ columbæ ad Jeſum. (ex S. Irenæo adversùs hæreſes) Reliqui Marcitarum, errores iidem ſunt, quos verbo *Valentinus* referemus.

Marcus, dictus etiam Marcienus Arelatenſis Epiſcopus, tertio currente ſeculo, in ſuâ Diœceſi Novati ſectam introducere niſus eſt, pœnitentes ab Eccléſia excludens: quâ de re Sanctus Cyprianus per epiſtolam, Stephanum Papam monitum voluit, ut ad hæreſim extirpandam ſe ſe fortiter accingeret. III.

Marcus Antonius de Dominis, (cujus vitam perſtringit Spondan. anno 1616.) Epiſcopus Segnienſis, deindè Archiepiſcopus Spalatenſis, Dalmatiæ, & Croatiæ Primas, innatâ animi inquietudine, & ob amiſſam litem de quadām penſione annuâ; quâ prędictus Archiepiſcopatus erat oneratus, quia etiam ſuis Suffraganeis odio, & contemptui ſe eſſe animadverteret, de patriâ, fide deſerenda infauſtum conſilium cæpit. Per Helvetiam, ac ſuperiorem Germaniam in Belgium, atque indè in Angliam trajecit, ubi benignè à Rege exceptus, duo ingentia volumina rapſodiarum contra fidem Catholicam, & œconomiam Eccleſiaſticā ſcripſit, præfixo titulo: *De Republica Chriſtiana*, quæ multi Catholici ſtatim cōfutarunt, inter quos eruditè ſcripſit Nicol. Coephętau, Ordinis Prædicatorum, qui poſtmodum ad Epiſcopatum Maſſilię fuit aſſumptus; ſed brevi ejuſmodi vitâ pertæſus, Marcus de Dominis XVII.

ſuadente Oratore Hiſpanico, in Angliâ tunc commorante, ejus mediatione ſecurus factus de veniâ obtinendâ à Pontifice, Angliâ ſecedens, Romam venit, & palinodiam cecinit, abjurata hæreſi verbo, & ſcriptis: ſed iterum relapſus, novumque cum Anglis per literas detectus habere commercium, in arcem Hadrianam conjectus fuit, ubi gravi morbo correptus, datis reſipiſcentię ſignis, moritur. Ejus corpus ob iteratum relapſum, unà cum ſuis ſcriptis, ad publicum exemplum, in campo Florę manu carnificis, anno 1624. menſe Decembris combuſtum fuit.

Dixit Eccleſiam poſſe quidem abſolvere à peccatis externis, & manifeſtis, occulta verò à ſolo Deo poſſe abſolvi contendebat. R. quia auctoritas conceſſa à Deo Eccleſiæ non eſt ſic reſtricta, ut ſe tantùm extendat ad peccata externa, non verò ad interna; dicit enim Chriſtus: *Quodcumque ſolveritis, erit ſolutum*, inſuper: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, non diſtinguendo de peccatis internis, aut externis, ergo &c. Tum quia, peccata externa intantùm cadunt ſub judicio Sacerdotis, quia Sacerdos Dei vices gerit, à quo poteſtatem dimittendi peccata accepit: Confeſſio enim fit Deo, medio ejus miniſtro: ſed Deus tam judicat peccata externa, quàm interna, ergo tam peccata externa, quàm interna debent confiteri ejus miniſtro; ergo non minùs ab externis, quàm ab internis poterit abſolvere, cum abſolvat in virtute poteſtatis ſibi à Deo traditę. Deus autem poteſt abſolvere tam ab externis, quàm ab internis; ergo etiam ejus miniſter poteſt &c.

2. Dixit ſacros Eccleſiæ miniſtros nullo jure teneri ad cęlibatum. R. Exemplo Sacerdotum veteris legis: Exod. 19. 22. ubi ſanctificari jubebantur, priuſquàm ad Altare accederent; quo in loco commendatur caſtitas, licèt tunc eis eſſet imperfecta, ſicut imperfectum, & umbraticum erat ſacrificium. Nunc autem longè decentiùs, & optimâ lege ſancitum eſt, ut ad ſummum Sacrificium deputentur miniſtri perfectâ caſtitate nitentes. Item non licebat laicis in lege veteri comedere panem ſanctificatum, niſi priùs abſtinerent ab uxoribus, ſicut legitur 1. Reg. 21. ergo multò magis expedit, ut Sacerdotes legis gratiæ, qui debent conficere corpus Chriſti, cęlibes vivant. Sacerdotes legis veteris, quando miniſtrabant Domino, reſidebant in templo, nec domum ſuam revertebantur, niſi completis diebus officii ſui; ergo Sacerdotes legis gratiæ, qui quotidie miniſtrant, debent quotidie ab uxoribus abſtinere. Videatur hac de re S. Hieronym. lib. 1. contra Jovinianum: Beda ad cap. 1. Lucæ. Tum quia Apoſtoli, ex quo vocati ſunt ad Apoſtolatum, cęlibes vixerunt. Lex cęlibatus ſervandi à clericis, decreta eſt ab Apoſtolis, ſicut conſtat ex Concil. Cartbag. 2. Canon. 2. pluribuſq; aliis in Conciliis confirmata. Videatur Cōcil. Agathenſe, canon. 9. Aurelianenſe tertium, canon. 7. Aurelianenſe quartum, canon. 17. Quòd autem Græci, qui uxorem habent, promoveantur ad ordines, hoc dignis de cauſis permiſſum fuit tempore ſextæ Synodi generalis.

3. Dixit Chriſtum non fuiſſe caput Eccleſiæ in hâc vitâ, ſed cæpiſſe eſſe caput ipſius poſt aſcenſionem. Rep. quia Chriſtus adhuc vivens, ante paſſionem ſuam inſtituit Sacramēta, inſtituit novum Sacerdotium, inſtituit Epiſcopos, & Presbyteros, Apoſtolos ſcilicèt, & Diſcipulos, ſancivit leges Euangelicas, quæ ſunt in novo Teſtamento, ergo adhuc vivens fuit caput Eccleſiæ, quæ poſt ejus mortem dilatata eſt, non fundata. Verum quidem eſt, quòd lex Euangelica non cæpit obligare, niſi poſtquàm ſufficienter promulgatum fuit Euangelium; Chriſtus ergo in hâc vitâ fuit viſibile caput Eccleſię, cujus nunc eſt caput inviſibile, gubernans eam per ſuos Vicarios Romanos Pontifices, D. Petri ſucceſſores, quem Chriſtus ipſe elegit ſuum primum Vicarium.

4. Dixit ex fide Lutherana, Calvini-

viniſtica, Anabapt. & Romanâ unam ſanam, & Orthodoxam fidem conflari poſſe. Reprob. Quia veritas, & falſitas, nequeunt ſocietatem inire. Vide verbo *Proteſtantes*. Scripſit contrà Marcum Antonium P. Zacharia Boveiius.

XIV. MARGARITA PORRIA, ex Hannonia oriunda, Pariſiis librum quendam edidit, multis refertum erroribus, & inter cætera aſſerebat, quòd anima anihilatâ in amore Conditoris, ſinè ullo conſcientiæ morſu poteſt, & debet naturæ indulgere, quidquid appetit, & deſiderat. Hunc, & alios errores abjurare detrectans, incendio tradita eſt, multis tamen in exitu datis pœnitentiæ ſignis. Ex Spondan. ann. 1310.

IV. MARINUS, natione Trax, (de quo Nicephor. lib. 12. cap. 30.) cadente ſeculo quarto, Arianæ hæreſis Conſtantinopoli fuit propugnator acerrimus; cum in urbe Conſtantinopolitanâ fuiſſet ab Arianis in quæſtionem vocatum, *an priusquàm Filius fuerit in Divinis* (profitebantur enim Filium in Divinis ex non exiſtentibus extitiſſe) *Pater, potuerit Pater vocari*, & aliqui ex Arianis negativam partem ſuſtinerent, Marinus pro parte affirmativâ ſtetit, & Patrem, priùs quàm Filius fuerit, verè Patrem dicendum profitebatur; qui ergo Marini ex parte ſteterunt, multis conditis Eccleſiis, in eis ſeorſim ab aliis Arianis convenerunt. Marini ſequaces, etiam Pſathyriani, & Gotiani, à Pſatyro & Selinas Gothorum Epiſcopis, Marini præcipuis fautoribus, nuncupati fuerunt. Ex his Arianorum diſſidiis, cæpit Ariana hæreſis multùm declinare, ita ut plures ejusdem ſequaces, videntes non poſſe Arianos inter ſe in uno ſenſu convenire, Arianam hæreſim ſint deteſtati, & ad Catholicam Eccleſiam, quæ ſemper in unâ ſanâ doctrinâ ubique convenit, confugerunt. Certè nulla evidentior probatio inſubſiſtentiæ alicujus religionis, quàm diſſenſio inter ejusdem religionis ſequaces, in materiâ ipsâ religionis; quo argumento ſufficienter convinci poterunt tam Lutherani, quàm Calviniſtæ, qui in tot ſectas ita ſunt diviſi, & ſubdiviſi, ut jam penè, neque maritus cum uxore, neque pater cum filio, ſub eodem tecto in materiâ religionis conveniant, ſed jam jam quot capita, tot ſint ſententiæ, ſivè diverſi modi credendi; ſi tamen fidem aliquam eſt invenire, ubi potiùs dicendum, quòd nulla religio ampliùs vigeat, ſed libertas vergens in Atheiſmum.

MARRONITAE. Willelmi Archiepiſcopi Tyri auctoritate ſuffulti plures Scriptores moderni, Marronitas inter hæreticos Monothelitas conſtituunt, auctore quodam *Marrone* nomine. Sed præfati Willelmi, quantùm in hâc causâ infirma ſit auctoritas, validiſſimis argumentis demonſtrat Fauſtinus Naironus in ſuâ Evopliâ, ubi, Marronitas ſemper perſtitiſſe in verâ fide Orthodoxâ, oſtendit, licèt inter eos ſchiſmate facto, eorum aliqui ad Monotheliſmum deſciverint; quàpropter, nomen hoc *Marronitarum*, nulliùs hęreſis eſt indicativum; quę omnia uberiùs tractat prẹfatus Naironus, ad quem lector remittitur, ut juſtum de Marronitarum religione judicium valeat elicere. VI.

MARIS. Inter Epiſcopos numero novem, qui in Nicænâ Synodo, contra torrentem omnium Epiſcoporum formulam fidei Nicænam rejecerunt, & Arii exauctorationem improbarunt, unus fuit Maris Epiſcopus Chalcedonenſis, cujus ſocii numerantur Euſebius Nicomedienſis, Theognis Nicienſis, Thomas Marmaricenſis, Secundus Ptolemaidenſis, Menophantus Epheſinus, Patrophilus, Scitopolitanus, Narciſſus Nerodiadenſis in Cilicia. De hoc Maris, quantumvis Ariano, Juliani impietatem exprobrante, refert Nicephorus ſuæ hiſt. lib. 10. cap. 20. Cæterùm, quoad ſuam hæreſim ſpectat, utpotè cum Ario ſentiente, dicebat: *Fuiſſe aliquando, cum non eſſet Filium, & eum non fuiſſe, priusquam genitus eſſet, ex non exiſtentibus factum eſſe, creatum fuiſſe, & mutationi obnoxium*; quæ, cum ratione Divinitatis, quæ eſſentialiter com- IV.

petit Verbo, ſint incompatibilia, ſub nomine *Arius* reprobantur.

XIV. Marsilius de Menandrino, patriâ Patavinus, una cum Joanne Janduno, patriâ Peruſino, librum compoſuit, inſcriptum: *Defenſor pacis*, pluribus refertum erroribus, à Joanne XXII. damnatum, à Petro de Palude, Alberto Pighio, & aliis egregiè confutatum. Vixerunt currente ſeculo decimo quarto, tempore Ludovici Bavari Imperatoris, cujus gratiam, ut ſibi conciliarent præfati hæretici, potiſſimùm contrà Pontificiam auctoritatem, calamum ſuum acuerunt. (ex Alphonſo à Caſtro lib.6.) Potiores autem errores, qui in præfato libro continentur, ſunt ſequentes:

1. Chriſtus Dominus, quando ſolvit tributum Cęſari, id ex neceſſitate fecit; quarè Imperator de rebus temporalibus Eccleſiæ, pro ſuo arbitrio poteſt diſponere. R. Nam Chriſtus propriè non ſolvit tributum, ſed dedit; dixit enim Petro: *Da pro me, & te*, non verò dixit: *Solve pro me, & te*. Dedit itaque Chriſtus didrachma, ad cujus ſolutionem non tenebatur, propterea pręmonuit: *Liberi ſunt filii*, ſed ita dedit, ut potiùs immunitati ſuæ proſpiceret, dicens: *Da*, non verò, *Solve*. Dedit itaque, ne fieret ſcandalum in populo, qui nondum noverat Chriſtum eſſe Regem Regum, & conſequenter nullatenùs Imperatori ſubditum, idcoque liberum à ſolutione didrachmatis, quâ libertate, etiam gaudere univerſam Eccleſiam, ſignificavit, cum unâ ſimul Eccleſiæ caput à ſolutione tributi exemit, dicens: *Da pro me, & te*. Quòd ſi Eccleſia exempta non eſſet à ſolutione tributi, Chriſtus dixiſſet Petro: *Da pro me, & ſolve pro te*. Dixit autem: *Da pro me, & te*. Sed qui dat, non ſolvit; ſępè verò, ad redimendam vexationem conſuevit Eccleſia dare Principibus id, quod ſolvere non tenetur. Imperatorem autem non poſſe de rebus temporalibus Eccleſię pro ſuo arbitrio diſponere: Prob. nam Eccleſia, ſicut oſtendimus contrà Petrum Martyrem, & alios hæreticos, poteſt poſſidere bona temporalia, quę, vel per donationem, vel per alium legitimum titulum acquiſivit: ſed Imperator non poteſt pro arbitrio diſponere de bonis, quę ſubditus ſecularis in Imperiali ditione legitimè acquiſivit, & legitimè poſſidet, ergo à fortiori non poteſt diſponere de bonis, quæ Eccleſia legitimè acquiſivit. Minor eſt evidens, non enim Imperator poteſt auferre bona, quæ aliquis ſubditus legitimè poſſidet, ut transferat vel in ſuum, vel in alterius ſubditi dominium, hęc enim eſſet tyrannica uſurpatio, contrà quam clamant omnes leges Divinę, & humanę, ergo à fortiori, non poterit pro libito diſponere de bonis Eccleſiæ, cum Eccleſia omninò ſit exempta ab omni juriſdictione ſeculari. Pontificem verò non eſſe ſubditum Imperatori, verbo *Anaſtaſius*, & *Guillelmus Ochamus* oſtendimus: poſſe condere novas leges, contrà *Arnulphum*: poſſe diſpenſare in votis, contrà *Beguinos*: ipſum ſolum habere jus ad convocanda Concilia, contrà *Magdeburgenſes*: eſſe Primatem totius Eccleſiæ, & ſuperiorem poteſtate cuicumque Epiſcopo, contrà *Armenos*, & *Arnaudum*: Pontifici Romano quemcumque Chriſtianum eſſe ſubditum, contrà *Dulcinum*: poſſe ferre excommunicationis ſententiam, contrà *Gerbertum*: eſſe Chriſti Vicarium, contrà *Joannem Weſtphalum*: eſſe caput Eccleſiæ jure Divino, contrà *Huſſitas*, & *Jacobum Præpoſiti*: oſtenſum eſt, & ex ibi dictis reprobatę remanent ſequentes Marſilii, & Janduni propoſitiones.

2. Chriſtus in Cælum aſcendens, nullum in Eccleſiâ caput viſibile conſtituit, & Vicarium.

3. S. Petrum plus auctoritatis, quàm reliquos Apoſtolos, nō accepiſſe.

4. Ad Imperatorem ſpectare Pontificem conſtituere: Imperatorem ſuccedere Pontifici, & Eccleſiam regere Sede vacante.

5. Omnes Sacerdotes, etiam Epiſcopos, eſſe æqualis auctoritatis.

6. Ec-

6. Eccleſiam neminem punire poſſe, vel excommunicare, niſi Imperator conceſſerit.

7. Eccleſiam bona temporalia poſſidere non poſſe.

8. Diſpenſare in matrimonio, ſicut etiam legitimare ſpurios, ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, ſpectare ad Principem; quemadmodùm judicare de idoneitate promovendorum ad ſacros Ordines, beneficia Eccleſiaſtica conferre, Religioſos Ordines approbare, jejunia indicere, & dies feſtos præcipere.

9. Dixit, Pontificem poſſe ab Imperatore judicari, neque habere auctoritatem condendi leges. R. Quia ex Epiſtolâ Honorii Auguſti, ſcriptâ anno 410. ad Bonifacium Papam: Item ex aliâ epiſtolâ, ſcriptâ ann. 450. quæ extat in Concilio Chalcedonenſi, ex epiſtolâ Valentiniani, & Martiani ad Leonē Papam, & ex aliâ Anaſtaſii Imperatoris ad Hormiſdam Pontificem, datâ anno 510. Ex epiſtolâ Athalarici Regis, ſcriptâ anno 520. ad Clerum Eccleſiæ Romanæ; ex his inquàm, & pluribus aliis epiſtolis, conſtat quòd Imperatores, & Reges ſemper Romanum Pontificem, tanquàm ſuum ſuperiorem agnoverunt, & ipſi ſe ſubmiſerunt; ergo Imperator nequit proferre judicium ſuprà Pontificem, utpotè Imperatori ſuperiorem. Plura Concilia hanc veritatem declarant, quòd prima Sedes à nemine judicatur, intèr quæ Sinveſſanum, & Romanum ſub Silveſtro, item Romanū ſub Adriano, innuunt, quòd Papa nequit judicari à Concilio, ergo à fortiori neque ab Imperatore, quia Papa eſt ſuprà Imperatorem, & ſuprà Concilium, quod probatur ſic. Congregato Concilio, vel Papa adhuc remanet caput Eccleſiæ, vel non? ſi primum, adhuc eſt ſuperior cæteris membris, etiam in unum collectis; ſicq; non poteſt ab Epiſcopis etiam in Concilio congregatis judicari: Sin autem congregato Concilio, Pontifex non remanet caput Eccleſiæ, ergo Eccleſia congregata erit corpus ſinè capite: ſed utrumque dicere implicat, ergo aſſerendum Papam ſemper eſſe ſuperiorem cæteris Epiſcopis, ſivè ſeorſìm ſumptis, ſivè in Concilio congregatis, & conſequentèr nequit ab iiſdem judicari.

Hic opportunè notandum, mox ſuperius dicta, etiam efficaciter probare, quòd Concilium non ſit ſuprà Papam, quod adhuc ulteriùs probatur, nam ſi Papa non eſſet ſuprà Concilium, diverſum eſſet regimen Eccleſiæ congregatæ in Concilio, ab illo quod habet Eccleſia, quando non eſt congregata, quia, quando non eſt congregata, eſt ſub regimine unius capitis, ſub quo fuit inſtituta à Chriſto, ſi verò quando Eccleſia eſt congregata in Concilio, Papa non eſſet ſuprà Concilium, tunc regimem Eccleſiæ non eſſet ſub uno capite: Sed actenus inauditum, quòd vivente eodem capite, Chriſtus dederit diverſum regimen Eccleſiæ extrà Concilium, & tempore Concilii. Adde, quòd ſpectat ad Papam congregare Concilium, præſidere Concilio, per ſe, vel per ſuos legatos, & probare acta Concilii, ergo Papa ſemper eſt ſuprà Concilium, quia ſemper eſt caput Eccleſiæ.

Quòd Papa habeat auctoritatem condendi leges, probat efficacitèr Sanctus Bernardus libro De Præcepto & diſpenſatione, cap. 9. item lib. 2. De Conſid. Tum quia, in politia temporali eſt poteſtas condendi leges pro bono regimine temporali, ergo idem aſſerendum in politiâ Eccleſiaſticâ, pro bono regimine ſpirituali: ſed hęc poteſtas eſſe debet in eo, qui conſtitutus eſt caput, & Paſtor Eccleſiæ, ſcilicèt in Pontifice, cui dedit Chriſtus munus paſtorale: munus autem paſtorale, tradidit Chriſtus Petro, non verò Eccleſię: Petro dixit, non Eccleſiæ: *Paſce oves meas*, ſi enim dixiſſet Eccleſiæ: *Paſte oves*, jam præcepiſſet ovibus, ut paſcerent ſeipſas. Demùm, ſummus Sacerdos in veteri lege, habebat poteſtatem condendi leges pro bono regimine Synagogæ, ut probavimus ex ſacrâ Scripturâ contrà Lutherum, ergo pro bono re-

gimine Eccleſiæ, Summus Pontifex debet habere poteſtatem condendi leges. Ex quo ſequitur, quòd Pontifex ſit ſupremus judex in cauſis religionis, quod expreſsè aſſerit ſacra Scriptura in Deuteronomio 17. v. 8. Paralipon. lib.2. c.19. quod etiã, cum cæteris Sanctis Patribus, aſſerit S.Bernardus Epiſt.189. ad Innocentium.

III. Martialis Epiſcopus Aſturicenſis, & Baſilides Epiſcopus Legionenſis, Novati hęreſim, & ſchiſma per Hiſpaniam propagarunt. Ex Bar. ann.250. 54. 58.

IV. Martianus Diſſidium fecit Martianus cum Sabbathio Epiſcopo Novatiano, circà celebrationem Paſchatis: erat autem Martianus Novatianorum (ut ipſi aſſerebant) Summus Pontifex. Ex Bar. ann.391.

Dicebat, unicuique licere Paſcha celebrare pro ſuo arbitrio, ideſt, vel Judæorum more, ut contendebat Sabbathius, vel more aliarum religionum. R. verbo *Quartodecimani*, contrà quos, Paſcha celebrandum die Dominico, ab Eccleſiâ indicto, oſtendemus.

IV. Martyriani. Dicti ſunt Martyriani, hæretici Euphemitæ, qui, cum plures Deos aſſererent, non niſi unum tamen adorabant, quem dicebant omnipotentem, & cum à provinciarum pręſidibus vexarentur, Martyrianos ſe ſe nuncupaverunt, quaſi martyrium patientes. Fuit hæc ſecta ex Gentilibus congregata, circà medium ſeculi quarti. Agit de Martyrianis Baronius ad annum 361.

Martyriani Novi. Sic ſunt nuncupati, qui Petri Martyris dogmata ſequebantur.

XI. Martini. Dicti ſunt Martini, à Martino Juris Conſulto, quicunque obſtinatè tuentur aliquam opinionē, quamvis erroneam. Tanta tribuit Martinus adulatoriè Imperatori, ut Friderico tunc regnanti aſſeruerit, Imperatorem eſſe de jure Dominum terrę. Ità cervicoſus erat ad defendendam quamcumque opinionem, quam ſemel ſuſcepiſſet, ut in vulgare proverbium ejus durities apud juris conſultos in hanc uſque diem pertranſierit; ità ut Martinum appellent, quicunque ſuæ ſingulari ſententiæ pertinaci ſtudio inhęret. Ex Spond. ann.1158.

Martinus Gonsalvus, ſivè Gondiſalvus Conchenſis, in Hiſpaniâ, multa fatua aſſeruit; primò quòd eſſet germanus Sancti Michaelis, quòd pro ipſo ſervaret Deus locum deſertum Luciferi, quòd ipſe eſſet prima veritas, & ſcala cæli, quòd ſingulis diebus ſcanderet cælum, & oſcularetur illud, quòd advenientem Antichriſtum ad ſingulare certamen provocaturus eſſet, & Cruce Chriſti, diademate ſpineo ornata, foret eundem proſtraturus. Hunc Archiepiſcopus Toletanus igne damnavit. Ex Spond. ann.1359. XIV.

Masobotheus, à quo Maſbothei, unus fuit ex primariis hæreticis, in ſcholâ Simonis Magi enutriti, qui proprias inducere opiniones enixi ſunt, & paulò poſt Chriſtum paſſum, Eccleſiam dilaniarunt, ut plurimùm ſolâ ambitione inducti, ut ſcilicèt etiam novæ religionis auctores apparerent. Ex Niceph. lib.4.cap.7. I.

Massaliani. Intèr multiplicia hæreſum monſtra, quæ ſub Conſtantio Imperatore Eccleſiam acritèr vexarunt, Maſſaliani numerantur, qui irrepſerunt in Meſopotamia, circà annum 361. tempore D. Epiphanii. Plura nomina ſortiti ſunt poſtmodùm Maſſaliani, dicti etiam: *Pitaliani*, *Euchitæ*, *Precatores*, *Spirituales*, *Euphemitæ*, *Martyriani*, *Satanitæ*, *Adelfiani*, *Saccofori*, & *Enthuſiaſtæ*. His diverſis nominibus, habito reſpectu ad eorum errores, mores, & habitum, ſunt nuncupati. Maſſalianorum primarios duces aſſerit Epiphanius fuiſſe: *Dadoem*, *Sabbam*, *Adelfium*, *Simeonem*, & *Hermam*. A pluribus Conciliis, & à Theodoſio magno Imperatore exagitati fuerunt iſti Nebulones, & ab ingreſſu Eccleſiæ, in Concilio celebrato ſub Theodoſio juniore, penitùs rejecti, eo quòd ſæpè relapſi, Eccleſiam delaniaverunt: iterumque damnati in Con- IV.

cilio

Digitized by Google

cilio Œcumenico Epheſino anno 431. De Maſſalianis, ſcribunt Theodoretus, Hieronymus, Damaſcenus, Auguſtinus. Maſſalianorum errores, verbo *Enthuſiaſtæ* referuntur, & refelluntur.

XVI. MASSALIANI NOVI. Illi ſunt, qui veterum Maſſalianorum renovarunt errores; intèr Antichriſtianos, à Gravina numerantur, ex ſchola Lutheri, & Calvini progeniti.

Aſſerunt, Baptiſmum non ſanctificare homines, neque ſordes expiare, ideoque in baptizato remanere culpam originalem. R. verbo *Arcontici*, *Armeni*, *Fulgentius*.

IV. MATHEMATICI. Mathematicos, intèr hæreticos adſcribit Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, libro quem de hæreſibus cõſcripſit. Nõ eſſet tolerandum à ſcientiâ adeò nobili, hæreticos homines nomenclaturam ſortiri: ſed tamen eo nomine ſignificantur, à temporibus etiam Ethnicorum (ut ſæpiùs affert Titus Livius) illi, qui ex varia ſiderum obſervatione, facilitèr in errorem prorumpere ſolent, quod etiam obſervat D. Auguſtinus lib. 2. de Doctrinâ Chriſtianâ.

XV. MATTAHÆUS PALMERIUS, natione Florentinus, vixit currente ſeculo decimo quinto. Litterarum ſcientia celebris, plura opera ſcripſit. Sed cum de Divinis ſcientiis etiam librum ediderit, circa naturam Angelorum, à ſenſu Catholico defecit, quà propter hujuſmodi opus igni traditum fuit. Ex Bellarm. de Scriptor.

XV. MATTHAEUS GRABON. Regularis profeſſus Conventus Wiſmarienſis, Merſeburgenſis Diœceſis, Provinciæ Saxoniæ, Fratres vitæ communis, ſeu eorum inſtitutum impugnando, in plurimos errores lapſus eſt. Hos, edito libello, expreſſit, quos ad Conciliũ Conſtantienſe delatos, Martinus V. Pontifex Maximus, eorum examen, ac cenſuram commiſit Cardinali Aquilejenſi, Petro de Alliaco, Cardinali Cameracenſi, aliiſque Prælatis, & Doctoribus, quorum unus erat Joannes Gerſonius Pariſienſis Cancellarius. Judices deputati, Fratris Matthæi propoſitiones damnarunt, quaſdam ut hæreticas, alias ut erroneas, nonnullas ut ſcandaloſas, & piarum aurium offenſivas; ipſumque Fr. Matthæum Grabon ad illarum abjurationem, latâ ſententiâ, compulerunt, quam Summus Pontifex confirmavit. Erant autem hujuſmodi, propoſitiones ex Grabonis libello excerptæ.

1. Proprietas temporaliũ rerum, ſtatui ſeculari eſſentialitèr eſt annexa.

2. Nullus ſinè peccato poteſt illud abiicere, quo retento, poteſt convenientèr vivere ſecundùm ſtatum ſuum.

3. Omnes peccant, qui bona ſua ſimplicitèr in eleemoſynam largiuntur propter Chriſtum.

4. Abdicationem omnium propter Chriſtum, nullus facere poteſt, extra veras Religiones manendo, ſinè peccato mortali: & dico veras Religiones, per Sedem Apoſtolicam approbatas.

5. Papa non poteſt diſpenſare cum ſecularibus, ut omnibus in ſingulari careant.

6. Si Papa poſſet alicui concedere, tunc poſſet ei concedere propriæ vitæ ſubtractionem, quod eſt contrà præceptum Decalogi: *Non occides*.

7. Religioſus non poteſt ſinè peccato mortali abdicare voluntatem habendi communia, quandò actualia non habet.

8. Quòd aliquis ſit voluntariè pauper propter Chriſtum, in ſeculo manens, omninò nihil habendo in ſingulari, nec etiam ipſam voluntatem habendi, propriam includit omni tempore contradictionem.

9. Nullus poteſt paupertatis conſilium meritoriè obſervare, niſi fuerit in ſtatu ſpirituali perfectionis, ſivè veræ Religionis. Dico autem veram Religionem, ſecundo modo dictam Religionem.

10. Reputantes ſe benè facere, aſſumendo paupertatem, quæ eſt Salvatoris conſilium, remanendo in ſtatu ſeculari, peccant mortalitèr.

11. Abdi-

11. Abdica omnia, etiam propter Chriſtum, niſi veram, & approbatam Religionem ingrediatur, eſt ſibi, & ſuis, quorum cura ſibi incumbit, vitam ſubtrahere, quod eſt homicidium committere tot hominum, quot ejus curę ſubduntur.

12. Effundere omnes opes ſimul, ab his qui volunt in ſeculo manere, reducitur quaſi immediatè ad illud præceptum: *Non occides*.

13. Credentes ſe mereri vitam æternam tali abdicatione, credunt ſe poſſe mereri vitam æternam mortalitèr peccando.

14. Dicens, omnia eſſe meritoriè abiicienda propter Chriſtum, remanenti in ſeculo, eſt hæreticus judicandus.

15. Nullus poteſt meritoriè, & ſecundùm Deum, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis conſilia, extrà veras, & approbatas Religiones manendo, adimplere.

16. Tria Salvatoris conſilia, ſic ſunt concatenata, ut ubi paupertas meritoria, in quantum eſt Salvatoris conſilium, invenitur, oportet, ut neceſſariò alia duo, ſcilicèt caſtitas, & obedientia inveniantur, quæ à paupertate ſeparari non poſſunt.

17. Matronę, ſeu mulieres, communem vitam ducentes, ſimul commorantes, Beguttæ vulgaritèr nuncupatę, quoſcumque errores non tenentes, aut prædicantes, ſeu aliàs de erroribus, vel hæretica pravitate non ſuſpectæ, æternę damnationis ſunt filiæ, & earum ſtatus eſt prohibitus, & damnatus.

18. Peccant, qui propria ſua reſignant, non intrantes Religionem approbatam.

19. Non licet Presbyteris, & Clericis communem vitam ducere, niſi in Religione approbatâ, ſub pœna peccati mortalis.

20. Peccant omnes, qui ſovent conſilio, & auxilio communem vitam ducentes extra Religionem approbatam.

21. Similitèr excõmunicati ſunt illi, qui, vitam communem extra Religionem approbatã ducentibus, præbent eleemoſynas. Et qui tales ſovent conſilio, & auxilio, vel defenſione, ſimilitèr ſtant, & ſunt in ſtatu perpetuæ damnationis: & niſi de ejuſmodi exceſſibus eorum, magna contritione pœnituerint, ad vitam æternam non poſſunt pervenire, neque ſalvi permanere.

22. Omnes vitam communem ducentes extra Religionem approbatam, ſunt illi, à quibus Salvator noſter præcipit eſſe abſtinendum, & tanquàm à falſis prophætis attendendum.

23. Quilibet faciens contrà jura Canonica, peccat mortalitèr.

24. Nullus corpore validus, abſque communi utilitate, & neceſſitate, poteſt extra veras Religiones ſinè peccato eleemoſynas Chriſtifideliũ tollere. Iſtæ propoſitiones, cum cenſuris Petri de Alliaco, & Gerſonii, ejuſdemque Fr. Matthæi Grabon revocatione, & abjuratione, habentur intèr ipſius Gerſonii Opera, Tom. 1.

MATTHAEUS DRESSERUS, vixit circa medium ſeculi 16. Dixit non XVI.
creari novas animas, ſed per generationem propagari, ex parentibus in ſobolem. R. verbo *Origenes*.

MATERIARII, dicti ſunt Hermogenis ſectatores ab hæreſi, quam profitebantur de materiâ ingenitâ. Vide *Hermogenes*. Ex Tertull. contrà Hermog. II.

MATTHIAS REIDT, Lindavienſis miniſter, ſectâ Lutheranus, vixit circa medium ſeculi 16. Hic, ut ſuum populum à cultu Mariæ alienaret, Canticum: *Salve Regina*, virulento ſcripto impugnandum ſuſcepit. Ex Coccio. R. verbo *Guillelmus Bidembachius*. XVI.

MAXIMUS, Epheſius dictus, quia Smyrnę natus, Philoſophus Cynicus, & magnus præceptor impietatis Juliani Apoſtatæ, ingenti honore, ab eodem ad imperium aſſumpto, excipitur. Conſtitutus inſuper à Juliano, qui totus à Maximo pendebat, cenſor ſcriptorum ſuorum, falſis vaticiniis Julianum ad bellum Perſicum IV.

impulit, in quo Imperator miſerè deceſſit. Sub Valente dirè exagitatus eſt Maximus ob magicam artem, quam exercebat, & tandem capite plectitur. Ex Bar. ann. 337.

IV MAXIMINUS. Adversùs Maximinum graviſſimè ſcripſit S. Auguſtinus. Fuit Maximinus Arianorum Epiſcopus, circa annum Domini 405. Dixit, Patrem potentiorem eſſe Filio, eo quòd Filiū genuerit Deum Creatorem: Filius autem non. R. à D. Auguſtino tribus libris contra Maximinum editis. Vide etiam hac de re Magiſtrum ſententiarum, libro primo diſtinct. 7. Tum quia, ſi Filius in Divinis non eſſet dicendus æquè potens, ac Pater, quia non generat, deberet in ſenſu Maximini generare Filiū, qui iterum generaret, & ſic in infinitum; nec poſſet perfici in Divinis generationis ſeries, ſi ſemper alter ex altero generaretur, nec eam perficeret ullus, ſi non ſufficeret unus omnipotens. Quia ergo Filius infinitę perfectionis, adęquat infinitam Patris virtutem generativam, non eſt poſſibilis alius Filius, qui generetur in Divinis, aliàs Divinus Filius infinitus non eſſet, ſi ipſo genito, adhuc alium generandi Filium, in Divinâ naturâ maneret poſſibilitas. Nec propterea Pater potentior eſt; eandem enim ac Pater, Filius habet potentiam generandi, licèt modus illam habendi, idem non ſit in Patre, ac in Filio, quia Pater habet generandi virtutem, ſumpto activè verbo *Generandi*; Filius autem ſumpto paſſivè eodem verbo. Modus autem habendi, non variat rei habitę ſubſtantiam. Nec dici poteſt Filium non habere potentiam *activam* generandi, ſed tantùm non habere activè, ità ut differentia ſit omninò in modo, nullatenus in re.

IV. MAXIMIANUS, ſectâ Donatiſta, creatur Epiſcopus Carthaginenſis contrà Primianum, etiam Donatiſtam, ex quo ortum habuit intèr Donatiſtas ingens ſchiſma. Ex Baron. anno 394. Docuit malos Sacerdotes non conferre vera Sacramenta, & ideò aſſerebat ab illis baptizatos, eſſe rebaptizandos. R. verbo *Fraticelli*.

MAXIMILLA. Habuit montanus duas mulieres, quarū una *Priſca*, altera vocabatur *Maximilla*. Has, ex Paracleti inſpiratione prophetare, aſſerebat, ut ſuam doctrinam ſtabiliret. De his mulierculis, quæ vixerunt circa annum 180. in impietate, & hæreſi Montani pediſſequæ, ſcribit etiam Euſebius lib. 5. Eccleſ. Hiſt. cap. 5. II.

MAECHIANI, vocantur quicumque adhæſeruut Conciliabulo Conſtantinopolitano, convocato ab Imperatore Nicephoro, anno 809. in quo, ex præſcripto Imperatoris, unà cum Epiſcopis, conſederunt Magiſtratus; quarè non mirum, ſi pernicioſi Canones in eo Conciliabulo ſanciti fuerunt, quibus adhęrere recuſantes, exilii pœnam ſubiere. Hujus Conciliabuli decreta ſunt. IX.

1. Anathemati ſubiiciendos omnes, qui illius Conciliabuli errores non reciperent.

2. Conjugium Conſtantini Imperatoris, cum Theodote, vivente adhuc Mariâ legitima priore conjuge, tamquàm legitimum eſſe approbandum. R. Ex Matth. cap. 19.

3. Leges Divinas adversùs Reges nihil poſſe. R. Ex ſacra Scriptura exemplo Davidis, qui ſæpè de Divinâ lege ſermonem inſtituens, eidem ſibi obtemperandum, ejuſdemque ſe ſubditum eſſe gloriatur. Undè & ille dixit: *Et nunc Reges intelligite, erudimini &c. ne quando iraſcatur Dominus*. Tum quia Reges ſunt creatura Dei, ergo ſubditi Deo, & ejus legibus.

4. Epiſcoporum unumquemque in ſacros Canones, præter ea, quæ in illis ſtatuta ſunt, diſpenſandi poteſtatem habere. R. Nam illius eſt diſpenſare in lege, cujus eſt legem promulgare, ſed ſolus Pontifex leges Canonicas in universâ Eccleſiâ promulgat: ergo ſolus Pontifex in lege Canonicâ poteſt diſpenſare. Tum quia, lex Canonica illa eſt, quæ univerſum Chriſti gregem in unanimi ubique continet ordine, & diſciplinâ, quę decus eſt Chriſtianæ Religionis

gionis, & ornamentum, quod adeò magnificant ipſimet Ethnici: ſed hàc uniformitatis gloriâ privaretur, quandocunque ex ſuo beneplacito poſſent Epiſcopi in lege Canonicâ diſpenſare.

XVI. Mediatores, ſunt quidam Antichriſtiani politici, qui anno 1578. in duas partes diviſi, volebant Lutherana dogmata, cum principiis fidei componere, & ſic quodammodò mediam religionẽ ſtabilire. Ex Gravina.

1. Solam Scripturam ad fidem ſufficere aſſerunt, & per traditionem ſolùm juvari ad ea, quę ſcripta ſunt, intelligenda. R. verbo *Bibliſtæ*.

2. Hanc traditionum differentiam, debere fieri in Conciliis ab hominibus, inter quos eſt controverſia. R. Quia in Conciliis ſoli Epiſcopi ſunt judices, neque illi, inter quos eſt differentia, poſſunt decidere; nemo enim in propriâ causâ poteſt eſſe judex.

3. Interim, dum remanet de traditionibus controverſia, licere Chriſtiano ſuſpendere judicium, etiam in illis articulis, ſub anathemate ab Eccleſiâ propoſitis ad credendum. R. Nam in Eccleſiâ nulla eſt de Divinis traditionibus, quas, ut tales illa docet & recipit, controverſia; cum Eccleſię doctrinis, & ſanctionibus omnes Catholici obediant. Sed & omnes, qui Chriſtiano nomine gloriari voluerint, obedire tenentur, ut probatum eſt contra *Huſſitas*, & *Jacobum Præpoſiti*; ergo non poteſt aliquis, niſi infidelis, judicium ſuſpendere in materiâ fidei, quandò articuli ſunt expreſsè ab Eccleſiâ propoſiti ad credendum, cæterùm non eſſet in Eccleſiâ una fides; & ſicut una tantùm eſſe poteſt vera Eccleſia, ità etiam una tantùm poteſt eſſe fides apud eos, qui eſſe volunt de corpore veræ Eccleſiæ; quod ſecùs eſſet, ſi liceret ſuſpendere judicium in articulis propoſitis ad credendum. Neque eſſe poſſet potior ratio de ſuſpenſione judicii (quando liceret in caſu, de quo agitur, judicium ſuſpendere) circa unum articulum, quàm circa omnes, & ſic in hæreticorum ſenſu, etiam qui haberet judicium ſuſpenſum circa omnes articulos, dici poſſet verus Catholicus, quod patet eſſe abſurdum.

4. Tollendas eſſe illas cœremonias, quarum obſervantia apparet noxia, ut jejunia, & delectus ciborum. R. Ex verbo Dei, in quo ſæpè commendatur jejunium. Vide verbo *Aeriani*, *Agapetæ*, & *Enthuſiaſtæ*.

5. Tenendam eſſe religionem, abſque offenſione Catholicorum, & Proteſtantium. R. Cum enim in pluribus Catholicorum Religio ex diametro opponatur Proteſtantium inſtituto, vitæ, & moribus, impoſſibile eſt religionem, abſque offenſione Catholicorum, & Proteſtantium, ſtabilire.

6. Venerandos eſſe Sanctos, non verò adorandos. R. verbo *Beza*. Quâ ratione adorentur Vid. S. Thom. 2. 2. q. 103. art. 3. & 4.

7. Cultum Virgini exhibendum, ſed Roſaria eſſe Dominicanorum nugas. R. Ex antiquâ Chriſtianorum praxi recitandi Roſarium, multis à Deo commendata miraculis, ad comprobandum, quàm accepta ſit Deo, & Virgini devotio recitandi Roſarium &c. Deindè, utiliſſimum eſt memorari, & quotidie celebrare Redemptionis noſtræ myſteria, ut ſit in recitatione Roſarii.

8. Sanctorum animas honorandas, ſed non eorum Reliquias. R. verbo *Eudoxius*. De quâ etiam re vid. S. Thom. 3. p. q. 25. art. 6.

9. Impenſas pro Templorum ornatu non ſpernendas, ſed per hæc ſenſibilia hominem avocari à devotione. R. Nam Deus promiſit Salomoni, ſe faciliùs exauditurum preces orantium in Templo; expedit autem vel maximè, ut locus orationis, Deo ſpecialiter ſacratus digna majeſtate, & decore ornetur; non ſolùm propter cultum Dei, ſed etiam, quia cum nos ſenſibiles homines, faciliùs à ſenſibilibus moveamur, indè ſit; ut animus magis excitetur ad devotionem propter ſacras imagines, Reliquias Sanctorum, & ſenſibilia reverentiæ, & majeſtatis argumenta. Deindè Deus

vocat

vocat templum, domum ſuam; ergo tantum abeſt, quòd ædificatio templorum, & ornatus avocet à devotione, ut imò excitet ad devotionem, quandoquidem, qui facit expenſas pro ædificatione templorum, rem faciat Deo gratam, quæ adeò commendata eſt ex ſacris Paginis in Salomone, qui ædificavit templum Altiſſimo; cujus etiam ornatus magnificentiſſimus, & Deo gratus in ſacro textu deſcribitur. Quin imò, Moyſi præcepit Dominus eximia ornamenta pro loco orationis. Vide D. Thom. 2.2. q.84.

10. Orationem non ſpernendam, ſed repetitionem ejus, & certũ numerum non admittendum. R. Ex inſtituto Chriſti, qui docuit Apoſtolos repetitis vicibus orare, uſque adeò quidem, ut commendaverit inſtanter petentis importunitatem. Luc.cap.11. Ipſe Dominus oravit ſecundò, & tertiò in horto *eundem ſermonem dicens*: noſque etiam circa repetitam orationem monitos voluit, cum dixit: *Petite, & accipietis, pulſate, & aperietur*. Per verbum *pulſate*, intelligitur inſtantia orationis, quod enim ad primam petitionem non obtinemus, per repetitam petitionem, creſcente in nobis devotionis, & deſiderii ardore, ſæpè à Deo accipimus; ſicut etiam in humanis contingit, ut quod ad unum ſupplicem libellũ non conſequimur, per repetitas ſupplicationes accipimus; repetitio enim eorum, quę humiliter poſcimus, inclinat exoratum ad hoc, ut exaudiat, licèt in primis petitionibus repulſam tulerimus, vel ad exercitium patientiæ, & humilitatis, vel ad majorem Divinæ bonitatis cognitionem. Certum autem numerum ſuperſtitioſum, neq; Eccleſia approbat, imò improbat. Certum verò numerum propter ordinem ad myſteria, ſeu expreſſam proteſtationem fidei, ut ter aliquam orationem dicere in honorem Sanctiſſimę Trinitatis, & alia id genus, quæ ex verâ devotione prodeunt, Eccleſia collaudat. Undè etiam Apoſtolus Paulus commemorat ſe ter Dominum rogaſſe, ut diſcederet ab ipſo Angelus ſatanæ.

Meisnerus, ſectâ Lutheranus, plura ſcripſit, multumque defatigavit, ut probaret Lutheri vocationem, & miſſionem ad prædicandum fuiſſe legitimam, & conſequenter ſanam promulgaſſe doctrinam, quem impugnat Beccanus in Manuali controverſ. lib.1. cap.12. XVI.

Melancthonici. Melancthon in oppido Palatinatus ortum ſuum habuit, & cum plurium artium eruditione præditus eſſet, Witembergæ publicè docuit, Lutheri doctrinam profeſſus; ita ut annum agens 24. apologeticon publicaverit contra cenſuram Doctorum Pariſienſium, qui Lutheri doctrinam condemnaverant; ſed poſtmodùm à Magiſtro ſuo Luthero deficiens, novas opiniones Luthero contrarias docere cępit, ejuſque ſectatores dicti ſunt *Melancthonici*, *molles Lutherani*, & *Adiaforiſtæ*, ad ſecundam Euangelicorum ſpeciem ſpectantes; Illyricianorum, qui ſtrictiùs Luthero adhærebant, & ideò rigidi Lutherani nuncupabantur, inimiciſſimi. Dicti ſunt etiam Melancthonici Confeſſioniſtæ, quià Melancthon Confeſſionem Auguſtanam compoſuerat. Fuit autem hic hæreticus in ſuis aſtruendis erroribus adeò inconſtans, ut in ſolo articulo juſtificationis, quatordecies ſententiam variaſſe feratur, quâ propter, ob ſuam inconſtantiam vulgò *Cothurnus*, appellabatur. Dum propè eſſet moriturus, interrogatus à matre, quæ religio melior eſſet, reſpondit: novam plauſibiliorem, ſed antiquam tutiorem eſſe ad ſalutem. Ex uxore, quam duxerat, duos filios, & duas filias ſuſcepit. Franciſco Primo Galliarum Regi, propter ſuam multarum rerum eruditionem acceptus. Tandem Witembergæ, religionem ipſam, quam inconſtanter profeſſus erat, pertæſus, occubuit; à quâ religione, reverſurus ad veram Eccleſiam etiam defeciſſet, ſi non fuiſſet morte præventus anno 1560. ætatis ſuæ 64. Errores, in quos potiſſimùm impegit, ſunt ſequentes: XVI.

1. Hominem poſſe ſolis naturæ viribus ſe præparare ad Dei gratiam.

R. Nam ad ſupernaturale donum, nulla poteſt eſſe naturalis diſpoſitio; non enim eſt ſupra naturam id, quod attingitur à naturali diſpoſitione. Undè nec propriè eſſet gratia, cum non daretur ex ſolâ gratuitâ voluntate donantis. Si verò gratis non datur; quare gratia vocatur? Tum quia, Deus eſt, qui producit gratiam in animâ, illam elevando. Si autem præcederet naturalis diſpoſitio, perficeretur anima per gratiam, ſed non elevaretur. Nihil elevatur, niſi aſcendat ſupra omne id, quod attingere poſſunt vires naturæ ſuæ. Præcedunt quidem plerumque diſpoſitiones, ſed quas gratis Deus cauſat in animâ; quin ad has aliæ diſpoſitiones prerequirantur: Cæterùm daretur proceſſus in infinitum; diſpoſitio enim, non prærequirit diſpoſitionem. Tum quia, diſpoſitio ad gratiam ſæpè datur iis, qui ſunt omninò à Deo averſi; ergo diſpoſitio ad gratiam, datur immediatè à ſolo Deo; ergo naturę viribus non poteſt homo ſe præparare ad Dei gratiam.

2. Hominem non eſſe liberi arbitrii. R. verbo *Bardezanes*.

3. In toto negotio prædeſtinationis (id eſt, prout non ſolùm dicit ipsã Dei electionem, & media auxiliorum, ſed etiam actus humanos in finem) humanam voluntatem non eſſe liberam, ſed omnia evenire juxta prædeſtinationem Divinam. R. verbo *Joannes Œcolampadius*, *Lutherus*.

4. Æqualiter proprium eſſe opus Dei, perditionem Judæ, ac vocationem Pauli. R. Nam ad mala opera, Deus ſolùm concurrit permiſſivè, & tanquam prima cauſa, quę ſinit cauſas ſecundas agere motus ſuos; ad bona opera verò, concurrit effectivè, dando gratiam ad benè agendum. Deus nequit effectivè concurrere ad malum, cum potiùs hominem per ſua præcepta, & conſilia avertat à malo, & ideò mala opera nullatenus dici poſſunt Dei opus, eo modo, quo dici debent opus Dei opera bona. Nec proptereà dico, Deum non concurrere effectivè ad malorum operum eſſe phyſicum, ſeu ad entitativum; quia hoc eſſe, bonum eſt, ſed dico, non concurrere effectivè ad deordinationem à bono fine, in quâ conſiſtit ratio mali moralis. Imò, ideò malum eſt, quia actio bona phyſicè, in finem debitum non ordinatur; quamobrem malum nihil aliud eſt, quàm privatio boni, nec eſt effectus, ſed defectus. Vide, quæ jam dicta ſunt contrà Manichęos.

5. Per Baptiſmum tolli ſolùm peccatum originale, non verò alia peccata, cum remaneat concupiſcentia, quam dicit eſſe peccatum. R. verbo *Fulgentius*, & *Jacobus Præpoſiti*.

6. Noſtra bona opera mereri bona temporalia, non verò vitam æternam. Rep. verbo *Calvinus*, ubi oſtendimus, bona opera meritoria eſſe de condigno vitæ æternæ.

7. Nullum eſſe peccatum, præter incredulitatem. R. Ex ſacris Paginis, ubi murmurationes, adulteria, furta, & cætera hujuſmodi exprobrantur à Deo, tanquam opera, ſuæ Divinę legi contraria; ſemper punita fuerunt pœnâ æternâ, & ſæpè etiam præventione pœnę temporalis; ergo falſum eſt, ſolam incredulitatem eſſe peccatum. Vide verbo *Calvinus*.

8. Nullum eſſe diſcrimen inter præceptum, & Euangelium, & conſequenter in Euangelio nullum eſſe conſilium, ſed omnia eſſe præcepta. R. In Euangelio enim plura ſunt conſilia, quorum obſervantia non eſt neceſſaria ad ſalutem, ſed ſolùm ſunt de meliori bono, & conducunt ad obtinendam faciliùs ſalutem; cæterùm, ſi nullum eſſet diſcrimen inter præceptum, & Euangelium, omnes tenerentur vovere paupertatem, ſervare virginitatem, quod per ſe patet non poſſe ſubſiſtere: & eò magis, cum pluribus magis expediat nubere, quàm uri: aliis magis expedit bona temporalia poſſidere, quàm illis ſe abdicare.

9. Negat Euangelium eſſe legem, juxtà veram, & propriam rationem legis. Poteſt mitiùs accipi hæc ſententia, quatenùs, non ſub ſervitute, timore, ac terrore, ut lex vetus, nova lex coercet, ſed filios allicit, & charitate nutrit, inſtruens nihil dulcius eſſe, quàm

quàm placere Deo, conſerens etiam facultatem, Patrem appellandi ipſum Deum, undè verè novę legis mandata; Patris, ad filios ſunt. Sed tamen lex eſt, quia facienda, & omittenda communitati præſcribit, multiq; adhuc ſub eâ ſunt duræ cervicis, quos terrore cōcutit, & quibus, ex humanâ miſeriâ, precepta Patris dura ſunt, ac potiùs tanquam ſub ſervitute conſtituti, quàm paternâ directione ducti, agunt, ſi tamen agūt, propterea. R. Ex Script. Iſaiæ 2. ubi Meſſias promittitur ut judex, & legiſer noſter: & ex illo Euāgelii: *Mandata mea ſervate*; Chriſtus jubet Apoſtolos, ut doceant omnes gentes ſervare omnia, quæcumque mandavit; ergo Euangelium habet propriam rationem legis, ad cujus obſervantiam omnes obligantur. Continet autem lex Euangelica plura præcepta, tàm poſitiva, quàm negativa, quæ omnia in duobus præceptis charitatis, ſicut vetera mandata, quę Dominus Jeſus renovavit, & pręter mandata, continet etiam conſilia.

10. Euangelium nihil pręcipere, ſed ſolùm manifeſtare nobis bonum nuntium de Chriſto, quòd ipſe ſolus, merito ſuæ paſſionis, ſit peccatorum noſtrorum expiator, & redemptor noſter. R. Ex his, quæ dicta ſunt ad nonum, ubi oſtendimus, Euangelium habere veram rationem legis, licèt ad ſolius dilectionis præcepta totum reducatur.

11. Eos, qui vitioſis indulgent cupiditatibus, non retinere fidem. R. Nam per actus contrarios virtutibus, illę ſolùm virtutes poſſunt amitti, quibus contrarii ſunt. Hinc, per tranſgreſſionem legis, amittitur charitas, cui peccata hujuſmodi contrariantur; ſed non amittitur fides, cui ſolùm contraria ſunt peccata infidelitatis. Ideò vix eſt invenire Catholicum, qui, quantumvis ſit peccatis coinquinatus, ſi interrogetur an credat, quod docet, & credit Eccleſia, ſtatim non reſpondeat, ſe paratum eſſe pro veritate Catholicâ mortem ſubire; ergo peccator non amittit fidem.

12. Hominem juſtum obligatum eſſe ad credendum ſe eſſe in gratiâ, & qui hoc non credit, non eſſe juſtum, nec fidelem. R. Nam nemo ſcit, an odio, vel amore ſit dignus, & conſequentèr, nemo poteſt obligari ad credendum, ſe eſſe in gratiâ. Verum quidem eſt, omnem hominem, qui facit quantum in ſe eſt, & Divina lex præcipit, debere in Divinâ miſericordiâ confidere. Sed nec iſta fiducia eſt fides, nec in eâ poteſt conſiſtere juſtificatio; ſed in dono gratię Dei, cum cujus adjutorio exequimur adimplementum Divinę legis. Adde, neminem poſſe credere ſe eſſe in gratiâ, niſi Deus illi hoc revelet; alioquin cui nam credet? vel quomodo credet, niſi dicenti? Deus autem hujuſmodi privatas revelationes de ſtatu animæ, non niſi rarò facit; ut in timore, & tremore ſtemus ſemper, de noſtrâ ſalute anxii, & ſolliciti.

13. In conſecratione non eſſe adhibenda illa verba: *Hoc eſt corpus meum*, ſed iſta: *Hæc eſt participatio corporis mei*. R. Quia cum ſolus Chriſtus poſſit Sacramenta inſtituere, in Sacramentorum confectione ſtandum omninò eſt, tàm circà materiam, quàm circà formam, inſtitutioni factæ à Chriſto: qui expreſsè docuit verba adhibenda in conſecratione exemplo ſuo; poſtquàm enim prolatis verbis, illud eſſe ſuum corpus oſtendit, addidit, ut id ipſum in ſui memoriam faceremus. Undè tota Eccleſia Orientalis, & Occidentalis illa verba in conſecratione ſemper adhibuit: *Hoc eſt corpus meum*. Miranda Novatorum homunculorum impudentia, qui non ſunt veriti univerſalem tot ſeculorum auctoritatem infringere, ut non verentur Calviniſtæ, formam etiam conſecrationis immutantes.

MELCHIORITAE. Vide *Hofmannus Melchior*.

MELCHISEDECHIANI. S. Epiphanius hæreſi 51. videtur Hieracem quemdam, virum eruditione præditum, conſtituere propagatorem hujus hæreſis, quam à Theodotianis avulſam aſſerit, hęreſi 67. Vixit autem II.

Theodotus, opiſex trapezita, ſeu argentarius, circa annum 180.

1. Dicunt, Melchiſedech non fuiſſe purum hominem, ſed quandam Dei virtutem, quia Apoſtolus ad Hebræos 7. ſcribit de Melchiſedech: *Sinè patre, ſinè matre, ſinè genealogiâ*. R. à Dionyſio, Jeroſolymitano Epiſcopo, qui huic hæreſi occurrit, aſſerens Melchiſedech patrem habuiſſe, & matrem; nihilominùs Apoſtolum dixiſſe, Melchiſedech non habuiſſe patrem, & matrem, quia ipſius genealogiâ paterna, ſicut etiam materna proſapia, non habetur in eo ordine, in quo lex Hebræorum eſt adſcripta. Vide eruditam diſſertationem Calmeti, in Epiſt. ad Hebræos.

2. Dicunt, Chriſtum fuiſſe purum hominem, & longè inferiorem Melchiſedech. R. verbo *Cerinthus*, contrà quem probavimus, Chriſtum non eſſe purum hominem, ſed etiam Deum.

XVIII. MELCHITAE, vigent in Syria, ex Catholicis facti ſchiſmatici, nunc errores Græcorum, & ritus profitentur, ſic dicti à *Melech*, quæ vox, Arabicè Imperatorem ſignificat. Traditur ipſos appellatos fuiſſe Melchitas à ſchiſmaticis per contemptum, quoniam adhęſerunt decretis prò Concilio Chalcedonenſi. Undè ipſi Melchitæ, & meritò, de hoc nomine gloriabantur, & uſquè modo gloriantur. Sed neq; omnes Melchitæ nunc ſchiſmatici ſunt: quin imò, omnes Catholici ſub Patriarcha Antiocheno degentes, communitèr Melchitæ appellantur. In ſacris peragendis, utuntur partìm Arabicâ linguâ, partìm Græcâ, juxtà morem regionis, quam inhabitant.

IV. MELETIANI, à Meletio Lycopolis in Ægypto Epiſcopo orti ſunt, ineunte ſeculo quarto. Hic, cum à ſede ſua, propter ſacrificium Idolis factum, meritò fuiſſet expulſus, ægrè ferens hanc expulſionem, ſchiſma ſuſcitavit contrà S. Petrum Epiſcopum Alexandrinum, à quo condemnationis ſententiam acceperat, Maximiano tyranno adhęrens. Contrà Meletianos actum eſt Concilium ſecundum Alexandrinum, cui præfuit Oſius Cordubenſis Epiſcopus anno 319. Concilium generale Nicænum clementer egit contrà Meletium; nihilominùs Concilii diſpoſitionibus non acquieſcens, novas in Eccleſiâ diſſenſiones moliebatur. Oppugnatorem habuit S. Athanaſium electũ Epiſcopũ Alexandrinum; quapropter Meletiani acritèr D. Athanaſium inſectarunt. Scripſit contrà Meletium, qui anno 326. deceſſit, S. Baſilius Epiſcopus Cappadociæ. Negabat Meletius orandum eſſe cum pœnitentibus, qui in perſecutione timore perterriti, & lapſi, poſtmodùm pœnitentiâ ducti, ad Eccleſiam piam matrẽ revertebantur. R. Chriſtus venit quærere peccatores, & reducere oves diſperſas ad ovile: ergo pœnitentes, qui ratione peccati infidelitatis ab ovili receſſerunt, ſtatìm ac reconciliati, ad ovile iterùm redeunt, cum cæteris Chriſti ovibus iterùm debent communicare, ergo cum cæteris poſſunt Deo orationes ſuas offerre: qui mos ſemper invaluit in Eccleſiâ, quæ, utpotè pia mater, neminem non modò reicit revertentem ad gremium per pœnitentiam, poſt lapſum, imò, de reverſione peccatorum ad pœnitentiam, exultat: quod expreſſit Chriſtus per parabolam filii, qui poſt diſperſum patrimonium, cum reverſus eſſet ad patrem, iterùm ſtolam veterem recepit à patre, & cum patre in eâdem menſâ accubuit.

XVI. MEMORIALISTÆ, ad Anti-Lutheranos ſpectant: ſortiti ſunt hoc nomen à dogmate, quod circà annum 1550. prædicabant. Ex Gravina.

1. Euchariſtiam nihil aliud eſſe, quàm memoriale, aut ſignum ad excitandam devotionem. R. Ex iis, quæ dicta ſunt contrà *Berengarium*, *Benedictum Talmanum*, *Joannem Odecaſtelium*, *Joannem Wicleffum*.

2. Euchariſtiam nihil aliud eſſe, quàm credere, nec eſſe neceſſariam ſumptionem ſignorum. R. Ex ſupradictis. Tum quia ſi nihil aliud eſſet,

quàm

quàm credere, quiſquis credit, conficeret Euchariſtiam, & fruſtrà ordinarentur Presbyteri pro confectione hujus Sacramenti; neque Chriſtus in cœna dicere debuiſſet: *Accipite, hoc eſt corpus meum*, ſed ſimpliciter dicere debuiſſet: *Credite, & manducatis corpus meum*. Sed Chriſtus inſtituens hoc Sacramentum: *Accepit panem, benedixit, fregit, dixit, comedite*. Ex quo ſequitur, neceſſariam eſſe ſumptionem ſignorum, quandocumque quis vult realitèr ſumere corpus Chriſti.

3. Animam, & corpus ex carne Chriſti paſci, non quia corporalitèr manducatur, ſed quia per fidem quandam putativo modo imputatur. R. Ex iis quæ dicta ſunt ad primum, & ad ſecundum.

4. Homines participes fieri in Euchariſtiâ non alicujus tangibilis corporis, ſed ſpiritus. R. Etiam ex iis, quæ dicta ſunt ad primum, & ſecundum. Verum quidem eſt, quòd corpus Chriſti, cum ſit Sacramentali modo in Euchariſtiâ, non eſt tangibile, falſum tamen eſt, ſumentes Euchariſtiam, ſumere ſpiritum, non corpus, cum realis exiſtentia corporis Chriſti in Euchariſtiâ, probata ſit contra Sacramentarios; imò ex inſtitutione ſuâ eſt Sacramentum corporis, nam, quòd ſumatur ſimul ſpiritus Chriſti, non provenit præcisè ex ratione inſtitutionis, ſed ex ſtatu corporis, quòd nunc, & in æternum eſt vivum. Quâ propter in triduo mortis, ſi facta fuiſſet cōſecratio, tunc ſolum corpus Chriſti fuiſſet ſub ſpeciebus, ſinè animâ, quia tunc anima ſeparata erat à corpore; qui autem illas ſpecies Euchariſticas in triduo mortis Chriſti conſecratas ſumpſiſſet, non ſumpſiſſet animam, ſed corpus Chriſti, ergo falſa eſt Memorialiſtarū aſſertio ſcilicèt, quòd in Euchariſtiâ ſumatur ſolummodò ſpiritus: ex quo patet ſequi infallibilitèr, ut qui modò ſumit Euchariſtiam, ſumat ſimul, & ſemel corpus, Animam, & Divinitatem.

I. MENANDER, à quo MENANDRINI, ortum habuit primo currente ſeculo, &, utpotè Simonis Magi diſcipulus, eaſdem cum Simone docuit impietates. Magicæ arti pariter deditus, quamvis magiſtro ſuo ſe majorem jactaret. Fuit genere Samaritanus, & in vico Caparatenſi ortus, incredibilia figmenta compoſuit. De eodem ſcribit S. Ignatius ad Trallenſes: *Fugite Menandrum, & totam collectionem malignitatis ejus*. Menander, ſe ex olympo in hunc mundū ad ſalutem hominum veniſſe effutiebat, ita ut omnes ſitientes ſalutem, in ſuo nomine eſſent baptizandi, promittens perpetuam in hâc vitâ immunitatem à ſenio illis, qui ſuum baptiſmum ſuſcepiſſent. Confutavit Menandrinos S. Linus.

1. Hunc mundum fuiſſe ab Angelis factum, & ſolius magicæ artis diſciplinâ Angelos vinci poſſe ab hominibus, aſſerebat. R. verbo *Angelitę*. Dixit etiam ſuos diſcipulos nunquam morituros, quem errorem mors ipſa reprobat.

MENNAS, Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconus, ex Catholico ſe Arianum fecit, circa annum 315. quapropter IV.
unâ cum Ario, & aliis ejuſdem ſectæ, fuit ab Alexandro Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopo proſcriptus. Nomina autem ejuſmodi deſertorum fidei, qui ab Alexandro proſcripti fuerunt, ſunt: *Arius, Achillas, Aithales, Carponas*, alter *Arius, Sarmanes, Luzojus, Lucius, Julius, Mennas, Helladius, Cajus, Secundus, & Theonas*, omnes anathemàte jugulati ab Alexandro, qui, unâ cum centum Epiſcopis Ægyptiis, & Libycis, Conventu acto, horū prævaricatorū errores damnavit, ſunt autem ſequentes.

1. Non ſemper Deus Pater erat ſed erat, cum Pater non erat. R. Nam ab æterno Deus Pater eſt, cum ab æterno Verbum genuerit, ſicuti ex pluribus Scripturæ utriuſque teſtamenti locis conſtat, ex quibus & generatio æterna, & Verbi Divinitas aſſeritur. Ex jam dictis contrà Arianā hæreſim, corruunt ſequentes Arianorum propoſitiones, Divinitatem Verbi impugnantes.

2. Non

2. Non ſemper Dei Verbũ erat, ſed ex non exiſtentibus factum eſt, qui enim erat Deus, eum qui non erat, ex non exiſtente fecit.

3. Aliquando erat, quum non erat; ſiquidem creatura, & factura eſt Filius.

4. Neque verè æqualis ſubſtantię eſt Patri, neque verum, & naturale Verbum Patris eſt, neque etiam vera ſapientia ejus; ſed unus quidem ex creatis, & genitis eſt, abuſivè autem Verbum, & ſapientia factum.

5. Mutationi, & alterationi naturâ obnoxius eſt Filius, ſicut omnia quoque rationalia.

6. Peregrinum quoque, & alienum, ſegregatumque eſt Verbum à ſubſtantiâ Dei.

7. Inenarrabilis eſt Pater, Filio; neque enim perfectè cernere poteſt Verbum, Patrem; neque perfectè, & certò eum cognoſcere.

8. Suam ipſius quoque ſubſtantiam, uti eſt Filius, non novit; propter nos namque factus eſt, ut nos per eum, veluti inſtrumentum, crearet Deus, neque is ſubſtitiſſet, niſi nos Deus creare voluiſſet.

XV. Mendicantium quorundam Propositiones Erroneæ An. 1443. Quidam ex Ordinibus Mendicantium Religioſi homines, Eccleſiaſticæ diſciplinæ prorſus ignari, in Taurinenſi pręſertim, & Aſtenſi Diœceſibus erroneas quaſdam, ſcandaloſas, & ſacræ Hjerarchiæ perturbatrices propoſitiones docebant, & prædicabant, quarum tenorem, Auguſtinus Patricius in Hiſtoriâ Conciliorum Baſileenſis, & Florentini exhibet c. 127. Sunt autem ſequentes.

1. Parochiani non tenentur de jure Dominicis diebus, & ſolemnibus Miſſas in propriis Eccleſiis Parochialibus audire, ſed ubi pro ſuâ devotione maluerint, prætermiſſis ſuis Paræciis: neque hæc libertas ipſis adimi poteſt à Synodalibus Conſtitutionibus.

2. Parochiani, ſuis Curatis, illis diebus non tenentur ad oblationem faciendam, ſed voluntatis dantis eſt, cui velit, oblationem facere. Hæc, & præcedens propoſitio innoxię ſunt. Vide infrà.

3. Obnoxius quavis causâ, ut Miſſas celebrari curet pro vivis, & defunctis non ſatisfacit debito ſuo, ſi per Curatum Sacerdotem id fieri curet, quoniam ratione beneficii ad id eſt obligatus.

4. Decimarum ſolutio, & ſi de præcepto ſit, non tamen de præcepto eſt, cui ſit ſolvenda: liberum igitur eſt omnibus, cui velint, eas ſolvere, vel in opera pietatis, pro arbitrio impendere.

5. Morientes in habitu, & profeſſione Ordinis Minorum, ultrà annum pœnas Purgatorii nō patiuntur: quoniam B. Franciſcus, ex Divino privilegio, quotannis ad Purgatoriũ deſcendit, Profeſſoreſque omnes ſui Ordinis ad cælum ſecum deducit.

6. Fratres Mendicantes, etiam non præſentati Ordinariis, omnium Confeſſiones audire poſſunt: & qui apud eos ſunt confeſſi, non tenentur, etiam ſemel in anno, confiteri proprio Sacerdoti, nec petere confitendi veniam.

7. Epiſcopi Diœceſani, etiam in ſuis Synodis, non poſſunt ſibi reſervare abſolutiones aliquorum criminum, præter caſus in jure expreſſos.

Has propoſitiones ut falſas, & erroneas damnavit Synodus Baſileenſis, decreto edito pridiè idus Februarii, anno 1434. ut refert Auguſtinus Patricius. Sed cum Baſileenſe Concilium, & ſi legitimè cęptum, jure etiam reprobatum ſit, præſertìm poſt indictionem Concilii Ferrarienſis, promulgatam anno 1438. neſcio quid auctoritatis habere valeat damnatio, à Patricio allegata. Certum tamen eſt, omnes memoratas propoſitiones, præter primam & ſecundam reprobari debuiſſe. Jure etiam antiquo obligatos fuiſſe Fideles ad audiendum ſacrum in Eccleſiâ Parochiali, non inficior, ſicut, & aliquando injunctas fuiſſe, aut conſuetudine inductas oblationes prædictas: attamen utrumque

abo-

Digitized by Google

abolitum eſt, & liberę manent Fidelibus oblationes, ſicut & locus audiendi Miſſam pro ſatisfactione præcepti, exceptis privatis Oratoriis, niſi adfuerit privilegium. Vide la Croix lib. 3. part. 1.

XVI. MENNONITÆ. Sectâ ſunt Anabaptiſtæ, & pertinent ad tertiam claſſem Euangelicorum, à *Mennone Simonis*, Friſio ortum habuerunt. Hic Anabaptiſtarum coriphæus eſſe cenſetur, qui ſeculo decimo ſexto emerſerunt. Excitato tumultu in Friſiâ, cum ſuis ſectatoribus, oppido Oldecloſter occupato, & multorum ſanguine reſperſo, ibi novam ſectam conatus eſt ſtabilire, quæ per ſuę perfidiæ ſocios, Holandiam, Friſiam, finitimaſque regiones contaminavit. Habuit impietatis ſuæ adminiſtrum quendam, nomine *Tibba*, à quo Mennonitæ, etiam *Tibbæ* fuerunt nuncupati: ſed, & *Malliapi*, quaſi ſtolidi, à ſtoliditate doctrinæ, quam proponebant Mennonitæ, dicti ſunt; Mennon ſiquidem ſuam doctrinam, adeò certam eſſe aſſerebat, ut eandem à Deo ſe immediatè accepiſſe profiteretur, & ſe inſuper venturum judicare mundum, & Angelos blateraret, fictis miraculis, quæ effutiebat confirmare attentans, quem irridet Eraſmus, eumdem improbans, quòd nunquàm ſe ipſum claudicantem Menno ſanare potuerit. Ex Florimondo lib. 2. cap. 16.

1. Ad ſe venientes, licèt baptizatos, Menno iterùm baptizabat. R. verbo *Anabaptiſtæ*.

2. Negabat, Chriſtum ex Virgine natum, ſed cœlitùs de Patris eſſentiâ corpus attuliſſe dicebat. R. verbo *Albanenſes*.

3. De diſtinctione trium perſonarum in Divinis, aſſerunt Mennonitæ nullam fieri mentionem in Scripturâ, malè ſentientes de Trinitatis Myſterio. R. verbo *Bogomilli*, *Deiſtæ*.

IV. MENOFANTUS, Epiſcopus Epheſinus, unus eorum fuit, qui Concilii Nicæni decretis reſiſtentes, Arii dogma probaverunt, vocem *Conſubſtantialis* improbantes in Symbolo. A Concilio Niceno anathematè jugulati, iterumque in Concilio Sardicenſi fuit Menofantus damnatus, & ab Epiſcopali dignitate depoſitus. Ex Niceph. lib. 8. cap. 17.

MERCERUS, diuturno carceri in Angliâ mancipatus fuit initio ſeculi 17. ob ſequentes errores. Sanctum Baptiſmum blaſphemabat, tanquam ſatanæ inventum. Non alium regenerationis modum, quàm in pedibus admittebat; ejus uſum in ætate adultâ differendum exemplo Chriſti, qui in cœnâ diſcipulis ſuis pedes lavit. XVII.

METAPHORISTÆ. Metaphoriſtarum auctor, aut certè acerrimus defenſor, fuit *Daniel Camerius*, miniſter Montilienſis, eloquio utique ſatìs facundus, ſed ambitioſiſſimus, ac ſeditioſiſſimus, qui, ubicumque adeſſe contigit, diſſenſiones ſeminavit. Præfuit Vapincenſi conciliabulo, celebrato in Delphinatu ab univerſis Calvinianæ ſectæ miniſtris, anno 1603. & etiam alteri conventui, habito à Calviniſtis apud Privatium, ann. 1612 demùm in obſidione Montalbana, anno 1621. cum quadam die, poſt injurioſiſſimam in Regem Ludovicum invectivam, concione publicâ, habitam, ad urbis muros, & propugnacula cum militibus, furore potiùs in religionem, quàm virtute bellicâ ſtimulatus ſe conferret, ad firmandos Calviniſtas militantes in rebelli propugnatione, ſubito ictu tormenti ænei è caſtris regiis exploſo, ſtatìm miſerrimè occubuit. Ex Spondan. ann 1603. XVII.

1. Dicebat Filium Dei non eſſe propriè Verbum, aut imaginem Dei Patris, ſed tantùm metaphoricè. R. Ex Euangelio D. Joann. Item ex omnibus Scripturę teſtimoniis, in quibus Divinitas Verbi aſſeritur. Item, Verbum eſſe veram imaginem Dei Patris, expreſsè aſſerunt ſacrę paginę ad Rom. 8. 29. *Conformem fieri imaginis Filii ſui*. 1. ad Corinth. *Quoniam imago, & gloria Dei eſt*. Item 1. ad Cor. 4. *Chriſti, qui eſt imago Dei*. Inſuper habetur ad Coloſ. 1. *Qui eſt imago Dei inviſibilis*. Tum quia, ſi Verbum eſſet tantùm metaphoricè ima-

go Dei, non eſſet Deus, quod idem eſt, ac ſentire cum Arianis. Vide verbo *Alogi*.

2. Dixit, veram Communionem fieri non ſolùm in uſu Cœnæ,ſed etiam extra Cœnam;per quem dicendi modum, colligitur fuiſſe etiam Ubiquetarium. R. verbo *Ubiquiſtæ*.

3. Rejecit traditiones non ſcriptas, & cunctas ſacræ Scripturæ verſiones exauctoravit.R.verbo *Bibliſtæ*.

4. Dixit, eſſe veram hanc propoſitionem: *Corpus eſt Deus*, & in Cœnâ dixit, adeſſe corpus, quod eſt Deus. R. verbo *Metamorphiſtæ*.

XVI. METAMORPHISTAE. Pertinent ad factionem Sacramentariorum:prodierunt ſeculo 16.Ducē habent *Svvenckfeldium*. Ex Staphilo.

1. Aſſerunt Corpus Chriſti,poſtquàm aſcendit in cælum, Deum eſſe factum, ita ut propriè dici poſſit: Corpus Chriſti eſt Deus. Quòd ſi ab ipſis quæratur, quomodo Corpus Chriſti adſit in Euchariſtiâ, reſpondent, adeſſe quidem verum corpus, ſed tale corpus tamen, quod ſit Divina eſſentia, & Deus ſimpliciter,non caro humanæ naturæ conſubſtantialis. R. Nam contradictionem involuit ex omni principio, quòd creatura poſſit fieri Deus, tale eſt Corpus Chriſti, eſt enim creatura Dei: item, etiam in cælo Corpus Chriſti eſt materiale, ſicut & ſub ſpeciebus Euchariſticis: ergo non poteſt eſſe Deus. Tum quia, hoc quòd eſt incipere eſſe Deus, omninò repugnat eſſentiæ Divinæ, quæ ſemper ab æterno fuit, & numquàm habuit initium. Tum quia in Euchariſtiâ eſt verè, & realitèr Corpus Chriſti; ſed ſi Corpus Chriſti in Euchariſtiâ eſſet Deus, falſa eſſet propoſitio à Chriſto prolata in cœna: ***Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum***. Sed amentiam hanc deferamus; nam cuivis in principiis fidei vel levitèr inſtructo, ſuppetent efficaciſſimæ rationes ad convincendos Metamorphiſtas. Vide verbo *Majeſtatici*.

III. METANGISMONITAE. Prodierunt circà annum 220. ſub Imperio Eliogaboli. Dicti ſunt Metangiſmonitæ, à voce Metangiſmon, quæ ſignificat invaſationem, ſivè mixtio minoris vaſis in majus. Aſſerebāt itaque, Filiū eſſe in Patre,tamquàm vas parvum in vaſe majori, ac ſi Filius non eſſet æqualis Patri: docet autem Eccleſia, quòd in Trinitate totæ tres perſonæ ſunt coæquales. Confutavit hos hæreticos Diodorus Epiſcopus Nicomedienſis. Ex Filaſtrio.

METHONYMICI. Sunt illi,qui verba XVI.
conſecrationis methonymicè, ſeu figuratè accipiunt. Ex Sandero.

Volunt, quòd panis propoſitus, carnem Chriſti ità exhibeat, ut unum pro alio accipiatur: ſicut cum dicitur, Petra erat Chriſtus. Hinc illa verba *Corpus meum* dicunt, ſignificare ſignum corporis. R. Ex iis quæ dicta ſunt contrà *Berengarium*, *Joannem Odecbaſtelium*, *Joannem Wicleffum*, & alios Sacramentarios, ad probandam realem exiſtentiam Corporis Chriſti in Euchariſtiâ.

MICHAEL CERULARIUS, Pa- XI.
triarcha Conſtantinopolitanus, ſucceſſit Alexio, anno 1043. genere quidem illuſtris, ſed genio turbulentus, in Romanam Eccleſiam cœpit debacchari ann. 1053. unà cū Leone Acridano,tempore Leonis Romani Pontificis, qui Michaelem, & Leonem vanitatis,& inſultationis in Romanam Eccleſiam, eruditâ Epiſtolâ redarguit, miſſiſque in Græciam à Leone Pontifice Legatis,ad conciliandā unitatem intèr Græcos, & Latinos, Legatorum colloquium Michael devitavit, & eorundem decretis parere recuſans, nec reſipiſcens, multorum convictus errorum, in Templo S. Sophiæ, coram univerſo populo, & Clero, cum ſuis ſectatoribus fuit excommunicatus. Capita accuſationum, quæ in Eccleſiam inferebat Michael Cerularius, ſunt ſequentia num. 17. partim falſa, partim autem ſancta, & protervè rejecta.

1. Quòd Latini azyma conſecrantes, cum Judæis communicent, nec aptam aſſumant Euchariſtiæ conficiendæ materiam.

2. Quòd

2. Quòd ſuffocata comedant.
3. Quòd barbas radant.
4. Quòd Sabbatis jejunent.
5. Quòd immundorum animaliū carnibus veſcantur.
6. Quòd Monachi Latini carnes edant.
7. Quòd Latini primam Quadrageſimæ hebdomadam, nec non Quinquageſimę, carnium eſu violent.
8. Quòd ſacro Symbolo particulam *Filioque* addiderint, & malè de Spiritu ſancto ſentiant.
9. Quòd in ſacra Liturgiâ hæc verba altâ voce proferant: *Unus Sanctus, unus Dominus Jeſus Chriſtus, in gloria Dei Patris per Spiritum ſanctum.*
10. Quòd apud Latinos duo fratres, duas ſorores ducant.
11. Quòd in Miſsâ, tempore communionis, Miniſtrorum, alter alterum oſculetur.
12. Quòd Latini Epiſcopi annulis ornentur, ceu Eccleſiarum ſponſi.
13. Quòd Latini Epiſcopi ad bellum proficiſcantur, & manus ſuas humano ſanguine contaminent.
14. Quòd merſionem unicam in Baptiſmo uſurpent.
15. Quòd ſalem in os baptizandorum immittant.
16. Quòd nec Sanctorum Reliquias, nec ſacras Imagines venerentur.

XIV. Michael de Caesena, de quo diſſerit Wandingus, Generalis Ordinis Minorum, ob ſuam pertinaciam in ſuſtinenda propoſitione hęreticali circa paupertatem, exautoratus, unâ cum duobus iniquitatis ſociis, (nempè Bonagratia Bergomenſi, Converſo Ordinis, qui Procurator conſtitutus ad defendendum Decretum Pſeudo-Capituli Peruſini, procaciter auſus eſt à ſententiâ Pontificis appellare, & Guillelmo Ochamo Anglo, viro cæteroquin doctiſſimo, Scoti diſcipulo, & Nominalium ſcholæ Coriphæo, utique ob ſua ſtudia laudando, niſi hæc in malū uſum convertiſſet, ad defendendam ſcilicèt erroneam propoſitionem de paupertate) hæreſim Gerardi Segarelli renovavit quoad illud, quòd aſſerebat, Chriſtum, & Apoſtolos nihil habuiſſe proprium, neque in communi. Fuit à Joanne XXII. damnatus, & à præſidentia Religionis ſuæ depoſitus. Avenionem vocatus ad cauſam ſuæ hæreſis dicendam, Ludovici Bavari protectione fretus, Pontificem contempſit, & Ludovico dixiſſe fertur: *Suſtine me enſe, & defendendam te calamo*. Avenione recedens, Piſas ſe contulit, & Antipapæ Petro Corbario adhęſit, non deſiſtens conſilia, & ſavores ſchiſmaticis continuò præbere; fuit enim auctor Bavaro, ſententiam in Joannem XXII. verum Pontificem promulgandi Piſis, cum præmiſiſſet concionem, in quâ hęreſis Summum Pontificem accuſabat, ob Conſtitutiones de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, à Joanne Papa promulgatas. Suſtinere contendebat Michael de Cæſena, quòd Chriſtus, & Apoſtoli nihil jure proprietatis, & dominii, ſeu juris proprii, neque in ſpeciali, neque in communi habuerint; quæ aſſertio, utpotè Scripturæ ſacræ contraria, tanquàm erronea, & hæretica damnata fuit iteratis vicibus à Joanne XXII. Ex hâc aſſertione aliam deducebat Michael de Cęſena, in quâ ſcilicèt aſſerebat, quòd Fratres Minores, utpotè Apoſtolicæ vitæ imitatores, nullum habere poſſunt dominium quarumcumque rerum, etiam earum, quæ uſu conſumuntur, ſed habere tantummodò ſimplicem uſum facti; dominio, ac proprietate rerum, Eccleſiæ Romanæ, ejuſque Pontifici reſervatâ: quæ propoſitio etiam à Joanne XXII. damnata fuit. Quis enim ſanæ mentis non videat, quòd dominium ab uſu facti ſeparari non poteſt, maxime in eſculentis, & poculentis? Quis, dicat unius fruſti panis, unius ovi, quæ ad ſuſtentandam vitam conſumuntur à Fratribus Minoribus, dominium eſſe apud Pontificem, & uſum apud comedentes? Certum eſt, quòd de rebus, quæ uſu conſumuntur, dominium ab uſu facti ſeparari non poteſt; hanc enim verita-

tem evincunt rationes ſcholaſticæ. Meritò itaque, propter præſatas aſſertiones, damnationē ſubiit Michael de Cęſena, unà cũ ſectatoribus ſuis, qui præter prædicta futilia paradoxa, ſuſtiuebant etiam ſequentia, nimirùm, Imperatorem poſſe Papam deponere, & depoſitum declarare. Sed jam verbo *Guillelmus Ocham* reprobatam exhibuimus hanc propoſitionem.

Huc ſpectant errores aliorum Minoritarum, qui facti, præcipuè in Siciliâ, à Religione Apoſtatæ, ſub ſpecie ſtrictioris obſervantię, obſervantiam omnem abjecerunt, de quibus agit Spondanus, anno 1318. quorum audaciam Joannes XXII. reprimere curaverat, qui Pſeudominoritę, cum ſibi ſapere viderentur, ſed ſuprà modum inſipientes, multis in materiâ fidei diſſeminatis erroribus, novam Religionem, ſeu potiùs ſatanæ conventiculam inſtituere præſumpſerunt, conſtituto ſibi capite, quodam Apoſtata Ordinis, & refuga, cui nomen erat *Henricus de Ceva*. Horum aliqui pertinaciores, & reſipiſcere renuentes, Maſſiliæ fuerunt combuſti. Crediderim hos Apoſtatas fuiſſe germen Beguinorum, quos Clemens V. in Viennenſi Concilio jam damnaverat; qui duas fingebant Eccleſias, unam carnalem, & maculatam, ſcilicèt Romanam: aliam ſpiritualem, quæ ſolùm apud ipſos eſſet: aſſerebant Sacerdotes, & Eccleſiæ Miniſtros, ità eſſe auctoritate deſtitutos, ut non poſſent Sacramenta conficere; Euangelium Chriſti in ipſis tãtummodò eſſe completũ, quod hactenus fuerat obtectum: ſe ſolos eſſe ſinè peccato, &, qui eos non ſequerentur, non poſſe ſalvari. Quibus figmentis etiam addebant ſequentes errores.

1. Nullo pacto, aut eventu jurandum eſſe. R. verbo *Catbariſtæ*. Tum quia, in lege ſcriptâ legimus, Deum aliquando exegiſſe juramentum.

2. Niſi mulier virginitatem in matrimonio deperditam deploret, non poſſe ſalvari, quia matrimonium peccatum reputabant. R. Ex iis, quæ dicta ſunt contrà *Adamitas*, & *Encratitas*.

3. Simplicem fornicationem non eſſe peccatum. R. verbo *Florinus*. Adde, quòd tertia aſſertio repugnat ſecundę; non enim minùs deperdi poteſt virginitas per ſimplicem fornicationem, poſito quòd mulier ſui juris ſit, quàm per matrimonium, cum hoc diſcrimine, quòd, cum per contractum matrimonialem fiat mutua traditio corporum, uxorati convenientes non peccant, imò tenentur, ſi aliud non obſtet, reddere debitum: in fornicatione verò, contrà jura naturæ in damnum prolis peccatur.

XVI. Michael Servetus. Ortus eſt anno 1531. novus Hæreſiarcha Michael Servetus, Hiſpanus Tarraconenſis. Cum diù Lutetiæ Pariſiorum commoratus, operam dediſſet medicinæ, indè in Africam ſe contulit, ad aquirendam Alcorani cognitionem, deindè cognitionibus aquiſitis abutens, primùm favere cœpit Anabaptiſtis, mox Samoſateni, Arii, & Macedonii plures renovavit errores, ſcripſitque libros ſeptem contrà Sanctiſſimam Trinitatem, hoc titulo: *De Trinitatis erroribus libri ſeptem, per Michaelem Servet, alias Revet, ab Aragoniâ, Hiſpanum*. Inſuper, ſcripſit Dialogorum de Trinitate, libros duos. De juſtitiâ Regni Chriſti, capitula quatuor. Poſt multos per Europam, & Africam circuitus, Genevam appulit, ubi, Calvino inſtigante comprehenſus, poſt multam cum Calvino diſputationem, procurante eodem Calvino, qui Serveti doctrinam tamquàm blaſphemam, & impiam improbaverat, vivus Genevæ fuit combuſtus. Hinc occaſionem nactus Calvinus, tractatum ſcripſit, in quo probare nititur, rectè à Magiſtratu hæreticos pœna mortis puniri: ex quo factum eſt, ut Calvinus contrà ſe ipſum, & omnes ſectarios proceſſum damnationis compoſuerit, cum non minùs Calvinus cum ſuis ſectatoribus, ſit Michaele Serveto blaſphe-

mus, impius & infidelis. Serveti doctrina Poloniam, Tranſylvaniam, & Hungariam infecit. Potiores Serveti errores ſunt ſequentes.

1. Baptiſmum parvulorum reprobabat, quem, privatâ ſolùm Pontificum auctoritate niti dicebat: deteſtandam illum appellabat in Regno Chriſti abominationem, & trigeſimo ſolùm ætatis anno conferri debere aſſerebat. R. verbo *Anabaptiſtæ*, *Arcontici*, *Buccerus*, *Eleuthero-Papiſtæ*.

2. Magiſtratum omnem reiiciebat. R. verbo *Anabaptiſtæ*.

3. De Euchariſtia ſentiebat cum Sacramentariis, nimirùm, ſymbolum tantùm eſſe, & ſignum. R. verbo *Energici*, *Calvinus*, *Œcolampadius*.

4. In Sanctiſſimam Trinitatem blaſphemus, dicebat, ſolùm Patrem eſſe Deum. R. Pluribus locis in hoc opere, ubi tam Filii, quàm Spiritus ſancti Divinitas aſſeritur. Vide *Deiſtæ*, *Anti-Trinitarii*, *Arius*.

5. Chriſtum eſſe perſonam tunc factam, cum homo factus eſt. R. verbo *Berillus*.

6. Spiritum ſanctum non eſſe Deum, ſed aliquid ex eſſentiâ Dei, levem ſolummodò, & tenuem aliqnam auram, quæ in creatione Mundi primùm prodierit. R. verbo *Aeriani*, *& Airani*.

7. Deum in ſubſtantiâ ſuâ partes, & partitiones continere, ita confundens Creatorem, cum creaturâ, ut diceret, Deum in lapide eſſe propriè lapidem, in Leone eſſe propriè Leonem. R. Quia Dei eſſentia eſt indiviſibilis; quod enim eſt diviſibile, eſt mutationi obnoxium, non eſt Deus. Deindè, omne quod partes habet, eſt mutationi obnoxium, Deus autem eſt immutabilis, undè ipſe dixit: *Ego Dominus*, *& non mutor*. Et David: *Tu autem idem ipſe es*. Tum quia, ſi Deus in lapide eſſet propriè lapis, deberet dici poſſe ad convertentiam: Deus eſt propriè lapis: Lapis eſt propriè Deus; ex quo dicendi modo, patet quot ſequerentur abſurda.

8. Nunquàm fuiſſe in lege Deum adoratum, ſed Angelos, Deum adumbrantes. R. Ex pluribus Scripturæ textibus, ex quibus evincitur Deum ſemper adoratum, & Angelos, ut Dei miniſtros, etiam in lege fuiſſe cognitos, ipſiſque ſolummodò, tanquàm Dei miniſtris, honorem fuiſſe à Patriarchis, & Prophetis impenſum: & ſi quando adorati, intentio tamen tendebat in Deum, ut ex ipſiſmet verbis Scripturæ patet. Præceptum inſuper erat: *Dominum Deum adorabis*, *& illi ſoli ſervies*. Item in Pſalmis, continuò de adoratione Deo exhibenda, & exhibitâ fit mentio.

9. Ob peccatum originis neminem damnari, eo quòd peccatum originis corpus tantùm, non animam inficiat. R. Nam decedentes cum peccato originis, damnari pœna damni, conſtat ex Euangelio, ubi legitur: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Item, reprobatur ex iis, quæ dicta ſunt contrà *Armenos*, *Arconticos*, *& Buccerum*, ad probandam neceſſitatem Baptiſmi. Inſuper, homines antè redemptionẽ appellantur *Maſſa damnationis*, *Vaſa iræ &c.* apud Apoſtolum, & antiquos.

10. Quòd anima antè vigeſimum annum peccare nequeat.

11. Turcas, per orationes ſuas, promiſſiones Chriſti conſequi poſſe.

12. Homines, ſinè cognitione Chriſti, ſub Euangelio ſalvari poſſe. Hæc, & ſimilia figmenta propagarit Servetus, quæ ulteriori reprobatione non indigent, cum ſatis per ſe pateat, quantùm ſint rationi diſſona; quis enim neſciat, antè vigeſimum annum homines à Magiſtratibus puniri? non autem poſſent eſſe pœnæ obnoxii, ſi non eſſent capaces delicti. Quis unquàm audivit, pueritiam, ſeu rationis non uſum protrahi uſque ad vigeſimum ætatis annum, cum in pluribus experientia doceat, quòd etiam antè ſeptimum annũ malitia ſuppleat ætatem. Capax peccati eſt, quiſquis ſufficientem habet cognitionem boni, & mali, & declinat à bono cognito, ut faciat malum. Horrendum inſu-

per eſt, quod dicit Servetus de Turcis; idem dicendum foret de quibuſcumque, quamcumque ſuperſtitionem profitentibus. Promiſſiones Chriſti non niſi iis, qui ſub lege Chriſti militant, à Chriſto ſunt factę; quare ſæpè inculcat Chriſtus, ut ejus mandata ſervemus: ſuos autem amicos, Chriſtus ſolùm eſſe declarat, quoſcumque præcepta ejus ſervantes: *Vos amici mei eritis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis*. Cæterùm, ſi promiſſiones Chriſti conſequi poſſent, qui orant extra legem Chriſti, ſuperfluum fuerat, quòd Chriſtus legem Euangelicam inſtituiſſet, & ſatis erat, quòd orationem præciperet. Orationẽ autem ſolã non ſufficere ad ſalutẽ, probatum eſt contrà *Adelfium*. Ex dictis ſequitur, falſum eſſe, quòd homines ſinè agnitione Chriſti poſſint ſalvari, dummodò ſint agnitionis capaces; ſecùs eſt de amentibus, qui poſt ſuſceptum tamen Baptiſmum, ſalvantur in fide Matris Eccleſię, quę ſupplet eorũ cognitionis defectui. Cęterùm expreſsè Chriſtus dixit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: Qui non crediderit, condemnabitur*. Neceſſaria ergo eſt fides ad ſalutẽ; fides autem haberi nequit ſinè agnitione Chriſti; ergo falsũ eſt, quòd ſinè agnitione Chriſti quis poſſit ſalvari, quod argumentũ urgentiſſimè promovet S. Auguſt. lib. 3. contrà Julian. Pelagian. oſtendens, quòd, ſi potuerũt aliqui ſalvari ſinè fide in Chriſtum, evacuatũ erit Myſteriũ Crucis.

II. Millenarii, dicti ſunt, licèt impropriè, qui aſſeruerunt animas prædeſtinatas ad gloriam, non admittendas ad viſionem, niſi poſt extremum judicium. Hujus ſententiæ auctor fuit S. Papias, Hierapolitanus Epiſcopus in Aſiâ Minori, Joannis Senioris auditor, paulò poſt initium ſeculi ſecundi: cujus ſententiæ adhęſerunt & plures Sancti viri, ſed citrà hæreſim; nam cum tunc temporis, nondùm eſſet ab Eccleſiâ definita hęc quæſtio, ſcilicèt, an animę beatæ admitterentur ad gloriam antè, vel poſt diem judicii, liberum erat unicuique ſtare pro alterutrâ opinandi parte. Cum tamen nunc temporis definitum ſit ab Eccleſia, nempè à Benedicto XII. & in Synodo Florentina ſeſſ. ultima, & in Tridentina ſeſſ. 25. de invocatione Sanctorum, animas, quę purgatione non indigent, ſtatìm poſt mortem admitti ad gloriam, non ampliùs liberum eſt, citrà hæreſim, adverſam tenere ſententiam; quæ tamen adhuc diſtat ab errore Chiliaſtarum, qui propriè Millenariorum eſt, de quo actum verbo *Chiliaſtæ*, & *Cerinthus*, quem aliqui volunt fuiſſe Millenariorum primipilum, illorum ſiquidem, qui regnũ Chriſti conſtituentes in oblectamentis mundi, dicebant regnum Chriſti cum electis, duraturum poſt judicium mille annis in Judæâ; cui ſententię cum pertinaciter adhęreret Apollinarius, à Damaſo Papa damnatus eſt. Itaque Millenarii, de quibus hìc agimus, quorum auctor fuit Papias, quem ſecuti ſunt plures viri ſanctitate, & doctrinâ illuſtres, regnum Chriſti glorioſum, ſpirituale, æternumque credebant, aſſerentes tamen, animas poſt ſeparationem à corpore, quàdam felicitate fruentes, non niſi poſt extremum judicium, facta reſurrectione corporum, admittendas ad regnum æternum; & quia antè judicium adhuc plures anni intercedent, ideò Millenarii dicti, non niſi longum tempus ſignificare volentes per mille annos: animas autem introducendas ad regnum, à Chriſto paratum animabus juſtis poſt reſurrectionem, interìm in loco à pœnis immuni à Deo cuſtodiri aſſerebant: qui dicendi modus, nunc ab Eccleſiâ damnatus, ut dictum eſt, ulteriùs reprobatur auctoritate plurium Sanctorum, aſſerentium animas purgatas, vel ſinè labe ſeparatas à corpore, non expectare ultimum judicium, ut admittantur ad gloriam; intèr quos apertè S. Bernardus ſerm. 2. de S. Malachiâ, aſſerit hunc Sanctum introductum ad gloriam: *Non immeritò hodie S. Malachias in conſortium Angelorum recipitur, quando pari*

cum

cum Angelis gloriâ, & felicitate lętatur. Sed etiam ex verbis à Chriſto dictis Latroni in Cruce morienti Luc. cap.23. *Hodie męcum eris in Paradiſo*, apertè conſtat animas juſtas ſtatìm introduci ad gloriam, ſicut animę reprobæ ſtatim introducuntur ad pœnam: Legitur enim Luc.16. *Mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in Inferna.* Item Pſal.126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini.* Ergo juſti, ſtatìm poſt deceſſum hęreditatem Domini conſequuntur. Auctoritates autē Scripturæ, quæ à Millenaris adducuntur, ad probandum animas juſtas ſtatim non introduci ad gloriam, intelligendę ſunt de gloriâ completâ, quę non habebitur quoad corpora, niſi poſt judicium, quando etiam corpora per dotes glorioſas, unâ cum animabus glorificabuntur. Diſſimulandum tamen non eſt, ut jam monui, in primis Eccleſiæ ſeçulis, non paucos ex Catholicis Scriptoribus, Juſtinum, Irenęū (quibus adſtipulatur Tertullianus) Nepotē, Pręſulem Ægyptium, Lactantium, Severum, Sulpitium &c. videri in eâ mente, ac ſententiâ fuiſſe, nimirùm, Sanctos non niſi poſt generalem corporum reſurrectionem, ad intuitivam Dei viſionem, eſſe admittendos. In quam ſententiam, 14. Eccleſię ſeculo, plus æquo adhuc propenſus fuiſſe videtur Joann. XXII. qui tamen nihil ex Cathedrâ definiens, & ad credendum Fidelibus proponens, ſolùm ut privatus doctor locutus fuit in hâc materiâ; neç quidem affirmando, ſed per modum privatę interlocutionis inſinuando: quâ de re vide Joann. Villan. lib.10. hiſtor. cap. ultimo; morti verò proximus, germanum veritatis (nondùm definitę) ſenſum authenticè expreſſit, veritus, ne aut ſiniſtra ſententia, ejus nomini fieret aliquando injurioſa, aut ſe eam definitivo modo docuiſſe putaretur. Vide etiam Raynald. anno 1334. num. 37. Inde tamen non eſt inferendū pręfatos Scriptores hęreticos fuiſſe, nam cū hæc quæſtio nondū eſſet eliquata, & ultimo Eccleſiæ judicio definita, hæreſeos incuſari non debent, quicumque ſinè pertinaçiâ eam propugnabant; hęreſis quippe naſcitur ex pertinaciâ, quâ error ab Eccleſiâ proſcriptus defenditur, ut egregiè innuit S. Auguſtinus Epiſtola 43. alias 162. cap.1. num.1. *Qui ſententiam ſuam, quamvis falſam atque perverſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cautâ ſolicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquàm ſunt intèr hæreticos deputandi.*

Quia verò S. Doctor noſter Mellifluus Bernardus contrarium alicubi docuiſſe videtur, nimirum juſtorum animas, licèt plenè purgatas, nonniſi poſt generalem corporum reſurrectionem æterna felicitate potiri, ideò opere pretium eſt tam eximium Doctorem ab hoc errore, licèt ſuo tempore non damnato, vindicare, ne, & ipſe in erroris patrocinium aſſumatur. Igitur S. Doctor, ſerm.2. in feſto omnium Sanctorum, de ſtatu piorum poſt mortem verba faciens: *Jam verò,* (inquit) *conſumato militiæ tempore, gaudium habent Sancti, etiam in ſpiritu ſuo, donec adveniat dies illa, quâ introire mereantur in gaudium Domini ſui. Interim quippè ſub altari eos eſſe, & non ſuprà, ipſe vos doceat, qui, ut ſcribit in Apocalypſi, ſub altari ipſo eorum etiam voces audivit. Adhùc ergo ſignatum eſt ſuper eos lumen vultus Domini: & licèt non plenam, habent tamen lætitiam multam in corde ſuo, donec veniat dies illa, quâ implebit eos lætitia cum vultu ſuo. Interim, inquâm, convertuntur animæ illæ in requiem ſuam, donec veniat dies, quâ introire mereantur in requiem Domini.* Tria hìc dicit S.Bernardus. 1. Animas illas Sanctorum, poſt mortem eſſe ſub altari, non ſuprà. 2. Adhùc ſuper eas ſignatum eſſe vultum Domini, quod certè viſionem abſtractivam, non verò intuitivam videtur deſſignare. 3. Eas lætitiam quidem habere, donec veniat dies illa, quà Deus implebit eas lætitiâ cum vultu ſuo; ergo ante diem illam vul-

tu Dei, ſeu viſione intuitiva non fruuntur.

2. Sermone 3. in eodem feſto num. 1. tres diſtinguit ſanctarum animarum ſtatus: primum in corpore corruptibili; ſecundum ſinè corpore; tertium in beatitudine conſumatâ. Primum in tabernaculis; ſecundum in atriis; tertium in domo Dei, tum addit: *Jam multi ex nobis in atriis ſtant, expectantes donec recipiant corpora ſua, donec impleatur numerus fratrum. In illam enim beatiſſimam domum, non ſinè nobis intrabunt, nec ſinè corporibus ſuis: id eſt, nec Sancti ſinè plebe, nec ſpiritus ſinè carne, neque enim præſtari decet integram beatitudinem, donec ſit homo integer cui detur; nec perfectione donari Eccleſiam imperfectam*. Animæ porrò illę, quæ ſunt in atriis, non in domo, Deum intuitivè nundum vident.

3. Sermone 4. in eodē feſto, per altare, de quo S. Joannes in Apocalypſi, intelligit humanitatem Chriſti, ſub quâ Sancti requieſcunt, donec ad claram Dei viſionem admittantur; ſic enim loquitur: *Altare ipſum, de quo nobis habendus eſt ſermo, nihil aliud arbitror eſſe, quàm corpus ipſum Domini Salvatoris. Interim ergo ſub Chriſti humanitate feliciter Sancti quieſcunt, in quam nimirum deſiderant etiam Angeli ipſi proſpicere, donec veniat tempus, quando jam non ſub altari collocentur, ſed exaltentur ſuper altare. Sed quid dixi? numquid humanitatis Chriſti gloriam, non dicam hominum, ſed vel Angelorum aſſequi poterit quis, nedum ſuperare? Quonam igitur modo ſuper altare dixerim exaltandos eos, qui nunc ſub altare quieſcunt? viſione utique, & contemplatione, non prelatione. Oſtendet enim nobis Filius ſemetipſum, non in formâ ſervi, ſed in formâ Dei. Oſtendet nobis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, ſinè quâ nimirum viſione, nihil ſufficeret nobis. Undè Beatus Joannes in Epiſtolâ ſuâ: nunc inquit, Filii Dei ſumus, ſed nundum apparuit quid erimus, ſcimus autem, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt*. Docere hic videtur apertè S. Bernardus, Sanctos ſub altari, hoc eſt humanitate Chriſti quieſcentes, poſteà ſuper altare exaltandos; atque tunc Deum eſſe viſuros, ſicuti eſt in ſe, eâ nimirùm viſione, de quâ loquitur S. Joannes, quæ certè intuitiva eſt; ergo antequàm exaltentur ſuper altare, hoc eſt antè generalem corporum reſurrectionem, Sancti, Divino conſpectu apertè non fruuntur.

Ad hæc S. Bernardi teſtimonia, dico, mentem S. Doctoris eſſe, animas Sanctorum perfectâ & conſumatâ beatitudine donandas non eſſe, niſi poſt corporum reſurrectionem, ut conſtat ex Serm. 2. num. 4. *Licèt* (inquit) *non plenam, habent tamen lætitiam multam*; Et num. 8. *Eſt ergo multitudo dulcedinis, quę abſcondita eſt, magna quidem, & magna valdè, nec dum tamen perfecta*; Et poſteà: *Ad requiem, exutę à corporibus animę ſanctæ, protinus admittuntur: ad plenam autem gloriam regni, non ità*: Et Serm. 3. num. 1. *Neque enim præſtari decet integram beatitudinem, donec ſit homo integer, cui detur; nec perfectione donari Eccleſiam imperfectam*. Et num. 2. *Ipſarum ſinè corpore compleri lætitia, perfici gloria, conſumari beatitudo non poteſt... ut nec dum tota earum affectio liberè pergat in Deum, ſed contrahatur quodammodò, & rugam faciat, cum inclinatur deſiderio corporis*.

Vides igitur in his locis, undè obiectio petitur, reſolutionem contineri. Ex quibus facilè eſt ad ſingula reſpondere.

Ad 1. itaque. Animæ ſunt quidem ſub altari, ſed non privantur viſione Dei ſimpliciter intuitivâ, ſed tantùm gloriâ perfectâ, & integrâ, quæ dicit corpus, ſimul cum animâ glorificatum.

Ad 2. Super eas ſignatum quidem eſt lumen vultus Domini, ſed modo longè perfectiori, quàm in viatoribus: iſtis abſtractiva, illis clara, & intuitiva Dei viſio conceditur.

Ad

Ad 3. Poſt reſurrectionem Deus, lætitiâ quidem vultus ſui plenâ, integrâ, & conſumatâ implebit Sanctos, ſed anteà fruuntur eâ lętitiâ inenarrabili, quæ ex claro, & intuitivo Dei conſpectu naſcitur.

Ad teſtimonium ex ſerm. 3. patet ex moxdictis reſpõſio: Sancti in atriis, ſeu ſub humanitate Chriſti collocati, nundum ſunt in domo, per viſionem ſcilicet completam, & conſumatam, conceditur: per viſionẽ ſimpliciter intuitivã, negatur. Eadẽ eſt reſponſio ad id, quod ex ſerm. 4. opponitur; Sancti nempè, qui ſunt ſub altari, poſteà cum exaltati fuerint ſuper altari, Deũ viſuri ſunt modo perfectiori, quàm antè, concedo: Deum ſimpliciter viſuri ſunt, negatur; viſio enim illa Dei clara, & intuitiva plures habet perfectionis gradus: eſt autem S. Bernardi ſententia, etiam intenſivè, & quo ad gradus augendam eſſe Sanctorum fœlicitatem poſt generalem corporum reſurrectionem.

Cæterùm, S. Bernardum admiſiſſe Sanctos plenè purgatos, ſtatìm poſt mortem æterna beatitudine donari, colligitur etiam ex ipſius epiſtolâ 374. ad fratres de Hiberniâ, ubi alloquens S. Malachiam, ſic ait: *Abſit ut tua nunc, o Anima ſancta, minùs efficax eſtimetur oratio, quando præſenti vividiùs ſupplicare eſt majeſtati, nec jam in fide ambulas, ſed in ſpecie regnas. Abſit ut imminuta, nedum exinanita tua illa, tam operoſa Charitas reputetur, cum ad fontem ipſum Charitatis æternę procumbis, pleno hauriens ore, cujus, & ipſa pridì ſtillicidia ſitiebas.*

I. MINAEI. Nova Nazaręorum hæreſis, poſt cladem Jeroſolymę, in Borræorum regione Decapoli, & Bazanitide emerſit; iſti Chriſto credebant, & Euangelium Matthæi adhibentes, circumciſionem retinebant. Dicti ſunt etiam *Nazaræi*, ut teſtatur D. Hieronymus, epiſt. 89. contra quos ſcripſerunt Juſtinus, Irenęus, Origenes, & plures alii.

XVI. MINISTRI CALVINIANI, undè ſic dicti. Inter tres primos diſcipulos, quos ad diſſeminandam ſuam hæreſim Calvinus adhibuit, unus fuit, cui nomen *Bonus homo*. Hic in Pictavienſi Academiâ inſtitutiones juris in Miniſtrariâ legebat: Miniſtraria nuncupabatur juris auditorium, in quo præfatus *Bonus homo* inſtitutiones explanabat. Quapropter non alio, quàm *Miniſtri* nomine, *Bonus homo* à Calvino appellabatur; ex quo factum eſt, ut omnes Calvinianę hęreſis diſſeminatores, *Miniſtri* nuncupari cæperint, & uſque in hodiernum diem, *Miniſtri* nuncupentur. Ex Spondan. ann. 1534.

MISERICORDES, fuerunt quidam hæretici Origeniſtæ, qui in alium ex- III.
tremum errorem, Prædeſtinatianis è diametro contrarium lapſi ſunt, de quibus S. Auguſtinus lib. 21. De Civit. Dei cap. 18. hæc ait: *Illi multò majorem miſericordiam Deo tribuunt, erga hominum genus. Dicunt enim de malis, & infidelibus hominibus divinitùs quidem verum prædictum eſſe, quòd digni ſint pœnâ; ſed cum ad judicium ventum fuerit, miſericordiam eſſe ſuperaturam: donabit etenim eos, (inquiunt) miſericors Deus precibus, & interceſſionibus Sanctorum ſuorum.* Extendebant ergo illi Divinam miſericordiam, ac beneficium mortis Chriſti ad damnatos homines, quos à ſuppliciis ſuis aliquando liberandos, & æternâ vitâ donandos eſſe confidebant, contrà ſententiam Chriſti in illos latam, Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum*; & contra Eccleſię fidem in Symbolo S. Athanaſii aſſertam, *& qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum*. Plures eorum ordines diſtinguit ibidem Sanctus Doctor, capitibus 19. 20. 21. 22. Alii ex hâc ſectâ, ab æterno ſupplicio etiam infideles liberandos, aſſerebant. Alii eos tantùm, qui Chriſti Baptiſmate abluti, participes corporis ejus facti fuiſſent, in quàcumque hæreſi, vel impietate permanſerint. Alii, omnes, & ſolos Catholicos, qui in Eccleſiâ Catholicâ perſeveraſſent, quamvis in eâ malè viventes. Alii denique putabant eos tantum modò arſuros illius æternita-

te

te ſupplicii, qui pro peccatis ſuis facere dignas eleemoſynas negligunt, juxta illud Jacobi in ſua Epiſtolâ canonicâ, cap. 2. *Judicium enim ſinè miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam*. Hos omnes ſolidè, more ſuo refellit ibidem S. Doctor.

Molinaei. Vide *Carolus Molinæus*.

Molinos. Vide *Quietiſtæ*.

II. Monarchici. A' quodam viro hæreſiarchâ, cui nomen Praxeas, & viguit cadēte ſeculo ſecundo, prodierunt hæretici, dicti Monarchici, eò quòd dicebant, in SS. Trinitate unam tantùm eſſe perſonam. R. verbo *Bogomili*. De his agit Tertull. adversùs Praxeam.

XVI. Monasterienses. In Monaſterio, Weſtphaliç urbe, anno 1534. pullulavit hęc Anti-Lutheranorum ſecta, Duce Joanne Bocheldi Sartore Leidenſi, qui in cœna omittenda eſſe dicebat illa Domini verba: *Hoc eſt Corpus meū*, & eorum loco hæc ſubſtituit: *Accipe, ede, memento Domini*. Ex Lindano.

Monoselitae. Vide *Bonoſiani*: Bonoſus fuit etiam dictus Monoſus.

VI. Monothelitae, atque Monophysitae. Græca vox *Monothelita*, Latinè valet *unius voluntatis*, ſicut *Monophyſita*, *à Mono*, quod eſt unus, & *Phyſi*, quod eſt natura, derivatur. Emerſerunt paulò poſt initium ſeculi ſexti, & ex Philoponi Grammatici Alexandrini doctrinâ, propagata creditur Monophyſitharum hęreſis; ipſe enim contra Severum hæreticum diſputans, aſſerebat, factâ unione hypoſtaticâ, non ampliùs duas, ſed unam tantùm compoſitam eſſe naturam in Chriſto: ex hoc errore prodiit alius legitimus ejuſdem fœtus, nempè Monothelitarum, unam dumtaxat prędicantium in Chriſto operationem, & voluntatem. Vide Baron. ad ann. 535. num. 81. Detecta autem eſt hæc impia hæreſis ſub Heraclio Imperatore, anno 622. ſautore Cyro, Phaſidis Lazorum Metropolitano, & Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo, Heraclii amiciſſimo, qui prętextu uniendi Eccleſiam Græcam, quæ in plures factiones diverſorum hæreticorum erat diviſa (maximè occaſione hæreſis Neſtorianæ, duas in Chriſto perſonas fingentis) perſuaſum fecit Imperatori, bonum eſſe ad extirpandas omnes, tunc in Oriente vigentes hæreſes, unicam tantùm in Chriſto aſſerere voluntatem, ſub quo ſpecioſo velamine pacis, error impius obtectus, faciliùs fuit Imperatori inſinuatus, & indè eodem ſautore propagatus: inſinuaverant quippe Cyrus, & Sergius Imperatori, facilè hæreticos omnes in ſua ditione exiſtentes uniri poſſe, ſi duarum voluntatum, & operationum doctrina ſupprimeretur, & in Chriſto, tantùm *Dei virilis* voluntas, & operatio diceretur: ex quo dicendi modo, duarum in Chriſto naturarum exacta profeſſio promulgaretur, quà fieret, ut Deus, & homo Chriſtus crederetur, unaque ejus perſona; quatenùs ex duabus naturis quædam tertia crederetur conſurgens, unaque propterea ejusdem voluntas annuntiaretur; ſed Cyri, & Sergii dolum ſtatìm detexit Sophronius Monachus, & impugnavit errorem, in quem jam miſerrimè prolapſus Imperator, in ejusdem ſavorem promulgavit edictum, quod nuncupatum eſt *Ecthеſis*, meritò damnatum à Romanis Pontificibus, nempè Severino, Joanne IV. ab universâ Eccleſia Orientali, & Occidentali, in Synodo Cypria, & Romana; & demùm in ſexta Synodo Œcumenicâ pleniſſimè confutati fuerunt Monothelitæ, ſicut & Martinus Papa in Synodo Lateranenſi damnavit *Typum*, à Conſtante Imperatore promulgatum, in quo Imperator prohibebat (quod anteà minùs cautè, deſiderio tamen vitandi contentiones, quibus errores creſcere ſolent, mandaverat privatis literis Honorius Papa) utrique parti, ſcilicet tam Catholicæ, quàm hæreticæ, ne quæſtionem de una, aut duplici voluntate in Chriſto facerent, ſed ſub ſilentio præterirent, quod erat re ipſa confundere ſententiam Catholicam, aſſerentem duplicem voluntatem, & operatio-

nem

nem in Chriſto. Monothelitę, Œcumenicę Chalcedonenſis Synodi reprobantes decreta, collegerunt conciliabulum, in quo auſi ſunt illam condemnare, ut;

1. Unicam tantùm voluntatem, & operationē aſſerere poſſent; quòd, licèt voluntas humana ſit in Chriſto, hæc tamen nullas habeat humanas operationes; &, non modò negarunt operationem creatæ voluntatis in Chriſto, ſed etiam operationem creati intellectus; undè omnem operationem Chriſti vocarunt *Theandricam*, id eſt, *Dei humanam*, ſeu *Dei virilem*, quod ſignificat, quòd voluntas humana in Chriſto, ita unius omninò virtutis, & actionis ſit cum Divinâ, ut ſicut Chriſtus eſt homo Deus, ita omnes operationes ejus ſint indiviſim *Humano-Divinæ*. Itaque, ſicut credimus unitatem perſonæ, adſtruebant illi unitatem naturæ compoſitæ, & unitatem veluti compoſitarum potentiarum; non ſecùs ac in nobis actiones ſenſibiles, à corpore ſimul & anima ſunt. R. Joan. 5. *Non quęro voluntatem meam, ſed ejus, qui miſit me.* Item ex eo, quod legitur: *Non mea voluntas, ſed tua fiat*, colligitur duas eſſe voluntates in Chriſto; nam voluntas Divina ejus, eadem eſt cum voluntate Patris. Tum quia, ſi Chriſtus non aſſumpſiſſet cum proprio actu humanam voluntatem, inintelligibile eſſet, quâ voluntate factus fuiſſet obediens Patri, cum non poſſit eſſe obediens Patri per voluntatem Divinam, quâ æqualis eſt Patri; obedientia autem eſt inferioris voluntatis. Sed ex pluribus etiam Scripturę teſtimoniis evincitur, in Chriſto eſſe voluntatem humanam; dixit enim: *Deſiderio deſideravi manducare hoc paſcha*; ſed non deſideravit quâ Deus, ergo quà homo; ergo tale deſiderium fuit deſiderium voluntatis humanæ. Plura alia ad rem, miſſa facio, facilè cuivis obvia in ſacris Paginis. Quia tamen hujus erroris origo, illa fuit Monoſophitarum hæreſis, cui & veluti principio Monothelitæ magna ex parte adhęrebant; ipſam etiam reprobare juvat ex Ipſis verbis Domini, qui dixit: *Pater major me eſt*. Si enim non duæ in Chriſto naturæ, ſed una tantùm conſideranda eſſet, ex Divinâ & humanâ reſultans, non poſſet dici Pater major Filio, quia nulla natura eſſet, ſecundùm quam Pater eſſet major. Quemadmodùm, quia natura humana componitur ex corpore & animâ, non poteſt dici quòd anima ſit major, quàm humana natura; nulla enim pars eſt major, quàm compoſitum. Eſſet ergo in Chriſto natura Divina pars totius compoſiti naturæ Chriſti, & ità, non major natura Divina, quàm tertia illa conficta Monophyſitarum natura. Adde, execrabilem errorem eſſe, trahere Divinam naturam in compoſitionem, quia eſt tollere ab ipſâ ſummam rationem actualitatis, & perfectionis. Deindè, dato errore Monophyſitarum, nec Chriſtus eſſet homo; imò nec eſſet abſolutè dicendus Deus, quia totum compoſitum ex partibus, nō ſuſcipit partium denominationem; ſicut homo non eſt corpus, nec anima ex quibus componitur; ſed tertium quid. Credimus ergo ſecundùm fidem in Criſto unitatem perſonę, diſtinctionem naturarum, nullâ admiſsâ compoſitione, aut confuſione earum: credimus duas voluntates Divinam, & humanā; operationes proprias utriuſq; naturæ, & voluntatis, ac etiam operationes *Theandricas*, ſeu *Deiviriles*, quæ licèt eſſent humanæ, ſe habebat tamen in illis natura humana Chriſti ad Divinam virtutem, tanquam inſtrumentum ad motorem. Vide S. Thom. 3. part. q. 19.

Monuimus, de quo mentionem facit Theodoretus hęretic. fabul. lib. 1. fuit natione Arabs. Ex ſcientiâ Arithmeticâ occaſionem accepit ſuam formandi hęreſim: in quo autem conſiſteret non exprimit Theodoretus. II.

Montanus, in Myſiâ Phrygiæ, quæ nuncupatur Ardaban, ortum habuit, circa annum 180. Hic, cum eſſet Eunuchus, baptizari voluit, ſed inſatiabili præeminentiæ in alios cupiditate vexatus, prophetam agere cæpit, nactus ad eam rem duas, quas ſeduxit II.

mulierculas, Priſcillam, & Maximillam, quas à ſuis maritis abduxit, & prophetare docuit. Dicti ſunt Montaniſtę etiam *Cathaphryges*, eò quòd ſęctę auctor Montanus, eſſet ex Phrygia. Statim Montaniſtis (ſed fruſtrà) conati ſunt ſilentium indicere Epiſcopi Orthodoxi. Naſcentem Montani hæreſim Gallica Eccleſia proſcripſit, contra quam eruditè ſcripſerũt Apollinaris, teſte Euſebio, Apollonius, Miltiades, & Serapion. In pluribus etiam Aſiæ Conciliis damnati ſunt Montaniſtæ, qui proindè ſchiſma fecerunt, cujus caput erat Montanus, cum ſuis prophetiſſis. In Montaniſtarum Eccleſiâ, etiam mulieres ad Sacerdotalem dignitatem admittebantur, & Epiſcopi, non niſi tertium locum obtinebant in eorum conventiculis. Tandem Montanus cum Maximillâ, poſt propagatam hæreſim, quę ad plures annos Eccleſiam vexavit, laqueo ſe ſuſpendit. Sed, & in ipſo ſectę Montani exordio, ejus aſſeclæ inter ſe ſciſſionem fecerunt, & eorum unuſquiſque, ex ſuo nomine ſectam confecit, undè alios *Phrygas*, alios *Proclianiſtas*, à Proclo, alios *Eſchinentes* ab Eſchine, dictos ſuiſſe comperimus: dicti ſunt etiam Montaniſtæ, *Tranſcodrugitæ*, *Perticonaſatę*, *Quintillianiſtę*, *Priſcillianiſtæ*, *Pepuziani*, de quibus ſub proprio nomine agemus. Huic hæreſi, magno Eccleſiæ Catholicæ luctu, adhæſit ex parte Tertullianus, vir alioqui ſapientiſſimus, & de Orthodoxa fide optimè meritus; ſed non omnes Montaniſtarum errores eſt amplexatus; quandoquidem Cataphryges, etiam ille hæreticos appellat, lib. de præſcript. adversùs hæretic. cap. 52. Montanus ſe Paracletum eſſe jactabat. Nova jejunia obſervanda ſtatuit, tres ſcilicet quadrageſimas. Funeſta etiam Sacramenta inſtituiſſe fertur, pręcipiens, ut pugione ſãguis ab infante extorqueretur, & ex hoc ſanguine, cũ farina mixto, panem effici, & Euchariſtiam offerri; quòd ſi infans vulneratus, moreretur, tanquã martyr colebatur: ſin verò erat ſuperſtes, pro magno Sacerdote, & Propheta venerabatur.

1. Montaniſtæ pro libito matrimonia ſolvebant. R. verbo *Abſtinentes*, & *Armeni*.

2. Secundas nuptias damnabant. R. Ex Concil. Nicæno primo, in quo, Canone 8. ſtabilitum eſt, Bigamos non eſſe fugiendos; quod non decreviſſent PP., ſi ſecundæ nuptiæ eſſent illicitæ. Item ex Concil. Florentino in inſtructione Armenorum. Inſuper Abraham mortuâ Sarâ duxit ſecundam uxorem, cui nomen Cetura, ut conſtat Geneſ. 25. Ruth, mortuo primo viro Nemo, nupſit Booz. Sara uxor Tobiæ habuit ſucceſſivè plures viros. Ex epiſt. ad Rom. cap 7. conſtat ſecundas nuptias non eſſe prohibitas; ſicut etiam ex Epiſt. 1. ad Corinth. & ex prima ad Timoth. ubi Apoſtolus hortatur viduas, ut potiùs nubant, quàm periculo incontinentiæ ſe exponant. Vide verbo *Græci*.

3. Dicebant, nuſquam in perſecutione fugiendum eſſe, ſed martyrium expectandum. R. ex verbis Chriſti: *Si perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Tum quia, Chriſtus jubet quidem, ut fidem profiteamur coram perſecutoribus, non autem vetat, quin perſecutionem fugiamus, quod à pluribus Sanctis fuiſſe factum, comprobant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

4. Baptiſmi formam corrumpebant, & mortuos baptizabant. R. Nam formam baptiſmi eſſe: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, patet ex pluribus Conciliis, & ex ipſo Chriſti præcepto, qui juſſit Apoſtolis baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſicut legitur Matth. ultimo. Concilium Nicænum primum juſſit Cataphrygios ad Eccleſiam redeuntes iterùm baptizari, quia Cataphrygii eſſentialiter variabant prædictam formam baptiſmi: *Ego te baptizo &c.* ergo Eccleſia ſemper docuit, præfatam formam eſſe veram formam, & invariabilem. Damnati etiam fuerunt Cataphrygi, qui mortuos baptizabant, in Cõcilio Carthaginenſi tertio, anno 397. Tum quia baptiſmus eſt inſtitutus ad delendam

cul-

culpam,quæ afficit animam, non verò cadaver; ergo cadavera nequeunt baptizari. Tum quia, anima illius, qui ſinè baptiſmo moritur, ſtatim introducitur ad locum ſibi paratum,neque ampliùs eſt capax remiſſionis culpæ; ergo fruſtra mortui baptizantur.

5. Dicebant, ſemel lapſos, nunquam poſſe conſequi ſalutem, quare omnem tollebant virtutem Sacramenti Pœnitentiæ. R. Nam fruſtrà Chriſtus inſtituiſſet Sacramentum Pœnitentiæ, ſi ſemel lapſi, ſalutem conſequi non poſſent. In ſacris Paginis peccatores ſæpè hortantur ad pœnitentiam,ut miſericordiam conſequantur, quod foret ſuperfluum, ſi Deus non parceret peccatoribus. Venit Chriſtus quærere peccatores.Negare ſalutem peccatoribus pœnitentibus, idem eſt, ac negare miſericordiam in Deo, qui tamen ſuper omnia miſericordiæ attributum exaltat.

IV. MONTENSES, dicti ſunt Donatiſtæ, qui in montibus propè Romam habitabant.

XVI. MONTZERICI. Thomas Montzerus, Stolbergenſis, unus ex præcipuis Enthuſiaſtarum coriphæis, concionator Alſterenſis in Thuringia, ex Sacerdote Catholico non mediocris doctrinæ, factus hæreticus Lutheranus, vitam agens apparenter auſteram, bellum ruſticorum commovit,de quo copiosè agit Spondanus anno 1523. & anno 1525. Deindè à Luthero ſegregatus, acerrimè contra eundem ſcripſit, ſugillans eum, quòd non niſi carnalia ſaperet. Montzerus autem captus eſt in bello ab ipſo excitato Franchenchuſit, & Multhuſium ductus, unà cum *Pfeiſfero* apoſtatâ ejus collegâ, ibidem capite plexus eſt;cum primùm errores ſuos revocaſſet,& ſuſceptis reverenter Sacramentis, plura ſigna dediſſet reſipiſcentię; perſiſtente tamen in ſua pertinaciâ Pfeiſero. Scriptum publicaverant Enthuſiaſtæ in Sveviâ,auctore Montzero, in duodecim articulos diſtinctum, quibus petebant, ut ſibi facultas eſſet eligendi miniſtros Eccleſiaſticos, eoſdemque ad libitum deſtituendi. Decimæ darentur tantùm ex frumento in uſum eorundem miniſtrorum pauperum, & publicę rei: liberi ita eſſent, ut ſolùm obtemperarent mandatis Dei, & Magiſtratus abiicerent; quæ quidem, & ſimilia ab Enthuſiaſtis propoſita, congregato valido ruſticorum exercitu, per fas, vel nefas obſervari contendebant. Hoc ſcriptum, Lutherus etiam approbavit, ſed paulò poſt improbavit, cum ſcilicet conſpexit ruſticorum exercitum profligatum, & de ruſticis cæcidiſſe ſupra centum millia: tunc videns Lutherus, qui tempori inſerviebat, non religioni, ruſticorum debellationem, & timens Principum gladium, contra ruſticos calamum acuit.

XVII. MORINUS Simeon, ſinè ſacrarum ſcientiarum lumine, articulos fidei ſcrutari auſus, plures impegit in errores anno 1647. Librum edidit, cui titulus: *Cogitationes Morini*, in quo Quietiſtarum deliramenta inſeruit. *Joannes de Marets*, Morini doctrinæ acquieſcere ſimulans, ejuſdem errores detexit, quà de re convictus Morinus,igni fuit adjudicatus anno 1663. Se tertia die à mortuis reſurrecturum promiſerat, quapropter plures ex vulgo, triduo ad ejus cineres vigilarunt, reſurrectionem Morini, ſed fruſtrà expectantes. Dixerat inſuper brevi Eccleſiam reformandam, & totum mundum veram ſuſcepturum fidem,ſed hanc reformationem faciendam per novum Chriſti adventum, qui in Morini glorioſo corpore apparuiſſet, multis ſociatus electis.

1. Neque per enormia peccata amitti gratiam effutiebat. Rep. ex incompoſſibilitate, quam habent peccatum lethale,& gratia; gratia enim facit neceſſariò hominem amicum Dei: peccatum verò, Dei inimicum hominem conſtituit: ſi per peccatum non amitteretur gratia,homo ſimul, & ſemel eſſet Dei amicus, & inimicus, quod infert contradictionem.

2. Dixit, in omnibus ſectis eſſe aliquos electos, & membra veræ Eccleſiæ. Rep. quia Eccleſia eſt congregatio fidelium: ſed qui profitentur

aliam religionem,præter Catholicam, non ſunt fideles; ergo neque eſſe poſſunt membra verę Eccleſiæ; qui enim vult eſſe membrum de corpore,debet unionem habere cum corpore:ſed hæretici nullam habent unionem cum corpore, ſcilicet cum Eccleſiâ. Patet etiam ex epiſt. ad Titum 3. *Hæreticum hominem poſt unam,& ſecundam correptionem devita &c.* quibus verbis Apoſtolus præcipit Tito, ut hæreticum devitet, quod certè non faceret, ſi hęreticus eſſet adhuc intra Eccleſiam, & Eccleſiæ membrum. Item ex Concil. Nicæno cap. 18. & 19. permittitur hæreticis redire in Eccleſiam, ſi velint; ergo hæretici ſunt extra Eccleſiam, & conſequenter, qui aliam profitetur religionem, præter Catholicam, eſſe nequit membrum verę Eccleſię. Sed, neque ſchiſmatici ſunt membra Eccleſiæ, quia unionem non habent cum capite Eccleſiæ, ſcilicet Romano Pontifice; ratio enim Eccleſiæ poſtulat, quòd ſit una unione membrorum inter ſe, cum ſuo capite; ideò legitur Joann. 10. *Unum ovile*; ad Rom. 12. *unum corpus*, hanc unitatē verò, tollit ſchiſmaticus. Sed, neque excommunicati ſunt membra Eccleſiæ, quia privati ſunt omni commercio cum Eccleſiâ, quod conſtat ex jure canonico, Canone. *Canonica inſtituta*.

XVI. MORISONUS, profeſſione Medicus, unà cum Sampſone, cadente ſeculo decimò ſexto, fuit præcipuus inſtaurator erroris, quem Anglicani profitentur, ſcilicet, eorum Regem, vel Reginam Regnum adminiſtrantem, eſſe caput totius Eccleſiæ immediatè poſt Jeſum Chriſtum, tam in cauſis ſpiritualibus, quàm temporalibus. Vide *Laicocæphali*. De Moriſono agit Sanderus.

MOSCOVITAE. Vide *Rutheni*.

V. MOYSES FALSUS IN CRETA. Apparuit in Inſulâ Creta anno 432. qui ſe verùm Moyſen eſſe jactabat, & eundem eſſe, qui Judæos per mare rubrum conduxerat; idem prodigium ſe renovaturum promittens Judæis, inſulæ Cretæ habitatoribus, ut iterùm ad terram promiſſionis reduceret. Pſeudo-Prophetæ facti nimis creduli incolæ Cretæ, omnia abdicarunt, ut novum Moyſen ſequerentur: cum ad mare perveniſſent, eodem jubente, primi, qui aderant, ſe præcipites in mare dederunt infeliciter in aquis pereuntes; quod, cum qui ſequebantur, diſcernerent, ſeque à Pſeudo-Prophetâ deluſos conſpicerent, eundem occidere parabant, quando Pſeudo-Propheta ab eorum oculis evanuit; undè aliqui dæmonem ſub humana ſpecie, fuiſſe Pſeudo-Prophetam ſunt arbitrati. Ex Socrate Eccleſ. hiſt. cap. 38.

MOYSENITAE. Mentionem facit II.
S. Epiphanius hæreſi 55. de quibuſdam hæreticis, qui in Arabiâ petreâ Moyſen, Deum eſſe putabant, propter Divina ſigna, quę fecerat. Hos hæreticos, probabile eſt, fuiſſe Melchiſedechianis coævos, & conſequenter, viguiſſe cadente ſeculo ſecundo.

MUNDANITAE, ſunt illi, qui mun- I.
dum non mutari, ſed in eodem ſtatu ſemper permanſurum aſſerunt, etiam poſt reſurrectionem, quos convincit erroris Scriptura Matth. 24. Iſaię 65. De his agit Prateolus.

MUSCULUS ANDRAEAS, à quo XVI.
Muſculani, ſectâ Lutheranus, in Marchionatu Brandeburgenſi præfuit omnibus Lutheranorum Eccleſiis, ortus ineunte ſeculo decimo ſexto, moritur anno 1580. Ubiquiſtarum dogma totis viribus promovere ſtuduit. Plures edidit libros, & in eo fuit ſenſu, mundum eſſe propè finem habiturum, quà de re nimis emphaticè ſcripſit, quaſi utriuſque teſtamenti arcanorum intelligentiam ſibi datam peculiariter jactans.

1. Chriſti Aſcenſionem nihil aliud eſſe dixit, quàm, quòd Corpus Chriſti oculis Apoſtolorum factum eſt inviſibile; cæterùm, quod Scriptura aſſerit de Chriſti Aſcenſione, nullam dicere mutationem loci, quo ad Chriſti corpus, quod adhuc ſub nubium velamine eſſe affirmat. R. Ex Scrip. pręcipuè in actibus Apoſtolorum, ubi deſcribitur Aſcenſionis hi-

ſtoria,

ſtoria, & adeò expreſsè de corporali Chriſti Aſcenſione ſit mentio, ut nullatenùs remanere poſſit de eà dubitationi locus. Item, ex Euangelio Marci 16. apertè evincitur veritas de Chriſti Aſcenſione: *Et Dominus quidem Jeſus, poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in Cœlum, & ſedet à dexteris Dei*.

2. Dixit, Chriſtum, ſecundùm utramque naturam, eſſe mediatorem noſtrum, & ideò voluit, Divinam naturam in Cruce etiã paſſam fuiſſe, & mortuam. Jam hæreſim iſtam de paſſione, & morte Divinitatis hæretici Orientales commenti antiquitus fuerunt; ſivè Monophyſitarum errore proceſſerit; ſivè communicationem non idiomatum, ſed ſubſtantiarum, atque earundem confuſionem fuerint imaginati, ut indè Divinitati etiam per ſummam inſcitiam, tribuant paſſionem, & mortem. Neque enim adeò amentes hæreticos illos opinamur, ut impaſſibilem, & ſimpliciſſimam Divinitatem, quæ omnis vitæ origo eſt, & quę eſſentialiter vita eſt, mortẽ paſſam ſomniaverint; imò nec ullam ſui mutationem; undè ipſe Deus dixit: *Ego Dominus, & non mutor*. Sed, & reprobata eſt abſurda illorum imaginatio, quocumq; modo illa ſe habuerit, cum ſuprà Monophyſitas reiiecimus, oſtendentes Divinam, & humanam naturam in Chriſto, perfectâ ipſarum diſtinctione, & operatione manſiſſe, nullâ compoſitione, aut confuſione. Ex quo ſequitur paſſiones humanæ naturæ, nullatenùs de naturâ Divinâ poſſe prædicari. Quòd verò attinet ad officium mediatoris, jam nobis aliàs de hâc difficultate actum eſt; eundem errorem alibi reprobantibus, & difficultatem dilucidantibus. Nam ratione unitatis ſuppoſiti, dicitur abſolute Chriſtus, Deus ſimul & homo, mediator, abſoluta denominatione, quam *Specificativam* appellant ſcholaſtici. Atque ita, quatenùs ſubſiſtens in utraque naturâ, Chriſtus mediator eſt. Si autem loquamur *Reduplicativè*, explicaturi naturam, ſecundum quam convenit Divino ſuppoſito mediare, in hoc ſenſu falſum eſt, quòd ratio mediatoris conveniat Chriſto, ſecundùm naturam Divinam. Rationem habemus ex D. Thoma 3. part. quæſt. 26. art. 2. Quia ſcilicèt de ratione medii eſt, quòd diſtet ab utroq; extremo, &, quòd ea, quæ unius extremi ſunt, deferat ad alterum. Chriſtus autem, ſecundùm quod eſt Deus, non differt à Patre & Spiritu ſancto in naturâ, poteſtate, aut dominio; neque Pater, aut Spiritus ſanctus aliquid habent, quod non ſit Filii, & quod poſſit ex ipſis deferre ad homines ipſe Filius, tanquàm mediator. Hinc, quatenùs Deus, mediator eſſe non poteſt. Secundùm humanitatem autem, ſeu quatenùs homo, habet diſtare naturâ à Deo dignitate, & diſtare ſanctitate, & gratia ab hominibus; ideſt, de Chriſto, ratione humanitatis in Divino ſuppoſito ſubſiſtentis, verificatur quòd ſit mediator, deferens humanis Divina, & humana Divinis, unicus ſatisfactione, interpellatione, reconciliatione, atque exhibitione donorum, & præceptorum.

Hinc nihil concludit obiectio, quam adeò extollit Stancharus, ut probet, Chriſtum ſecundùm naturam Divinã, nequaquam eſſe potuiſſe mediatorem. Nemo poteſt eſſe mediator ſui ipſius: Sed ſi Chriſtus fuiſſet mediator ſecundùm naturam Divinam, eſſet mediator ſui ipſius, ergo Chriſtus, ſecundùm naturã Divinam, non potuit eſſe mediator. Rectè quidem dicit, ſed perperàm indè deducitur error Muſculi; non enim ſequitur, mediatorem fuiſſe Chriſtum ſecundùm utramque naturam, ex eo, quòd mediator non fuerit ſecundùm Divinam naturã, ut explicatũ eſt. Nec illa Stanchari ratio quidquam novi affert, quàm ſapientiùs & explicatiùs propoſitum habemus ex Doctore Angelico, ut ſuprà dictum eſt. Manet ergo veritas Catholica inconcuſſa, ſcilicèt, quòd Chriſtus mediator eſt ſolùm ratione naturæ humanæ. Si enim afferatur convenire Chriſto ratione utriuſque naturæ, jam con-

ſun-

funderentur non modò operationes, ſed etiam ambę naturæ in Chriſto, quod dicere, Monotheliſmum ſapit, & Euthychiſmum. Huic hæreſi adhęſit Calvinus, ſentiens, officium mediatoris Chriſto convenire ſecundùm utramque naturam, ita ut, aliqua officia mediatoris, totalitèr tribuat naturæ humanæ, ut eſſe hoſtiam: alia totalitèr naturę Divinæ, ut Sacrificium offerre: alia utrique naturæ in confuſo adſcribat. Sed talia argumenta, tàm ab auctoritate Scripturæ, quàm à ratione deſumpta, per antecedentem doctrinam ſufficientèr enodantur.

XVI. Muſculus Wolfangus, ex Patre plebejo Lotharingiæ ortus cadente ſeculo decimo quinto, apoſtata factus à Religione, quam profeſſus fuerat, uxorem duxit, & Lutheri doctrinæ adhęſit. Eccleſiæ Proteſtantium Strasburgi Diaconus ordinatus, Græcam, & Hæbraicam linguam non ignoravit. Deindè apud Helvetios Conſtantiæ, Baſileę, aliiſque in locis hæreticam doctrinam diſſeminans, recentium Sacramentariorum Coriphæus, anno 1563. deceſſit. Vide Sanderum hæreſi 212.

I. Muſearonitæ, à muſca, & Accaron Civitatibus, ubi muſca colebatur, dictione compoſita, ſunt appellati. De his agit Lindanus.

N

XVI. Naaziani, iidem ſunt, ac Gnoſtici, qui, ut tradit S. Epiph. hæreſi 26. pluribus nominibus fuerunt appellati, undè etiam Naaziani dicti fuerunt.

IV. Narciſſus, vixit circà medium ſeculi quarti, in Provinciâ Ciliciæ, Civitatis Jeronopolis, aliàs Nerodiadis dictę, Epiſcopus, Arianæ perfidiæ patronus acerrimus, valdè laboravit apud Imperatorem Conſtantium, ut S. Athanaſii injuſta condemnatio ab Arianis facta, ab Imperatore eſſet confirmata: ſed ejuſdem Narciſſi perfidiâ in Concilio Sardicenſi exploratâ, à ſuo Epiſcopatu depulſus, exauthoratur. Ex Niceph. lib. 9. cap. 12.

XVI. Nathanael Elianus (ex Coccio) ſectâ Lutheranus, libro Germanico, quem inſcripſit *Matania*, aſſerit Deum, unum eſſe in eſſentiâ, & perſonâ. Eodem libro docet, quòd Meſſias non ſit ſimul Deus, & homo. Eodem libro, quòd Chriſtus exitum ſuum didicerit à Moyſe, & Eliâ, & etiam nunc in cælis, nec præſentia, nec futura noſcat, niſi per revelationem ei factam à Patre: imò, quòd Chriſtus nondum regnat in cælo, ſed expectat regnum. Duo prima deliria, jam alibi reprobavimus; poſteriora verò ulteriori reprobatione non indigent.

XVI. Neariani (ex Reſcio) Novi Ariani, vocati ſunt Neariani, qui anno 1532. Arii dogma inſtaurarunt, dicentes, Patrem eſſe ſupereminentem aliis perſonis, nec illas eſſe intèr ſe æquales. R. Ubi Divinitatem Filii, & Spiritus ſancti comprobavimus; undè & D. Athanaſius in ſuo Symbolo: *Totæ tres Perſonæ coæternæ ſunt, & coæquales.*

VI. Neophiti. De hęreticis *Neophiti* nuncupatis, mentionem facit Breviariũ Romanũ in Officio S. Gregorii Magni, qui pallium dare recuſavit Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo, niſi Neophitos hæreticos expelleret ex Galliâ; quare autem ſic fuerint nuncupati, & quam hæreſim profiterentur, compertum non habemus.

III. Nepos, Epiſcopus in Ægypto, circà annum 270. Millenariorum errorem promulgare ſtuduit, eorum ſcilicèt, qui beatitudinem in deliciis carnalibus, per mille annos duraturam conſtituunt; quà propter Euangelia, & Apoſtolicos libros, quorum teſtimonio facilè convicebatur,

nullius

Digitized by Google

nullius momenti eſſe dicebat. Nepotis errores confutavit Dionyſius, Epiſcopus Alexandrinus, tum viva voce, tum ſcriptis. Ex Euſebii lib.7. cap.24.

V. Nestorius, oriundus ex Germaniciâ Urbe Syriæ, magni nominis in Eccleſiâ Antiochenâ Presbyter, lingua diſertus, à Theodoſio ſecundo in Epiſcopum Conſtantinopolitanum eligitur, ineunte ſeculo quinto, qui, ſimul ac ordinatus fuit, viſus eſt dignus Joannis Chryſoſtomi ſucceſſor: ſed, cum jam plenè potitus eſſet honore, cui ſimulata olim vitæ ſanctitate, inhiaverat, ſtatim ex Paſtore converſus eſt in lupum, quod ex tumore ſuæ mentis ei contigit, & ex neglectu SS. Patrum, antiquarumque Eccleſię traditionum; ex quo factum, ut ſuas evomeret hæreſes, quas promulgatis ſcriptis, diſſeminare ubique ſtuduit, accito ad hunc effectū *Diodoro* Epiſcopo Marcianopolis, jam exautorato, præcipuo Neſtorii fautore. A'Cyrillo Alexandrino confutatus fuit Neſtorius, & condemnatus à Cæleſtino Pontifice in Synodo Romana, celebratâ anno 430., & iterùm in Concilio generali Epheſino, anno 431. damnatus, & depoſitus; ejuſque ſcripta igni tradita; jubente etiam Imperatore in exilium pulſus, ſæpè mutatis exilii locis, quià ubique non deſiſtebat Orthodoxos ſuis cavillationibus ſubvertere: demùm ad extremas Thebaidis oras relegatus, linguâ à vermibus corroſâ, miſerimè deceſſit.

1. Duas in Chriſto admiſit perſonas, aſſerens Mariam genuiſſe Chriſtum purum hominem, cui Verbum, ob ſingulares Chriſti dotes, & merita unitum fuit, non unione hypoſtaticâ, ſed unione quadam morali, ita ut Chriſtus eſſet quaſi Dei templum; & hac ratione ſolummodò Chriſtum vocari hominem Deum: cæterùm, Mariam non eſſe dicendam *Theotocon*, ſivè Matrem Dei, ſed *Chriſtitocon*, ideſt Matrem Chriſti. R. Et quidem in Chriſto unicam tantùm eſſe perſonam, definitum eſt in Conciliis ſuprà citatis. Item ex ſecunda ad Cor. cap. 2. *Propter vos in perſona Chriſti*; ubi Apoſtolus in Chriſto unicam confitetur perſonam. Clariùs ad Epheſ. 4. *Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos*; ubi apertè unicam in Chriſto perſonam eſſe perhibetur, quod & profitentur omnes SS. PP. Tum quia Chriſtus ſæpè loquitur de ſe ipſo, tanquàm Deo, & ſæpè loquitur de ſe ipſo, tanquàm homine: ergo eſt homo Deus: nec poſſet loqui de ſe ipſo tanquàm Deo, & homine, ſi duæ eſſent perſonæ in Chriſto; actiones enim ſunt ſuppoſitorum: cum autem eadem actio in Chriſto tribuatur Chriſto tanquàm Deo, & tanquàm homini, ſequitur communicari idiomata, ſeu proprietatum nomina in Chriſto ratione ſuppoſiti; nempè, quia unum eſt ſuppoſitum in utraque natura, & unicam tantùm eſſe perſonam in Chriſto, in quà per unionem hypoſtaticam uniuntur duæ naturæ, Divina, & humana. Ex quo concluditur, Mariam, quæ Chriſtum peperit, dici debere Matrem Dei, ſivè Deiparam, quia genuit Chriſtum, Deum ſimul, & hominem, ſicut conſtat ex Euangelio Lucæ 1. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Quod & agnovit Eliſabeth, cum ad Mariæ viſitationem dixit: *Undè hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Inſuper Chriſtum eſſe hominem Deum, conſtat Matth. 16. *Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?* Reſpondit Petrus. *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*. Et S. Thomas, Chriſto, quem videbat in carne præſentem, dixit. *Dominus meus, & Deus meus*. Et ad Cor. 1. c. 2. legitur: *Si enim cognoviſſent, nunquàm Dominum glorię crucifixiſſent*. Ex quibus conſtat, Chriſtum eſſe Deum, & hominem: ergo Maria, quæ Chriſtum peperit, verè, & realitèr eſt Deipara; terminus enim actionis generativę Mariæ, fuit homo Deus Chriſtus, in utra-

que

que natura, Divinâ hypoſtaſi ſubſiſtens, ac verè Deus; licèt enim à matre ſolam humanã naturam aſſumpſerit, tamen natura filii non generatur à parentibus, ſed perſona filii, ut in omni generatione patet; itaque, ſicut eſt Filius æterni Patris, non generatione naturæ, ſed perſonæ in natura Divina; ita etiam eſt Filius temporalis matris, non generatione naturę, ſed ejuſdem perſonæ in natura humana, ex quo ſequitur, quòd Chriſtus dicatur Filius Dei, & Filius hominis, & quòd Maria, quæ Chriſtum peperit, verè ſit Mater Dei, qui eſt etiam homo, non in confuſione ſubſtantiæ, ſed in unitate perſonæ; non converſione Divinitatis in carnem, quia natura Divina in Chriſto eſt omninò diſtincta à natura humana, ſed aſſumptione humanitatis in Deum, quia natura humana perſonatur, & ſubſiſtit per ſubſiſtentiam Verbi. Ex hoc etiam ſequitur, Chriſtum non eſſe Deum & hominem ratione inhabitationis Dei in homine, quaſi in templo, in quo mirabilia operatur; nam ſi in hoc conſiſteret incarnatio Verbi, ut vult Neſtorius, etiam Dæmones, qui mirabilia operantur in obſeſſis, dicendum foret, quòd incarnantur, & obſeſſi, vocandi eſſent *Dæmon homo*: nemo autem eſt, qui dicat, obſeſſum eſſe Dæmonem: ratione autem unionis hypoſtaticæ ſemper Eccleſia confeſſa eſt, Chriſtũ eſſe verum Deum, & hominem Deum.

2. Negat Chriſtum eſſe verè Sacerdotem. R. Ex pluribus Conciliis, in quibus commendatur Chriſti Sacerdotium. Ex Epheſino celebrato anno 431. Can. 10. Latera 4. cap. 1. de fide. Ex Triden. ſeſſ. 22. cap. 1. Itẽ ex ſacris Paginis, ad Hębr. cap. 5. *Appellatus à Deo Pontifex juxta ordinem Melchiſedech*. De Sacerdotio Chriſti etiam cecinit David: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech*. Tum quia, ille verè dicitur Sacerdos, qui eſt ſpirituali, & publica auctoritate unctus, & deſtinatus ad ſacrificandum, & orandum pro populo: ſed Chriſtus ad hoc fuit deſtinatus à Deo: ergo verè eſt Sacerdos.

3. Euchariſtiam conficiebat ex pane fermentato, aſſerens confici non poſſe in pane azymo. R. verbo *Græci*.

4. Volebat in Euchariſtia non ſumi Divinitatem, ſed tantùm Chriſti corpus. R. vèrbo *Berengarius*, *Joannes Odecaſtelius*, *Joannes Wicleffus*.

Multa tum ex ſcripturis, tum ex antiquioribus Eccleſiæ Scriptoribus adversùs præfatos Neſtorianorum errores teſtimonia colligit Sanctus Cyrillus, parte prima Concilii Epheſini capit. 4. act. 1. quæ omnia hìc referre non vacat, quod operis foret prolixioris. Verùmtamen ſilentio hìc non eſt prętereundem, S. Cyrillum Neſtorium impugnantẽ, nequaquam in oppoſitum Apollinaris errorem prolapſum fuiſſe; ejuſque ſcripta ab omni erroris labe, quà ab Orientalibus aſperſa fuerant, aliena eſſe, & omninò pura, ut pluribus congeſtis veterum teſtimoniis probant Polemici. Conſule Allatium.

NESTORIANI MODERNI. Vigent nunc temporis in Oriente intèr alios hæreticos Neſtoriani, qui ſuprà veteres Neſtorii errores, etiam alios profitentur, undè, tam quos ex veteribus habent, quàm novorum additiones, ſivè explicationes perverſarum opinionum, in unum redigemus. Et quantùm colligere juvat, ex modernis eorum codicibus palam fit, eos unionem Verbi Dei, (ut loquuntur) cum homine Jeſu affectivam aſſerere, ita tamen, ut non proceſſu temporis, ſed in ipſâ corporis formatione, quæ Angelo annuntiante facta eſt, contigerit, negant autem perſonalem Verbi Dei cum humanâ naturâ unionem. XVIII.

2. Licèt aliquando eam unionem perſonalem appellent, id tunc ab iis non eo ſenſu intelligitur, quo à Catholicis, ſed accipitur pro unione dignitatis, honoris, poteſtatis, & affectus, qualis eſt intèr Regem,

ejuſ-

Google

ejuſque Legatum, qui perſonam, ut ajunt, Regis gerit.

3. Item, quum duas ſubſtantias Chriſti, duaſque naturas dicunt, à Catholicorum ſenſu recedunt: volunt enim utramque ſubſtantiam, &, utramque naturam in propriâ hypoſtaſi, ac perſonâ ſubſiſtentem eſſe, quod Catholici negant.

4. Negant Deum paſſum & mortuum, non modò ſecundùm Divinitatem, quod & Catholicâ nos fide credimus; ſed etiam ſecundùm humanitatem: admittentes tantùm paſſionem, & mortem humanitati accidiſſe; ita tamen, ut cum duas in Chriſto perſonas adſtruant, ambaſque Chriſti nomine ſignificari contendant, Chriſtum quidem paſſum, & mortuum ſecundùm humanitatem dicere non refugiunt: id verò de Deo, etiam ſecundùm humanitatẽ nequaquam affirmant.

5. Negant quidem duos Filios, & duos Chriſtos, verbis tamen, non rebus; quum unum Filium dignitate, poteſtate, honore, & affectu agnoſcant, non unum re ipſa, & perſonæ unius veritate, & ultrà tres Divinas perſonas, etiam perſonā humanā Chriſti admittant, eamque participem ejuſdem dignitatis, & honoris cum perſona Filii faciunt, ex quo ſequitur ſolis verbis Trinitatem perſonarum Neſtorianos admittere in Divinis, reverà tamen quaternitatẽ profiteri, quandoquidem ultrà tres Divinas perſonas, etiam perſonam humanam Chriſti, dignitate & honore cum perſona Filii æqualem profitentur. Ita ut meritò *Antropolatræ*, ideſt hominis adoratores nuncupentur.

6. Negant Beatam Virginem eſſe Deiparam, affirmant Chriſtiparam.

7. Exempla unionis Dei Verbi cum homine Jeſu, hæc ab illis afferuntur: Dei cum templo: Regis cum purpura: Ignis cum ferro: Stolæ cum corpore: Coronę cum capite: Regis cum Legato: Amici cum amico: Viri cum muliere: Potentiæ rationalis cum voce, vel ſcriptura: Solis cum ſpeculo, vel margarita, vel oculo: Anuli cum cera, vel digito: arboris cum alia arbore, cui inſeritur, & cætera hujuſmodi, quæ unionem affectivam, vel accidentalem, non hypoſtaticam ſignificant. Hujus hæreſeos auctores recipiunt Neſtoriani, Diodorum, Theodorum, & Neſtorium, quorum commemorationem in Divinis officiis colunt; item Barſumam Niſibenum recipiunt, qui fuit Neſtoriani erroris in Oriente precipuus propagator.

Item Ibam, Theodoretū, Joannem Antiochenum, cęteroſque, qui pro Neſtorio adversùs S. Cyrillum ſteterunt. Quâ in re ſibi repugnant Neſtoriani, eos admittendo, qui poſteà mutatâ ſententiâ Neſtorium, ejuſque doctrinam damnarunt.

Item Synodum Epheſinā à Joanne, & Orientalibus habitam, cæteraſq; Synodos à Barſuma, Babęo, aliiſque Neſtorianorum Patriarchis celebratas.

Damnant ſacras Synodos Epheſinam, & Chalcedonenſem; item Sanctum Cyrillum.

8. Negant Divinam naturam ab hominibus, ab Angelis, ab ipſa Chriſti humanitate intuitivè videri poſſe; undè Sanctorum beatitudinem non in intuitivâ Divinæ naturæ viſione collocant, ſed in revelationibus Divinis, in lumine, & viſione humanitatis Chriſti.

De Proceſſione Spiritus ſancti à ſolo Patre, errorem primi omnium effudere Neſtoriani, cum enim S. Cyrillus in capitulo 60. dixiſſet, Spiritum ſanctum Filii eſſe proprium, Theodoritus, tunc Neſtorianus his verbis illum redarguit: *Quòd autem &c. Sin hoc aſſerit, tanquàm ex Filio, & per Filium exiſtentiam habeat, velut blaſphemum hoc impiumque reiiciemus: fidem enim adhibemus dicenti Domino. Spiritus, qui ex Patre procedit:* nec non *Diviniſſimo Paulo ſimilitèr loquenti.*

Quoſdam libros apochryphos pro Canonicis à Neſtorianis haberi aſſerit

Joſephus II. Patriarcha Chaldęorũ, Apocalypſim ſcilicèt S. Pauli, nec non Euangelium infantiæ Chriſti.

Liturgiam ſacram in duas partes pro hyemali, ſcilicèt & æſtiva,40. ferè ab hinc annis diviſerunt:ita tamen, ut ea parte, in quà extant verba conſecrationis, hyemalibus temporibus ſolùm utantur, alteram verò ſinè verbis conſecrationis,æſtivo tempore adhibeant, quà de cauſa putant equidem ſe ſacrificium Miſſæ exequi, re tamen verâ nec Miſſam, nec Chriſti corpus, & ſanguinem conſecrant.

Eorum Sacerdotes, non ſolùm antequàm ſacris initientur ordinibus, uxores ducunt, quas poſteà, dum ſunt in ſacris, uſque ad obitum tenent, quod omnibus Orientalibus commune eſt: verùm etiam dum ſunt in ſacris, & quidem in Presbyteratu conſtituti, fiunt uxorati, quod ſanè apud omnes Orientales impium, & abſurdum eſt.

In cæteris verò omnibus, errores Græcorum modernorum ſequuntur. Puta, negant primatum Papæ, conſecrationem in ſolo fermentato fieri contendunt, & ſic de cæteris. Reprobantur (præter ſuperiùs dicta contrà Neſtorianos antiquos) Neſtoriani moderni in eo, quod aſſerunt unionem Verbi cum humanâ naturâ eſſe affectivam, non hypoſtaticam & realem, ſic. Realitèr dicitur de Verbo: *Verbum caro factum eſt*, quia verè & realitèr Verbum aſſumpſit naturam humanam: ſed non poſſet dici realitèr de Verbo, quòd Verbum carum factum eſt, quando unio intèr Verbum, & naturam humanam eſſet ſolùm affectiva, ſicut non poteſt dici de amico, quòd ſit realitèr alter amicus, propter ſolam unionem affectivam, quæ eſt intèr duos amicos, ergo ſi realitèr dicitur de Verbo,quòd caro factum eſt, unio,quæ eſt intèr Verbum & naturam humanam non poteſt eſſe ſolummodò affectiva,ſed eſſe debet hypoſtatica; ratione cujus tam realitèr dicitur de Chriſto quòd ſit Deus homo, ac dicitur quòd ſit homo Deus. Tum quia,ſi eſſet ſola unio affectiva intèr Verbum & naturam humanam, Chriſtus non poſſet eſſe mediator & juſtificator, ut patet ex his quæ dicta ſunt contrà *Antioſandrinos*, *&* *Arium*. Videantur hìc quæ dicta ſunt contrà *Libertinos*, ubi oſtendimus Chriſtum non eſſe Redemptorem ex ſolo titulo. Item,quę dicta ſunt contrà *Ebionitas*, *Cerinthum*, *Artemonem*, *Budoneitas*, ad oſtendendum Chriſtum non eſſe purum hominem, quod ſequeretur, ſi unio intèr Verbum & naturam humanam eſſet ſolùm affectiva. Videantur etiam hìc, quæ diſcutiunt omnes Scholaſtici,differentes de poſſibilitate incarnationis, enodantes difficultates,quæ ab his proponuntur,qui negant poſſibilem unionem hypoſtaticam intèr Verbum Divinum, & naturam humanam: ex quo ſequitur, ut ſuprà probavimus, B. Virginem eſſe Deiparam, non ſolùm Chriſtiparam, ſicut oſtendimus contrà *Anaſtaſium Presbyterum*. Reliquos verò modernorum Neſtorianorum errores, jam alibi ſufficientèr reprobavimus. Hìc demùm notandum quoad Neſtorianorum ritus, quòd Neſtoriani jejunium non modò inchoant in die Dominico, ſed etiam omnibus diebus Dominicis Quadrageſimæ jejunant:hinc Abrahamus Abgra Patriarcha,teſte Barhebręo Tom.3.pag.531. præcepit ut in Dominicis jejunii Quadrageſimalis, ſub veſperam Liturgia celebraretur: ſed facile eſt convincere Neſtorianos, quatenùs ſcilicèt in hoc ritu, non modò ab universâ Eccleſiâ, ſed etiam ab avitâ traditione recedunt. Quod liquet colligere ex Canone Apoſtolorum 63. ex verſione quæ extat apud Sobenſem in Epitome Canonum, codice 14. Syriaco, exiſtente in Vatic. pag.12., ubi ſic legitur: *Si quis Clericus in die Dominico jejunare deprehenſus fuerit, deponatur, ſi verò ſecularis ſit, ſegregetur*. Ex quo conſtat Eccleſiam nunquàm conſueviſſe pręcipere jejunium die Dominico, non modò in Occidente, ſed etiam in Oriente, & conſequenter Neſtorianos jejunantes

die

die Dominico, agere contrà ritum univerſalis Eccleſiæ. Vide verbo *Manichæi*, ubi de jejunio non ſervando die Dominico agimus, ſicut etiam verbo *Aeriani*. Non me latet, Canones, quos Apoſtolorum dicimus, à multis reiici, tanquàm apocryphos; nec mei officii eſt hac de re diſſertationem adoriri; tamen negari non poteſt magna eorum antiquitas, quod ſufficit, ut eorundem teſtimonio aſſerere poſſimus, ritum non jejunandi die Dominico, antiquiſſimum in Eccleſia eſſe, utpotè ſic à veterrimo tempore enuntiatum, quin contrà ejuſmodi Canonis enuntiationem aliquid unquàm dictum ſit in Eccleſiâ; quod non contigiſſet, ſi Eccleſia contrariam obſervationem haberet.

XVI. Nestoriani Novi, ſunt illi ſectarii, qui ann. 1550. Neſtorii hæreſim renovarũt, cujus ſectæ auctor creditur Zuinglius, qui docuit in Chriſto duas eſſe perſonas, Virginem non eſſe Dei Genitricem. Ex Reſcio.

XVI. Neutrales. Sic vocati ſunt illi, qui ſeculo decimo ſexto Catholicis, & Novatoribus ut placerent, dixerunt, non eſſe neceſsè communicare ſub unâ, vel ſub utraque ſpeciæ, ſed ſatìs eſſe fidem habere ad percipiendam ſalutem: &, ut Eccleſiæ ritui, decretis, & definitionibus obſtarent, effutierunt, quòd, ſi Concilium definiret communicandum eſſe ſub utraque ſpecie, tunc debere laicos ſub alterâ tantùm communicare, aut utramque reiicere; undè factum eſt, ut eorum multi per decennium, alii etiam per totam vitam à Communione abſtinuerint. Neutrales Miſſam non abhorrent, ut alii Lutherani. Quo ad Communionem ſub utraque ſpecie. R. verbo *Bohemi*. Repr. autem verbo *Antinomi* in eo quod aſſerunt, ſolam fidem ſufficere ad percipiendam ſalutem. De his agit Prateolus.

VIII. Nicetas eunuchus, è Sclavis ortus, à Copronymo ad Conſtantinopolitanum Patriarchium evectus, impius fuit Inconoclaſticæ ſectæ propagator. Ex Baron. anno 766.

Nicodemici, dicti ab Hoſio macilenti Catholici, ab Ædero aulici Chriſtiani, ab aliis Chriſtiani temporales nuncupantur, quia tempori ſerviunt, & tempori in fide ſe accomodant: ſuntque illi ſectarii, qui poſt Lutheranam, & Calvinianam hæreſim, nolunt ore proferre, quod corde credunt, pro veritate loqui non audentes, ne Principum favorem amittant. Hæreticis parcendum aſſerunt, & hæreſim leniter abſtergendam. Volunt religionem ſervare, vel relinquere, pro ut illis expedit. Dicunt inſuper, ferendos omnes cujuſcumque ſectæ, dummodò Apoſtolorum Symbolum conſervent, & rectè de Chriſto doceant, etiamſi in aliis articulis diſſentiant. Inſuper bona Eccleſiæ, ſi feratur occaſio, libenter uſurpant. XVI.

Nicolaitæ. Nicolaitas, ſic eſſe dictos à Nicolao patriâ Antiocheno, uno ex ſeptem primis Diaconis, plures conſentiunt: ſed, quà occaſione id acciderit, diverſæ reperiuntur ſententiæ. Alii namque exiſtimarunt, ab ipſo Nicolao prava eorũ dogmata eſſe excogitata, nempe Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Epiphanius, Hieronymus, & alii complures, aſſerentes ipſum, cum poſt ſuſceptum Diaconatum, ad imitationem eorum (inquit Epiphanius) quos Deo addictos videbat, ab uxore, quam formoſam habebat, ſe continuiſſet, & à concupiſcentia ſuperatus, eam iterùm ſuper induxiſſet, eaque dere argueretur ab Apoſtolis, mox ſordidiſſimam hæreſim excogitaſſe, quà aſſerebat, neceſſarium eſſe ad ſalutem conſequendam, quotidie inquinari luxuriis. Alii verò dixerunt, ſic Nicolaitas ab eo eſſe dictos, ita nempè, ut cum formoſam uxorem haberet, & ab aliquibus exprobraretur, quòd nimio zelo eam cuſtodiret, uxore in medium adducta, permiſerit, cui vellet, nubere; hocque ejus factum, abſolutè quidam ſecuti fuerint, quaſi docuiſſet Nicolaus licere fornicari; cum tamen ipſe Nicolaus nullâ unquàm aliâ, quàm eâ, I.

quæ ei nupſerat, uxore uſus fuerit, & ex ejus liberis, filię conſenuerint virgines, filius etiam permanſerit incorruptus. Ita Clemens Alexandrinus. Eadem recitat, probatque Euſebius, necnon Theodoretus: iiſdemque ſuffragatur antiquiſſimus omniū Ignatius, dum ſemel, atque iterùm ſcribit, ejuſmodi hæreticos falſo nomine dictos eſſe Nicolaitas; idque probabilius eſt; nam & eundem Nicolaum Diaconum, ut virum Fide Catholicâ probatiſſimum, factum ab Apoſtolis Epiſcopū Samaritanorum, Hyppolitus, cujus fertur Liber dę ſeptuaginta duobus Diſcipulis, teſtatur, eique cōſentit Dorotheus in Synopſi. Itaque viguiſſe ſectam Nicolaitarum, certum eſt; quòd hujus ſectę auctor extiterit Nicolaus Diaconus, difficilis eſt probationis. Quantùm ad noſtrum ſpectat inſtitutum, ut quænam eſſent prava dogmata Nicolaitarum cognoſcamus, Ignatius ait, ipſos negaſſe Chriſtum fuiſſe Deum, ſed in eo Deum habitaſſe. Meminitque pariter Irenæus de Nicolaitis, Chriſti Divinitatem negantibus, quos Joannes Euangeliſta, ęquè ac Cerinthianos ſcribendo Euangelium, confutavit; & in eoſdem Judas Apoſtolus ſententias jaculatur, dum eos damnat, qui Jeſum Chriſtum negarent. Subdit Ignatius eos inſuper affirmaſſe illicitos concubitus bonos eſſe, & finem, ac beatitudinem conſtituiſſe in voluptatibus: Irenæus quoque aſſerit Nicolaitas, pręter licentiā in mœchando, nulla habita diſtinctione, Idolothyta, ut Gentes, comedere conſueviſſe. Portentoſa planè iſtos hæreticos ex cogitaſſe commenta, ut aliquo ſaltem quæſito prætextu, impudicè poſſe licitè agi, docerent, Epiphanius refert: additque nova, & hactenus inaudita, ad incutiendum cum admiratione terrorem, adinveniſſe nomina numinum, nempè *Barbello*, *Prunicum*, *Jaldabaoth*, *Chaulauchave*, *Metram*; diviſoſque ab invicem, ex ſingulis dictis nominibus, ſectas ſingulas inſtituiſſe, ſicque arbitror intelligendum, quod Euſebius ait; Nicolaitas ad modicum ſpatium temporis perduraſſe; nimirùm, quòd pertęſi falſi nominis, non amplius Nicolaitas (quòd facilè impoſturę convinci potuiſſent) ſed alio rurſum pulcherrimo quæſito nomine, à ſapientiâ *Gnoſticos* ſe nuncuparunt. Sed cum horum alii, alia ſuper addiderint hęreſum nova monſtra, novis ſunt appellati nominibus, ut nō tantùm *Gnoſtici* dicerentur, ſed & *Phibionitæ*, *Strationes*, *&* *Levitici*; itemque alii *Barboritæ*, qui à cœnoſa turpitudine ſic dicti reperiuntur.

Prava Nicolaitarum dogmata reprobata habentur verbo *Cerinthus*, *Baſilidiani*, & alibi. Hic ſolùm, reprobandum ſupereſt, carnalem coitum, extrà Matrimonialem, eſſe licitum; quia hæc propoſitio directè opponitur ſexto Decalogi præcepto: *Non Mœchaberis*. *Nomine Mœchiæ* (inquit S. Auguſt. lib. 6. quæſtionum in Exodum) *illicitus concubitus, atq; illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus debet intelligi*. Deindè Apoſt. 1. ad Theſſal. 4. ſic legitur: *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, ut abſtineatis vos à fornicatione, ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderii, ſicut & Gentes, quæ ignorant Deum*. Conſtat igitur, omnem concubitum extrà legitimum Matrimonium, illicitum eſſe, quod ſatis probat verecundia, quà naturalitèr unuſquiſque ſuffultus remanet, ſi ab alio in actibus venereis deprehendatur. Undè nàm hæc naturalis verecundia? niſi quia in actibus venereis ineſt turpitudo, quam ſola matrimonialis ſocietas in officium naturę relegat. Omnis autē turpitudo eſt prohibita, ergo etiam omnis actus venereus, pręter ejuſmodi officium, eſt prohibitus.

Nicolaitæ Novi. Anno 1230. XIII.
innotuiſſe in Longobardiâ, & Alemannia hæreticos, qui diù in occulto latuerant, Trithemius aſſerit; & Nicolaitarum turpitudines exercuiſſe, matres, filias, uxores communes habentes; Eccleſiam, & Prælatos con-

temnentes: carnes in Quadrageſima comediſſe, multa alia erronea docuiſſe, & ſcelera perpetraſſe. Primatum verò Mediolani conſtituerunt, eoque ex cæteris Provinciis cenſum annuum mittere conſueverant, habentes ſigna privata, quibus ſe ſe internoſcerent: nihilominus multi ex hâc ſectâ detecti, combuſti fuerunt, undè & plurimas ſeveras leges, his temporibus à Mediolanenſibus, auctoritate Romani Pontificis, in hæreticos promulgatas, in ejus urbis hiſtoriâ, anno 1233. legimus: ipſumque etiam Fridericum, ubi abſolutionem à Pontifice obtinuit, ejuſdem monitu multa contrà eoſdem edixiſſe, Pontificię litterę teſtantur, cum hæc peſtis jam univerſam ferè Italiam infeciſſet.

XIV. Nicolaus Cabasilas. Contrà Nicolaum Cabaſilam egregiè ſcriptis pugnavit Demetrius Cydonius. Porrò Cabaſilas factus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, plura ſcripſit fuligine ſchiſmatis Græci perfuſa, & potiſſimùm duos tractatus contrà primatum Romani Pontificis, quos hęretici exoſculantur. Multi ſunt, qui Nicolaum eundem fuiſſe, ac *Nilum* contendunt: ſiquidem etiam circà hęc tempora, quidam nomine Nilus, Græcus Schiſmaticus, Theſſalonicenſem ſedem occupavit: ſivè autem Cabaſilas, & Nilus iidem ſint, ſivè diverſi fuerint, quoniam hæretici adeò commendant tractatus ſuprà recenſitos, utpotè impugnantes Romanam Sedem, hìc non omittendum, quòd in fine poſterioris tractatus ſic legitur: *Quandiù Papa ordinem ſervaverit, & veritati adhæſerit, à primario, & ſummo Principatu non eſſe amovendum, ſed ut caput Eccleſiæ, & Summum Pontificem, ac Petri ſucceſſorem agnoſcendum, omneſque ei obedire debere*. Ex quibus verbis ſatìs confundentur hæretici, qui tanto patrocinatore gloriantur in impugnatione Romanæ Sedis, quam in priore tractatu eo ſolùm motivo ductus Nilus impugnavit, quia Pontifex diſſidiâ vertentia intèr Græcam, & Romanam Eccleſiam ſua auctoritate judicat, cum in generali Synodo judicanda eſſe Nilus contendat. Sed quàm vana ſit hæc Nili ratio, ex eo ſatìs conſtat, quòd, cum Græcorum inſtabilitas optimè ſit Pontificibus cognita, quotannis Epiſcopi à toto orbe ad Conciliũ eſſent congregandi, ſi ſemper in Conciliis Gręcorum diſſidia deberent componi: quoties enim Romani Pontifices pro componendâ Eccleſiâ Gręcâ cum Latinâ, Epiſcopos univerſos congregaverint, quis vel levitèr in ſacris verſatus hiſtoriis ignorat? Sed vix ſoluto congreſſu, tanto Epiſcoporum incommodo, & diſpendio coacto, experientia comprobavit, Gręcos iterùm ſchiſma feciſſe; itaut pro eorum causâ ſuperfluum ſit congregare Concilium; ſed ſi rectè ſaperent, Concilio opus non eſſe probè noſſent; quando quidem Pontifex per ſe ſolùm poteſt ſufficienter cunctis emergentibus in materia fidei providere; Pontifici enim dixit Chriſtus in perſona Petri: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: Converſus confirma fratres tuos. Tibi dabo claves*. Ex quibus ſatìs conſtat, plenariam in cauſis fidei Summum Pontificem poteſtatem habere.

Dicebat Euchariſtiam omnibus neceſſariam eſſe neceſſitate medii, ſivè parvulis, ſivè adultis ad ſalutem ęternam. Idem ſentiunt Novatores Calviniſtæ. R. Quia ſemper fuit Eccleſiæ fides, ac doctrina, infantes ſtatìm à Baptiſmo ſuſcepto morientes, æterna frui beatitudine: perſuaſum quippè ſemper ei fuit, per Baptiſmum deleri peccatum originale, conferri gratiam ſanctificantem, & jus acquiri ad hæreditatem cæleſtem. Hæc fides Eccleſiæ fundamentum habet in iſtis Chriſti Domini Verbis Joann.3. *Niſi quis renatus fuerit ex aquâ, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei*. Et in doctrinâ Apoſtoli ad Rom.8. *Nihil damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Jeſu*. In quod etiam collimat cap.2. ad Coloſſ. Porrò ex eodẽ Apoſtolo ad Galat.3. *Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. Ergo

infan-

infantes baptizati Chriſtum induerunt, & in ipſo ſunt; nihil ergo damnationis in ſe habent, per quod poſſint à regno cælorum, & vitâ æternâ excludi. Hinc generatìm pronuntiat idë Apoſtolus ad Titum 3. Quòd Chriſtus: *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis*. Deindè, ſi Eccleſia ſemper credidit eos, qui morte præventi, baptizari non poſſunt, & Baptiſmum ſani non neglexerant, ſalutem æternam conſequi propter Baptiſmi deſiderium, quod procedit ex fide per dilectionem operante, à fortiori credendum cum ipsâ eſt, infantes poſt ſuſceptum Baptiſmum, ſinè actuali Euchariſtiæ perceptione, vitam æternam adipiſci. Quandoquidem iſto Sacramento regenerati ad vitam ſunt: pluriſque valere debet regeneratio, quàm illius deſiderium. Cæterùm, ſi exiſtimaſſet Eccleſia Euchariſtiæ Sacramentum medium eſſe abſolutè neceſſarium ad ſalutem, procul dubio ſemper Euchariſtiam, ſimul cum Baptiſmo infantibus adminiſtraſſet: dicendum eſt ergo Eccleſiam nunquàm exiſtimaſſe Sacramentum Euchariſtię omnibus neceſſarium eſſe neceſſitate medii, & hanc illius fidem, conſtans & perpetua traditio Eccleſiæ univerſalis docet. Nam licèt Gręcis in uſu fuerit, & adhuc ſit infantibus baptizatis Euchariſtiam præbere; tamen nunquàm docuerunt, id eſſe neceſſarium. Propterea Concil. Tridentinum traditionem doctrinæ Catholicæ confirmans, ſeſſ. 21. cap. 4. *Docet, parvulos uſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate ad Sacramentalem Euchariſtiæ communionem*; Et hanc rationem ſubjungit: *Siquidem per Baptiſmi lavacrum regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam jam filiorum gratiam illâ ætate amittère non poſſunt*. Et Can. 4. ejuſdem ſectionis ſic deſinit: *Si quis dixerit, parvulis, antequàm ad annos diſcretionis pervenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem: anathema ſit*.

XIV. Nicolaus Calaber, quem Eymericus Aragoniæ inquiſitor igne comburendum Magiſtratui ſeculari tradidit, aſſerere auſus eſt Martinum Gonzalvum, de quo actum ſuo loco, eſſe Dei filium in cælis ab æterno natum, quanquam in terris videretur Patrem, & matrem habere. Inſuper dixit, Gonzalvum nunquàm moriturum, & ad ejus prædicationem univerſum Mundum novam fidem habiturum: in extremo judicio omnes damnatos Gonzalvi precibus ſalvandos: Spiritum ſanctum futuris temporibus in carne aſſumenda naſciturum. Hæc, & alia ſomnia, ſeu magis deliramenta Nicolai, refert Spond. ann. 1359.

2. Dixit, in homine tria eſſe, animam, quam formavit Deus Pater: corpus, quod plaſmavit Filius: Spiritum, quem inſuflavit Spiritus ſanctus. R. Nam operationes ad extrà ſunt à tota Sanctiſſima Trinitate, & conſequenter ab uno & ſolo Deo, ita ut unus, & idem Deus omnium operator ſit, & una & eadem ſit virtus creativa in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, ex quo ſequitur, non poſſe tribui creationem animæ plus Patri, quàm Filio, quàm Spiritui ſancto. Inſuper in homine ſecundùm rei ſubſtantiam, vel entitatem, idem eſt anima, ac ſpiritus: ergo creatio animæ, ſivè ſpiritus, tam eſt à Patre, quàm à Spiritu ſancto.

3. Dixit, dæmones eſſe invocandos. R. Ex ſacra Scriptura, quæ pluribus in locis, dæmonum invocationem exprobat.

Nicolaus Gallus. Vide verbo *Infernales*.

Nicolaus Hemnigius, ex ſectâ Proteſtantium, in explicatione Euangelii feſti Annunciationis, dicit invocationem Sanctorum eſſe uſum Diabolicum. R. verbo *Henriciani*, *Vigilantius*. Ad cap. 6. ultimę ad Cor. improbat jejunium Eccleſiaſticum, tanquàm ſuperſtitionem. R. verbo *Enthuſiaſtæ*, *Aeriani*, *Agapetæ*. XVI.

Nicolaus Methonensis (ex Coccio) Gręcus Schiſmaticus, vixit circà medium ſeculi duodecimi, ſcripſitque librum contrà Latinos, in XI.

quo

quo aſſerit Spiritum ſanctum à ſolo Patre procedere. R. verbo *Græci*.

XV. Nicolaus de Pellissimon, præcipuus Thaboritarum ductor, ac eorundem prætenſus Epiſcopus, conatus eſt ad ſe retrahere Joannem de Perzibram, qui à ſectâ Thaboritarum ad Fidem Catholicam converſus, acerrimè ſcriptis ſuis Thaboritas exagitavit, eorundem impias, & horrendas in Sacroſanctam Euchariſtiam, Eccleſiæ Doctores, & alia Catholicorum dogmata blaſphemias pateſecit, & reprobavit. Ex Spond. ann. 1429.

XVI. Nicolaus Selnecerus, ſectâ Calviniſta, vixit cadente ſeculo 16. & in confutationibus accuſationum, aſſerit Deum verò eſſe paſſum, & mortuum. R. Quia tàm immortalitas, quàm impaſſibilitas eſt coeſſentialis Divinitati, & idem eſt dicere Deum eſſe paſſum, ac mortuum, ac dicere Deum non eſſe Deum. Vide ſuprà verbo *Muſculus*.

XVI. Nicolaus Storchius, dictus *Pelargus*, Cygneę in Zuicavia non ignobili Sileſiæ oppido natus, à pluribus Anabaptiſtarum auctor eſſe creditur: qui videlicet, cum Luthero adhæſiſſet, ejus poſteà doctrinæ pertęſus, dum ille apud Wartpurgum deliteſceret, ſocios ſibi Wittembergę elegerit Caroloſtadium, Melanchthonem, Didymum, Weſtembergium, alioſque non indoctos viros, inſolitis revelationibus, & futurorum præſagiis ementitis: id præcipuè docens, ut omnia ſcripta tam ſacra, quàm profana abolerentur; quippè quæ magis (ut dicebat) ad ſalutem nocerent, quàm prodeſſent; ſatiſque eſſe eo impunè labi, quo ſpiritus, & interni motus raperent. Hujuſmodi Enthuſiaſtas, cum Lutherus è ſuo receſſu Witembergã rediens expuliſſet, Storchius incertis ſedibus per Thuringiam vagans, miramque ſanctitatem præſeferens, duxit, quapropter apud ſtolidos ruſticos fide adinventâ, de ſecretis Divinis, ſibi per Michaelem Archangelum revelatis, gloriabundus, cæpit etiam perſuadere ſuis ſectatoribus, ut repudiatis Pontificũ, ipſiuſque imprimis Lutheri documentis, qui longè deteriorem tyrannidem, quàm Pontifex induceret, ea, quæ ipſe eis pateſacturus eſſet, amplecterentur. Ipſis inſinuans, ut rebus mundanis renunciatis, mentem, oculoſque ad Deum elevarent, ſeque rebaptizandos ſinè morâ ſubmitterent; tum demùm unanimiter in eos irruerent, qui huic doctrinæ contradicerent, Magiſtratus etiam, ac Principes, tyrannorum inſtar, qui nullum in electos Dei imperium habeant (cum natura omnes liberos, & fratres genuerit, nec gravari ab aliquibus patiatur, ſed omnia ſingulis voluerit eſſe communia) igne, ferroque ad internecionem delerent: Epiſcopos & Paſtores vel trucidarent, vel finibus ſuis eiicerent; bona eorum invaderent, Monaſteria diruerent, & abuſus (ut ille jactabat) omnes penitùs peſſum darent. Hanc Patris ſupremi voluntatem eſſe, cui mortalium nulli refragari liceat. Hæc omnia ſcelera, quæ tanquàm ſecreta divinitùs ſibi inſpirata myſteria magnificabat, non paucis ſacræ Scripturæ teſtimoniis detortis, ac mutilatis, perperamque acceptis confirmabat. Interim cum Storchius à clade Franchenchuſiana ſe ſe clam in Sileſiam eripuiſſet, miram rerum mutationem brevi temporis ſpatio induxit, plebem in Clerum, & Magiſtratum concitando, eoſque omnes amovendo, qui vel novis dogmatibus averſabantur, vel obſiſtebant. Indè in Bavariam profugiens, reliquum vitæ tempus in magnis ęrumnis confecit. Monachii demùm intèr inopes, & calamitoſos nulli cognitus, graviſſimo morbi genere correptus deceſſit, quę omnia refert Spond. anno 1525. Storchii errores verbo *Anabaptiſtæ* reprobantur.

Nicolaus de Ultricuria, renovavit hoc anno publicè Pariſiis ſexaginta articulos de rebus Philoſophicis, & Theologicis, quos in aliquibus manuſcriptis propoſuerat, qui primùm tamquàm falſi, & hæretici à Sede Apoſtolicâ damnati jam fuerant. XIV.

rant. Libelli, in quibus præfati articuli continebantur, igni traditi fuerunt. Ex Spond. ann. 1348.

III. NOETIANI, à Noeto Smyrnenſi, ut vult Theodoretus, vel Epheſino, ut ſcribit Epiphanius, nuncupantur: vixit circà medium ſeculi tertii, & in tantam ſuperbiam eſt elatus, ut ſe Moyſen eſſe diceret, & fratrem ſuum Aaronem, vel, ut ſcribit Philaſtrius gloriam eſſe aſſereret. Fuit præceptor Sabellii, undè Sabelliani, & Noetiani iidẽ eſſe perhibentur. Propter ſuam hæreſim ab Eccleſiâ, unâ cum fratre ejectus, paulò poſt ità miſerrimè moritur, ut inventus non fuerit, qui Noetum ſepelire voluerit. Ejus errores verbo *Sabelliani* reprobantur.

XIV. NONORANTES. Ex ipſo nomine conſtat, qualis ſit hujuſmodi hæreticorum character, qui nunquàm proferunt orationem aliquam vocalem. Abundare in Angliâ hujuſmodi hæreticos, ſcribit Philopater. De utilitate orationis, dictum eſt contrà *Celeſtianos*. Emerſerunt ſeculo 16. cum Anglia omnium penè hæreſum ſentina facta eſt, ex quo ab unitate Catholicæ fidei recedens, Proteſtantium pſeudo doctrinæ publicè aditum reſeravit.

III. NOVATUS, incertæ Eccleſiæ in Africâ Epiſcopus, ſivè ut placet S. Cypriano, ſimplex Presbyter Carthaginenſis, homo perfidus, ſuperbus, bonorum Eccleſiaſticorum raptor, & ſordidè avarus, ut neque Patri ſuo in extremâ neceſſitate conſtituto ſubvenire voluerit. A' Sancto Cypriano compulſus, ut criminis, quo accuſabatur, cauſam diceret, S. Cypriani juſtum judicium, & tribunal declinaturus, Feliciſſimo Presbytero Carthaginenſi, qui in S. Cypriani Epiſcopatum injuſtè contendebat, adhæſit, & Feliciſſimi ſchiſma promovere ſtuduit. Cum Novatus ſemper novitatum, & præcipuè ſeditionum eſſet amantiſſimus, anno 251. Romam ſe contulit, ut ibidem æquè diſcordias conflaret, quod & præſtitit; ſiquidem ibi ſchiſma Novatiani contrà S. Cornelium legitimum Pontificem promovit, fuitque primus, qui in Eccleſiâ Romanâ ſchiſma conflaret. Movente interim Decio in Catholicos perſecutione, cum de Cypriani judicio non ampliùs timeret Novatus, Africam revertitur, ubi incognitus deceſſit. Ex S. Cypriano Ep. 46. & 47.

NOVATIANUS, de quo verbo III.
Novatus mentio facta, ille eſt, quem Novatus Romæ Pſeudo-Pontificem ordinari curavit contrà S. Cornelium. Erat Novatianus Presbyter Romanus, & cum ex dicendi peritiâ magnum ſibi faſtum comparaſſet, ſupremam Eccleſiæ dignitatem ambiens, invidiâ agitatur in Sanctum Cornelium, cum eundem intellexiſſet à Clero Romano legitimè electum in Summum Pontificem. Intèr hæc tempora accedente Romam Novato, qui jam in Africâ ſchiſma conflaverat, novum ſchiſma Novatus Romæ promovit. Initâ enim cum Novatiano amicitiâ, eundem à tribus incognitis Epiſcopis Pſeudo-Pontificem ordinari curavit. Novatianus Pſeudo-Pontifex factus, ad ſchiſma etiam addidit hæreſim. Interim non omittendum, quod de Novatiano narratur, ut meliùs de illegitimâ ejus ordinatione conſtet legentibus. De Novatiano ſiquidem fertur, quòd Baptiſma non niſi in mortis articulo gravi morbo oppreſſus ſuſceperit, neque poſt recuperatam ſalutem, ſibi ceremonias Eccleſiæ miniſtrari curaverit: Sacramentum confirmationis contemnens, illud nunquàm ſuſcepit. Novatiani ſectatores tam in ſchiſmate, quàm in hæreſi *Cathari*, ſcilicèt puri & mundi etiam nuncupari voluerunt, qui ſuam doctrinam puriorem eſſe Apoſtolicâ gloriabantur, proindè ut puritatem oſtentarent, candidis ſe veſtibus induebant. Ex S. Cypriano.

1. Spem ſalutis peccatoribus penitùs adimebat Novatianus, aſſerens ſemel mortalitèr lapſos, non ampliùs recipi poſſe ad pœnitentiam: quo impio errore multos ad deſperationem

ade-

adegit; ex quo aſſerto ſactus eſt hæreſis princeps; primus enim fuit, qui Dei miſericordiam peccatoribus reſipiſcentibus negaverit. R. Ex Conc. Romano celebrato in hac cauſâ ſub Cornelio Papa. Item ex Niceno primo, in quo de Novatianis fit mentio: & certè, ſi lapſi non poſſent ampliùs recipi, nimiùm detraheretur Dei miſericordiæ, qui tamen dicit: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat*. David de remiſſione peccatorum dixit: *Tu remiſiſti impietatem peccati mei*. Ergo ſi Deus peccatoribus peccata remittit, lapſi iterùm ſunt recipiendi. Tum quia Chriſtus antequàm ad cælos aſcenderet, dedit Apoſtolis auctoritatem dimittendi peccata, Joan.20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Sed hoc foret ſupervacaneum, ſi peccatores non ampliùs eſſent recipiendi ab Eccleſiâ. Nec valet dicere cum Novatianis, ſolùm Baptiſma tollere peccata, ideoque lapſos poſt Baptiſmum non ampliùs eſſe recipiendos; nam plura documenta habemus in ſacris paginis, ex quibus conſtat, Apoſtolos etiam recepiſſe lapſos poſt Baptiſmum: quare S. Petrus hortabatur Simonem Magum ad pœnitentiam, ut patet ex cap.8. Act.verſ.22. Tum quia ſi lapſis poſt Baptiſmum non eſſet locus pœnitentię, peccatores adducerentur in deſperationem, cum tamen de remiſſione peccatorum à Deo ſacta pœnitentibus, plura conſtent exempla in ſacris paginis, ubi peccatores ad pœnitentiam excitantur, & Chriſtus nos docuerit orare: *Dimitte nobis debita noſtra*. Uſus eſt auctoritate peccata remittendi S. Paulus, qui ſecundâ ad Cor.2. Inceſtuoſum, quem ſatanę tradiderat in carnis interitum, poſt duram pœnitentiam, benignè ſuſcepit, & Eccleſię reſtituit. Undè S. Ambroſius lib.1. de Pœnitentiâ, cap.7. factum hoc Divi Pauli contrà Novatianos ſic urget: *Jus ſibi vendicavit Paulus acceptum, non uſurpavit indebitum*. Eadem auctoritate dimittendi peccata uſus eſt S. Joannes erga Juvenem illum, quem è perditiſſimâ vitâ, quam intèr latrones, quorum dux ſactus erat, ducebat, revocatum, ac pœnitentiæ lacrimis purgatum, Eccleſiæ reddidit. Hanc hiſtoriam ex Clemente Alexandrino referunt Euſebius lib.3. hiſt. cap. 23. S. Chryſoſtomus lib.1. ad Theodorum lapſum, cap.11. Baronius ad annum 98. Porrò in præſatis teſtimoniis nulla fit peccatorum levium aut graviorum diſcretio, ſed omnia pariter clavibus Eccleſiæ ſubiiciuntur.

2. Lapſis poſt Baptiſmum pœnitentiam eſſe infructuoſam aſſerebant, quia credebant irremiſſibile eſſe omne peccatum. Hic error à præcedente vix differt. R. In ſacris paginis exhibetur conſilium mortificationis, & pœnitentiæ; legimus enim: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam*. Ergo pœnitentia non eſt infructuoſa, ſed ſalutiſera. Apoſtolus ad Coloſſenſes cap.3. verſ.5. hortatur ad mortificationem: *Mortificate membra veſtra*, quod non feciſſet, ſi eſſet infructuoſa. Proprio exemplo, pœnitentiæ meritum commendarunt tot ſancti viri, & mulieres, qui in pœnitentia voluntaria, & áſpera quaſi totum vitæ ſuæ tempus conſumpſerunt, quod non feciſſent, ſi non ſperaſſent copioſam à Deo retributionem propter pœnitentiam aſſumptam. Deus clamat ad peccatores: *Convertimini ad me in toto corde veſtro*, quod eſſet ſuperfluum, ſi peccata eſſent irremiſſibilia. Tum quia remittebantur peccata in lege ſcripta pœnitentibus: ergo à fortiori remitti debent in lege gratiæ; cæterùm gravior eſſet lex gratiæ, quàm lex Moſaica; propterea S. Joannes Baptiſta ad Euangelicam legem viam parans, prædicabat: *Facite fructus dignos pœnitentiæ*.

3. Contempſerunt Novatiani Confirmationis Sacramentum. R. Nam Confirmationem eſſe Sacramentum conſtat ex ſacra Scriptura Act.19. 5. *His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu. Et cum impoſuiſſet illis*

marus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos 2.ad Corinth. 1. *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui unxit nos Deus, qui & ſignavit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*. Item Act.8. ad Epheſ.4. prima Joan. 2. Videri pariter poſſunt centum ſexaginta quatuor auctoritates Conciliorum, & Patrum, quas lib.5. de Confirmatione, art.2. Coccius congregat, inter quas adducit S. Bernardum, qui expreſsè vocat Confirmationem,Sacramentum,in vita S.Malachię, cap. 3. *Malachias Sacramentum Confirmationis &c.* Plures autem ex dictis auctoritatibus, non modò expreſsè dicunt Confirmationem eſſe Sacramentum, ſed etiam ejus materiam remotam eſſe oleum cum balſamo, proximam verò,unctionem ab Epiſcopo factam. De oleo, & unctione mentionem etiam facit Doctor Mellifluus in vita S. Malachiæ cap. 4. *Puerum mente captum ex his, quos lunaticos vocant, inter confirmandum ſacra unctione ſanavit*. Vide verbo *Græci*.

4. Negabant ſecundas nuptias eſſe licitas. R. verbo *Græci*.

5. Baptizatos in Eccleſiâ Catholica iterum Novatiani rebaptizabant. R.Verbo *Heteronaptiſtæ*, *& Agrippiniani*.

III. Novationenses, de quibus agit S. Ambr. lib. de pœnit. cap. 3. fuerunt Novatiani non in toto, ſed tantùm in parte aliqui ſectatores, qui magiſtri ſui dogma de irremiſſibilitate peccati temperarunt, aſſerentes non quidem gravioribus, ſed tantùm levioribus criminibus poſſe veniam impertiri,contra quos recurrunt argumenta contra Novatianos ſacta. Latè diffuſa eſt hæc hæreſis, quæ patrocinio Marciani Epiſcopi Arelatenſis,etiam in Gallias ſibi aditum reſeravit.

Novatores. Sic nuncupantur hodierni hæretici tam Claviniani, quàm Lutherani, qui omnes Eccleſiaſticos ritus, imò & penè omnia dogmata fidei innovant, abolent, confundunt, pro ut magis ipſis arridet. Notiſſima autem eſt latina phraſis, qua hujuſmodi inquieti animi homines, turbarum excitatores, ſtatuſque rerum everſores *res novare* dicuntur, ſive *novandi* res animo regi. Poſſent etiam rectè *Novatores* nuncupari,vel ex eo quòd ferè omnes antiquas hæreſes renovant. XIV.

Nudipedes. Sunt quidam Antilutherani,ſeu Anabaptiſtæ,qui cum in Moravia ſe Apoſtolorum imitatores oſtentare vellent, omnia reliquerunt, & per agros vagantes, nudis pedibus incedebant, pecuniam non contrectantes, à cõmuni uſu ciborum abhorrebant, undè etiam ſpirituales, & ſeparati ſunt dicti. Ex Lindano. Vide verbo *Diſcalceati*, *Gimnopodæ*. XVI.

Nyctages. Quo tempore emerſerit hæc hæreſis, incertum eſt, ſed cum de his hereticis mentionem faciat S. Iſidorus, qui floruit currente ſeptimo ſeculo, probabile eſt eo tempore excitatam hanc hæreſim. Nuncupati ſunt *Nyctages* à ſomno, eo quòd vigilias noctis reſpuebant, ſuperſtitionem eſſe dicentes nocte vigilare, quandoquidem noctem à natura ſomno, & quieti eſſe conceſſam cauſantes, ei nullatenus reluctandum aſſerebant. Hos hereticos redarguit David, dicens; *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*. Item, de vigiliis in nocte exercendis ad Dei laudem, ad mortificationem corporis, agunt fermè omnes SS. PP. VII.

Ode-

O

XVI. ODetus Castillionæus, Epiſcopus Bellovacenſis, Hugoniſtarum fautor, unâ cũ fratribus ſuis Cœnam celebravit ſub utraque ſpecie; ex quo facta eſt contra eum tumultuatio: Sed nihilominus potentiâ ſuâ, ſuorumque fratrum, qui erant in aulâ Regis Galliæ nobilitatis ſanguine, & inſignium dignitatum excellentiâ conſpicui fretus, hæreſim Calvinianam in Galliâ totis viribus ſtabilire curavit. A Pio IV. damnatus privatione dignitatis, & beneficiorum, in contumeliam Pontificis uxorem duxit, & in Angliam aufugiens, Hugoniſtarum ibidem, quoad vixit, negotia geſſit. Ex Spond. ann. 1533.

Odiani. Vide *Audæus*.

XVI. Ollarii, ſunt ſectâ Anti-Lutherani, ab olla cullinariâ ſic dicti, quia ſeſe invicem non ſolent inviſere, niſi menſâ lautè inſtructâ. Ex Prateolo.

VI. Ollypius Carthaginenſis Epiſcopus, Arianæ hæreſis propugnator, vixit circa initium ſeculi ſexti; cum aliquando in balneis SS. Trinitatem blaſphemaſſet, triplici flumine ab Angelo viſibiliter percuſſus interiit, ejuſque cadaver penitùs exuſtum fuit. Ex Baron.

Oliverius. Vide *Albigenſes*.

XI. Ophitae. Ophitarum auctor creditur quidam Euphrates currente ſeculo ſecundo. Dicti ſunt Ophitæ, quia ſerpentem, qui Grecè *Ophis* nominatur, quemque alebant in cavernâ, adorabant. Cenſet D. Auguſtinus, hanc ſerpentis adorationem ortum habuiſſe à Gnoſticis, vel Nicolaitis, ſerpentem, qui Evam decepit, Chriſtum eſſe aſſerentes, qui in forma ſerpentis apparuerit: per eundem immiſſam fuiſſe ſapientiam, & cognitionem hominibus ſomniarunt. Per incantationem cujuſdam Sacerdotis magicis artibus dediti, egrediebatur è ſpelunca ſerpens ad libandum oblata, & ea, quæ ex oblatis ſupererant invicem diſtribuentes, Euchariſtiam eſſe blaterabant, utpotè cibos à Chriſto ſanctificatos. Aliqui ex Ophitis aſſerere auſi ſunt, Chriſtum in ſpeciem ſerpentis traſmutatum. Fuit quidam nomine Alexander, Magus, ſub Antonino Imperatore, ex ſchola Thianæi, qui ſerpentem palàm adorandum expoſuit, Æſculapium eſſe fingens; undè ob reſponſa, quæ ab ipſo Alexandro conficta, ſerpentem dare arbitrabantur homines nimis faciles ad credendum, ingentem pecuniam ferè ab univerſo Orbe præſtigiator cumulavit, quam per modum oblationis ad illum ſerpentem undequaque curioſi mittebant, ut reſponſa, & vaticinia reciperent. Ex Origen. contrà Celſum.

Opinatores. Vide *Docitæ*, qui XI.
dicti ſunt etiam Opinatores, eo quòd aſſererent, Chriſtum ſumpſiſſe corpus phantaſticum, nec verum, ſed ſola viſione, & apparitione fuiſſe myſterium Incarnationis. R. verbo *Albanenſes*. De his hæreticis agit Clemens Alexand. Strom. lib. 3.

Opinatores alii. Quidam Hu- XVI.
goniſtæ in Gallia circa annum 1562. nihil niſi cædes, & exitia Eccleſiarum meditantes, dicti ſunt Opinatores, quia fidem Chriſtianam nihil aliud, quàm opinionem eſſe aſſerebant. R. verbo *Felicianus*.

Opinionistae. In Italia, in Poli XVI.
oppido in Æquicolis poſito, fuerunt heretici, quorum primates, unâ cum ſex fœminis comprehenſi, ad Paulum Secundum Pontificem ducti fuerunt, cognitoque eorum errore, condigna pœnâ mulctati ſunt, ſic dicti ex erronea opinione, quam habebant: nullum verum Chriſti Vicarium eſſe eorum, qui poſt S. Petrum extiterunt, niſi qui Chriſti paupertatem imitarentur. Ex Spond. ann. 1467.

Optatus, vixit cadente ſe- IV.

culo quarto: fuit Epiſcopus Donatiſtarum in Africa, & adhęrens Gildoni Tyranno, per decennium Eccleſiam afflictavit, quod deplorat S. Auguſt. lib. contra literas Petiliani.

XI. Orbitenses, ſectâ Waldenſium, qui de articulis fidei interrogati, omnes confitentur, ſed myſticè intelligunt. Trinitatem fuiſſe negant ante Nativitatem Chriſti, & ajunt, tunc primum Deum habuiſſe Filium, ſcilicet Jeſum, natum ex ſemine Joſeph, quem B. Virgo in ſectam ipſorum traxit, qua ratione filius Dei factus eſt: ipſo verò prædicante, acceſſiſſe tertiam perſonam S. Petrum, quem dicunt eſſe Spiritum Sanctum. De his agit Reinerus.

2. Mundum dicunt eſſe ab æterno.

3. Negant Reſurrectionem corporum, & immortalitatem animę.

4. Tunc futurum judicium ſupremum, cum Papa, & Imperator ad eorum ſectam accedet.

5. De Chriſti myſteriis, Paſſione, & Reſurrectione, nihil credunt.

6. Baptiſmum tantum valere, quantum valent merita baptizantis.

7. Judæos in ſua ſecta ſalvari.

8. Corpus Chriſti purum eſſe panem.

9. Matrimonium licitum eſſe, ſi conjugati continenter vivant, cæterum copulam carnalem malam eſſe.

XI. Ordibarii (ex Reinero) pariter ex ſecta Waldenſium progeniti, aſſerunt Mundum non habere principium, contrà illud Geneſis: *In principio creàvit Deus Cœlum, & Terram.* Eum errorem antiquitùs tenuere Philoſophi multi cum Ariſtotele, putantes Deum ab æterno Mundum produxiſſe, & conſervare. Poſt Euangelium autem profligata à Patribus fuit humana illa opinio, quam contra verbum Dei hæretici iſti ſuſcitarunt.

2. Chriſtum filium Joſeph, & Marię eſſe peccatorem, qui Ordibariorum ſectam inſtaurando, ſalvus factus eſt.

3. Chriſtum non fuiſſe paſſum.

4. Patrem eſſe in Divinis, qui primò Ordibariorum ſectam intraret: Filium, qui ejus prędicatione ad ſectam adduceretur: Spiritum Sanctũ, qui in ipſorum ſectâ eſſet perfectus.

Tam Ordibenſium, quam Ordibariorum hæreticales inſaniæ, & blaſphemiæ, vel jam ſub aliis hæreticis in hoc opere confutatę inveniuntur, vel adeò ſunt inſulſę, ut ſuperfluum ſit in earundem confutatione tempus inſumere.

Orebitae. Emerſit anno 1420. XV.
Orebitarum ſectâ, ſic dicta à Monte Oreb, in quo legem à Deo Moyſes acceperat; quæ ſecta Thaboritarum errores, & impietates adversùs Chriſtianos, maximè Sacerdotes, ęmulari viſa eſt. Contra hos hæreticos nominatim Martinus V. Crucem decrevit: & non niſi poſt plures annos, & multas cędes potuit extirpari; Orebitæ enim armis muniti, in montibus Bohemiæ fortiter dimicabant, ubi quidam ex ipſis, nomine Joannes Roatius, Caſtellum ædificavit, vocavitque Montem Syon, aſſerens, ex eo loco veritatem aliquando exituram, quæ gentem Bohemicam libertate donaret. Ex Spond.

Orphani. Huſſitarum hęreſis in XV.
tres Sectas diviſa fuit, quarum una fuit Pragenſium, alia Thaboritarum, tertia Orphanorum, qui Ducem habuerunt quendam, nomine Procopium Razum; eo mortuo, quaſi ſinè Patre orphani voluerunt nuncupari. Moraviam, vicinaſque regiones diſſipantes, ęquè in Catholicos, & in res ſacras fuerunt inſenſi: eorum errores verbo Huſſitæ reprobantur. Ex hiſt. Huſſit.

Origeniani. Non eſt celebrem III.
hiſtoricum Eccleſiaſticum, vel de Sanctorum Patrum doctrinâ differentem invenire, qui de Origene mentionem ſatis prolixam non fecerit; de Origene inquam, dicto *Adamantio*, patriâ Alexandrino, qui S. Leonidem Martyrem patrem habuit, anno 185. genitus. Ob ingenii felicitatem patri admodum carus, Clementem Alexandrinum præceptorem ſortitus,

ſum-

Digitized by Google

ſummo martyrii deſiderio in juvenili adhuc ętate, qui patri ſuo hortator extitit, ut ad martyrium fortiter properaret. In odium patris martyrio laureati, à perſecutoribus, omnibus fortunæ bonis ſpoliatus, cujuſdam matronæ nobilis ſubſidiis ſuſtentatus, publicè ſacram Scripturam Alexandriæ explanavit, accitis ibi ad eundem audiendum magni nominis auditoribus, inter quos Gregorius Thaumaturgus recenſetur. Decimum octavum ætatis annum agebat tunc Origenes; qui poſtmodùm Romam profectus ad Zephirinum Papam, Mammeam Alexandri Imperatoris matrem in fide inſtruxit, & Beryllum hæreſiarcam, ad fidem reduxit. Alexandriam reverſus, plures etiam hæreticos ad ſanam frugem redegit; Quapropter ab hæreticis ſæpè quęſitus ad necem, interim ab Alexandro Jeroſolymitano Epiſcopo ad Sacerdotium promotus, Tyrum ſe contulit, & hinc Romam ad Fabianum Papam iterum remeavit, ut ſe à notâ hęreſis purgaret, emiſſa fidei confeſſione. Perſequente interim Decio Eccleſias, magnos labores, & tormenta conſtanter paſſus eſt; quidquid aliqui ſentiant, in perſecutione Idolis incenſum tribuiſſe, tormentorum timore perterritum. Legendi hac de re celebres ſcriptores, qui in Origenis defenſionem, apologeticon promulgarunt. Videatur Sirmundus lib. 1. de hæreſibus, hęreſi 45. inſuper Picus Mirandulanus, qui eruditè in Origenis gratiam elaboravit. Tyrii mortem opetiit, cum plura opera ſcripſiſſet, ſumma eruditione referta, ætatis annorum 69. anno Domini 254. Certum eſt Origeniſtarum doctrinam eſſe hæreticam, & ut talem damnatam in Synodo Alexandrina à Theophilacto ejus Civitatis Epiſcopo: item Romę confixam ab Anaſtaſio Papa, & tam in Oriente, quàm in Occidente pluribus in Synodis reprobatam, & ſanctionem Imperatorum, de Sectatoribus Origenis pellendis, ſecutam eſſe Epiſcoporum judicium. An autem Origenes damnatus cum ſuâ doctrina, à quo *Origeniſtæ*, fuerit Origenes Adamantius, revocatum eſt ab aliquibus in dubium; alius enim fuit nomine *Origenes*, hęreticus, multique cenſent confuſo nomine, etiam confuſam eſſe doctrinam, itaut impia Origenis hęretici dogmata, cum ſcriptis Origenis Adamantii, per calumniam hæreticorum fuerint inſerta. Plures fuiſſe Origenes aſſerunt Auguſtinus de hæreſi cap. 23. & Epiphanius hæreſi 63. Certè, ubicunque in operibus Origenis de aliqua hæreſi agitur, ſtylus ipſe videtur valdè diverſus à facundiâ, quá enituit Origenes. Quæ hactenus dixi in gratiam Origenis, valdè roborat Gregorius Abulphaſagius, Orientis Maphrianus, ſeu Primas, clariſſimus hiſtoriæ Eccleſiaſticę ſcriptor, ab erroribus Origenem accerrimè vindicans, par. 2. hiſt. Eccleſ. Syriacę, quæ extat in Bibliot. Vaticana his verbis: *At Demetrius Alexandriæ Epiſcopus, perſpecta ſummâ laude, atque exiſtimatione, quam apud omnes ſibi conciliaverat Origenes, invidia eum habuit, falsò ei adſcribens translationem animarum de uno corpore ad aliud, cæteroſque errores, quâ de cauſa eum Alexandria expulit, hæreſiarchæ nomine ipſi impoſito, quod ad noſtram uſque ætatem invaluit, occaſionemque expoſitoribus præbuit, ut nomen illius delerent, ejuſque ſcripta alterantes, nomine proprio conſcriberent: Præ cæteris verò ejus adverſarius, fuit omnium infenſiſſimus Porphirius*. Et hæc in eorum gratiam ſcripſi, qui brevem de Origine Apologeticon poſſent deſiderare. Cæterùm, cum plures SS. Patres Origenis doctrinam in pluribus capitibus damnaverint, Origenis, inquàm, Adamantii, cum idem fuerit Eccleſię in pluribus Conciliis congregatæ judicium, non niſi temeritatis notam incurrere poſſe videtur, quisquis ab omni prorsùs labe hæreticali Origenem vindicare enititur. Uberiora qui in hâc causâ argumenta deſiderat, Natalem Alexandrum conſulat, qui tomo tertio ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticę, prolixè

ſatis

ſatis hanc materiam digeſſit. Potiores Origeniſtarum errores ſunt ſequentes.

1. Filium in Divinis non eſſe natum, ſed factum; eſſe Patre minorem, & inferiorem; comparatum Patri, non eſſe veritatem; Spiritum ſanctum eſſe Patre inferiorem: Indè hæreſes ſuas hauſerunt Arius, & Macedon. R. ubi Divinitas tam Filii, quam Spiritus ſancti aſſeritur.

2. Animas hominum ante corpora creatas fuiſſe, & cœleſtes fuiſſe virtutes, quæ ob peccatum in animas converſæ ſunt, & in corpora velut in carceres ſupplicii causâ immiſſas fuiſſe. Hunc errorem hauſit abſq; dubio Origenes ex Platonicorũ commentis, quæ illuſtrare conatus eſt Macrobius *in ſomnium Scipionis*. Fatendum tamen eſt Origenis tempore, veritatem de animę origine in tantam nondum proceſſiſſe claritatem, quantam ex fidei principiis deductam habet Eccleſia. Undè aliqui ex antiquis Patribus, circà animę humanæ principium dubitarunt, licèt Origenis errorem, ut contrarium Chriſtianę doctrinę reiiecerint, & immortalitatem omnes noverint, & fideliter crediderint. Nos autem de animæ immortalitate egimus verbo *Arabes*, *Gregorius Pauli*. R. ex iis, quæ dicta ſunt verbo *Flagellantes*, *Heretici de Barulo*. Tum quia, ſi animę ante corpora creatę fuiſſent, & peccaſſent, deberent recordari de iis, quæ agebant, antequàm infunderentur corpori, maximè quòd peccari non poteſt, niſi peccans plenam habeat cognitionem: Sed nemo eſt, qui recordetur quid fecerit, aut in quo peccaverit, antequàm anima uniretur corpori. Nec valet dicere cum Ethnicis, quòd immerſa corporibus in omnimodam oblivionem devenit; quia ſpiritualis ſubſtantia, actuali perfectione intellectivæ potentiæ donata, non poteſt corporali ligamento impediri, nè in actus intelligendi prorumpat, at multò minùs recolendi, quæ apud ſe habet, ut ſunt præteritorum repræſentationes. Tum quia animam noſtram non peccare, antequam informet corpus, expreſsè aſſerit D. Paulus ad Rom. cap. 9. verſ. 11. ubi differens de Jacob, & Eſau hæc habet: *Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia major ſerviet minori.* Tum quia nullibi Scriptura mentionem facit, quòd animæ extiterint, aut peccaverint, antequàm infunderentur corpori; Certum enim ſecundum fidem, eſt primum peccatum cujuſcumq; animæ, eſſe totius naturę, id eſt, originale. R. Inſuper (aſſerendo contrà Origenem falſam, & erroneam eſſe animarum præexiſtentiam, quam tenuit Origenes) ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ubi definitur. Animam verè eſſe corporis formam, quæ ante ipſum producta non fuit. Conſtat ex hiſtoria Geneſ. Deum, poſtquàm Adamo corpus ex limo terræ formavit, ſtatim inſpiraſſe ſpiraculum vitæ, nec ullibi legimus iſtam animarum præexiſtentiam, ac præviam creationem, quam cum Platonicis tenuit Origenes.

Hunc Origenis errorem refellunt etiam ex profeſſo S. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. cap. 9., & Juſtinianus Imperator prolixo tractatu ad Mennam Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui extat in Appendice ad quintam Synodum.

3. Animam Chriſti præextitiſſe Deo, Verbo unitam antè incarnationem. R. ex iis, quę ſupra dicta ſunt. Tùm quia unionem hypoſtaticam Divini Verbi cum humanitate, factam eſſe in inſtanti generationis Chriſti, conſtat ex Euangelio Joannis, ubi de generatione æternâ Verbi primò diſſerit: deindè de generatione in tempore, facta loquitur his verbis: *Et Verbum Caro factum eſt*.

4. Sentit Chriſti paſſionem dœmonibus profuturam, itaùt dœmoniorum, & hominum impiorum ſupplicia finem habitura propugnaverit. R. verbo *Ægidius*.

5. Felicitatis cæleſtis tempus eſſe circumſcriptum, itaùt animæ rurſus à virtute in vitium poſſint deflectere

ſtere, & iterum debeant corpora informare. R. ex pluribus Scripturæ teſtimoniis, ex quibus conſtat Deum promittere beatitudinem æternam animabus juſtis; de cujus eſſentiâ (ſcilicèt beatitudinis) eſt, quòd ſit æterna; beatitudo enim excludit omnem timorem amittendæ conſolationis: ſed talis timor eſſet in animabus beatis, ſi poſſent peccare, & amittere beatitudinem: Ergo non eſſent beatæ. Inſuper Math. 25. legitur: *Juſti autem ibunt in vitam æternam*.

6. De reſurrectione corporum non benè ſentiunt Origeniſtæ: Ignem inferni nihil aliud eſſe arbitrabantur, quàm ſtimulum conſcientiæ: Aſtra eſſe animata, & Deum cognoſcere, peccare poſſe, & judicari debere: Dei potentiam eſſe circumſcriptam: perpetuam Mundorum propagationem admittunt: Pelagianis, & Semipelagianis in materia gratiæ viam ſternunt. R. Quo ad ultimum verbo *Pelagius*. Quo ad alia, facilè à quocumque in fidei articulis leviter inſtructo poſſunt reprobari. Talis demùm doctrina Origenis fuit, ut meritò de illo dicatur: *Ubi benè, nemo melius; ubi malè, nemo pejus*. Ideò multæ ejus ſententiæ, & ſacrarum literarum expoſitiones in veneratione habentur, quippè quæ Catholicam veritatem illuſtrant.

III. Origeniani Turpes. Turpium Origeniſtarum hæreſis ortum habuit à quodam Origene Syro, qui vixit temporibus Origenis Adamantii, & adeò turpia docuit, ut vel nefas ſit ea reſcribere. Etiam quæ de Paradiſo ſcripta ſunt, non niſi allegoricè intelligenda voluerunt Origeniani. Ex Sirmondo.

XVI. Osiandrini, ab Andrea Oſiandro, natione Bavaro ortû habuerunt, qui cognomen familiæ ſuæ, quod erat Hoſen, in Oſiandrum mutavit. Patre Fabriferrario genitus anno 1508. primùm Wittembergæ, deindè Norimbergæ ſcientiis applicuit, & intèr primarios, qui Lutheri doctrinam propagaverint, recenſetur. Genio elatus, & impetuoſus, ipſi Luthero ſe exoſum reddidit; quapropter Norimbergâ expulſus, in Pruſſiâ ſe recepit, ubi à Duce Alberto benignè acceptus, miniſter Proteſtantium conſtitutus, ſuos circà juſtificationem errores evomuit. Statim contrà Oſiandrum conclamarunt præcipui Lutherani, potiſſimùm Schulſſelburgius, qui Oſiandrum confutavit. Damnatus etiam à *Melanchtone*, *Pomerano*, *Forſtero*, aliiſque Lutheranis. Oſiander, qui ſe alterum Henoch eſſe dictitabat, communitèr etiam ab hæreticis Antichriſtus, hæreticus, Judæus, niger diabolus, draco nefarius, ſceleratus, & Chriſti hoſtis vocabatur. Miſerrimè extinctus anno 1552. nihilominùs morte Oſiandri, ſecta ejus non eſt extincta, quam *Joannes Funcius* ejus gener tuendam ſuſcepit, itâ ut etiam hactenùs apud plures in Pruſſiâ vigeat.

1. Docuit hominē juſtificari non per fidem, ut Lutherani, & Calviniſtæ prædicant, ſed per eſſentialem Dei juſtitiam, & formalem noſtræ juſtificationis cauſam, eſſe illam ipſam juſtitiam, quâ Deus eſſentialitèr eſt juſtus; itâ ut Chriſtianus non ſit juſtus per accidentalem gratiam, ſed ſicut Filius in Divinis eſt Sanctus ſanctitate, quâ Pater eſſentialiter eſt ſanctus, itâ homo ſit juſtus per juſtitiam Dei, qui dum habitat in nobis, nos reddit juſtos, per juſtitiam, quæ Deo eſt eſſentialis, excludens omnem gratiam, per quàm ſolùm Catholici dicunt hominem juſtificari. R. Nam datur unus juſtus, qui alio eſt juſtior, & unus alio ſanctior: ergo homo juſtificatur per juſtitiam intrinſecam, & inhęrentem, non verò per imputativam. Nam ſi homo juſtificaretur juſtitiâ, quâ Deus eſt eſſentialiter juſtus, per modum juſtitiæ imputativę, omnes eſſent ęqualitèr juſti. Tum quia Scriptura tribuit juſtitiam noſtram gratiæ juſtificanti, cujus augmentum juſti, ejuſdem gratiæ virtute, & Dei operatione non æqualitèr merentur. Tum quia, ſi juſtificaremur per juſtitiam imputativam, eſſemus ſolùm extrinſecè juſti, tanquàm ab aliquo

ex-

extrinſeco ſic denominante: ſed Sancti ſunt verè, & formaliter juſti, ergo tales ſunt per formam intrinſecam, & inherentem; hæc autem forma intrinſeca, eſt gratia, quam Deus inſundit animabus juſtis, per quam non modò (ſi in Dei amicitia ſumus) juſti reputamur, ſed verè juſti nominamur, & ſumus. Quam veritatem docet Concil. Triden. ſeſſ.6. Can.11. & cap.6.

2. Dixit Chriſtum mediatorem juſtificare hominem ſecundùm naturam Divinam tantùm, undè Chriſti paſſionis, mortis, & ſanguinis pretium & meritum penitùs evertebat. R. verbo *Andreas Muſculus*.

3. Dixit Eccleſiam Chriſti eſſe inviſibilem. R. verbo *Inviſibiles*.

4. Chriſti paſſionem, & mortem nullum nobis fructum attuliſſe. R. verbo *Carolus Molinæus*. Item ex Epiſt. ad Hebr. cap. 5. verſ. 9. *Chriſtus ipſe factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſá ſalutis æternæ*. Et ex Trident. ſeſſ.6. cap.7. *Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuá Sanctiſſimá paſſione in ligno Crucis nobis juſtificationem meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit*. Tum quia Chriſtus venit, ut vitam habeamus, & abundantiùs habeamus, ſicut legitur in ſacris paginis, ergo Deus nobis vitam promeruit æternam, quod profitentur omnes Sancti Patres. Tum quia Chriſtus, qui erat impeccabilis, non pro ſe ipſo, ſed pro nobis per ſuam paſſionem ſatisfecit. Demùm nimia impietas eſt negare uberrimum fructum redemptionis noſtræ, quem à Chriſto per ſuam Sanctiſſimam paſſionem, & mortem accepimus. Ille docuit nos petere in nomine ejus, propter ejuſdem infiniti valoris merita. Undè Eccleſia Catholica in terminandis ſuis orationibus, ſemper repetit: *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, quod ſumma attentione, & fiducia dicere debemus.

P

XVI. PACIFICATORES. Iſtorũ dux fuit Zeno Imperator, qui anno 482. Eutychetis hæreſi imbutus, edictum condidit *Henoticon* dictũ, ideſt *Pacificatorium*, cujus acceptatores dicti ſunt *Pacifici*. Per hoc *Henoticon* inducti fuerunt Catholici ad aliquid de veritate fidei remittendum, & hæretici Euthychiani, ad aliquam ſuæ hęreſis partem abiiciendam, ut ſic invicem Catholici, & Euthychiani pacificarentur. Pax utique perverſa, de quâ jure dici poterat illud Davidicum: *Zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns*. Henoticon enim acceptatores, dicebant anathema Euthycheti, & deindè Chalcedonenſe Conciliũ, in quo ejus error damnatus fuerat, reprobabant. Contrà hujuſmodi fictitios Pacificatores ſtant illâ verba ad Epheſ. 4. *Unus Dominus, una fides*. Neque ulla poteſt eſſe ſocietas luci ad tenebras. Vide *Petrus Mogus*, in quo capite iterum de *Henoticon* redibit ſermo.

PACIFICATORES Alii. Sæpè Novatores plurimi, ſe ſe tanquam pacificatores interponere voluerunt, qui, ut diſſidia religionis componerent; eo uti propoſuerunt remedio, ut ſcilicet Proteſtantes aliquid de dogmatibus, ac ritibus cederent: Similiter facerent Catholici, & ita fieret inter utroſque concordia, nimirùm Synagoga ſatanæ, deſerendo Chriſtum; nam, quid aliud facerent Catholici, ſi de dogmate ſacro quidquam remitterent, niſi fidem amittere? Illi hæretici poſſunt doctrinam immutare ſuam, quia illorum eſt; nos immutare non poſſumus noſtram; quia noſtra non eſt; quemadmodùm Dñus docuit nos dicere: *Doctrina*, inquit, *mea, non eſt mea*. Sed hoc exaſperans remedium, ab iſtis dumtaxat tentatum, majores peperit illis diſcordias. De hoc modo XVI.

inſub-

Digitized by Google

inſubſiſtenti, & erroneo componendi religionem Catholicam, cum religione Proteſtantium. Scripſit inter alios Proteſtantes librum unum Joannes Serranus, miniſter Arauxicanus: idem præſtitit Joannes Sturmius, qui Religionem tenendam ſinè offenſione Catholicorum, & Proteſtantium aſſerebat; quem modum pacis excogitarunt etiam plures alii, qui in aliquibus dogmatibus ſentiendum cum Catholicis, in aliis verò adhærendum fore hæreticis ſomniarunt: Sed hos Pacificatores exprobant verba D.Pauli 2. ad Cor.6. *Quæ conventio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli?* Hos Pacificatores vocat Gaulterius *Pſeudoirenicos*, ſivè *falſos pacificos*.

XVI. PACIFICI nuncupari voluerunt quidam Anti-Lutherani, qui ſe jactabant amatores pacis; quâ propter ſua conventicula vocabant Domum pacis; pacem autem amplexabantur, donec impunè in aliorum corpora, & bona poſſent graſſari, ſicut plures Anabaptiſtæ docuerunt ſuo exemplo Amſtelodami, anno 1535. Ex Gaulterio.

VII. PAGANIZANTES dicti ſunt, qui currente ſeculo ſeptimo, cum ſe Chriſtianos profiterentur, Ethnicorum ſuperſtitiones circa auguria, ſortilegia, divinationes, cum Chriſtianâ religione confundebant. Ex Sandero hæres: 126.

XIV. PALAMAS. In monte Atho, degebant quidam Monachi, dicti Hypſicaſtæ, ſivè quieſcentes, qui Maſſalianiſmi accuſati, aſſerebant lumen illud, quod in Monte Thabor Apoſtoli aſpexerant in transfiguratione Domini, fuiſſe lucem increatam, hoc eſt, ipſam Divinam eſſentiam, quam Hypſicaſtæ, cum in oratione incaluiſſent, oculis corporeis ſe ſe cernere, & contemplari gloriabantur: quâ propter conſueverant oppreſſo capite uſque ad umbilicum, & contortis oculis, ſupreſſoque ſpiritu orare, & in hàc oratione Deum oculis corporeis ſe cernere effutiebant: ex quo modo orandi, dicti etiam ſuerunt *Umbilicani*. Iſtius abſurdi commenti, auctor fuiſſe creditur quidam Simeon S. Mamantis, in libro, quem ſcripſit de ſobrietate, & attentione. Hujuſmodi Hypſicaſtarum errorem propugnandum aſſumpſit Gregorius Palamas, genere Aſiaticus, in aula Imperatoris educatus, poſtmodum Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, àquo dicti ſunt Palamitæ. Gregorium Palamam verbo, & ſcriptis confutavit Barlaamus Monachus Baſilianus, ex Calabriâ oriundus, Hyeracenſis poſteà Epiſcopus, & plures alii celebres Scriptores.

1. Aſſerebant, eſſentiam Dei videri poſſe oculis corporeis, quod confirmabant exemplo viſionis Apoſtolorum in monte Thabor. R. Nam oculis corporeis nihil videri poteſt, niſi ſit corporeum: ergo eſſentia Dei, quæ eſſentialiter eſt ſpiritualis (quid quid enim corporeū eſt, creatum eſt, & defectibile) videri nequit oculis corporeis; ex quo ſequitur, neque Apoſtolos in Monte Thabor vidiſſe eſſentiam Dei oculis corporeis. Undè de Divinæ eſſentię claritate ſcriptum eſt: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit*.

2. Attributa, & operationes Divinas realiter à Divinâ eſſentiâ diſtingui aſſerebant. R. Nam admiſſâ reali diſtinctione inter eſſentiam, & attributa in Divinis, neceſſariò reiicienda eſſet ſimplicitas Dei, & admittendę reales compoſitiones, quæ neceſſariò importarent limitationem partium componentium. Undè Deus non eſſet infinitè perfectus: ex pluribus enim limitatis, unum infinitum non fit. Vide *Gilbertus Porretanus*.

3. Dicebant, non Dei ſubſtantiā, ſed aliquam dumtaxat lucem, ſeu claritatem ab illa diſtinctam, & profluentem, à Beatis conſpici. R. Ex Scriptura, quæ & viſionem Dei promittit, tanquàm præmium bonorum operum; & jam conceſſam aliquibus fuiſſe teſtatur Matth.5. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*, Jo:14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & ma-*

nifeſtabo ei me ipſum. Joann.3. *Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt*. 1. ad Corinth.3. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem*. Denique Matth. 18. *Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei*. Angeli igitur jam fruuntur viſione Dei clarè, & intuitivè. Porrò in altera vita, homines pares erunt Angelis in ſubſtantiali beatitudine, ut ait Chriſtus ibidem cap.22. *Erunt ſicut Angeli Dei in cælo*. Fidem hanc Eccleſiæ confirmat Eugenius IV. in decreto Armenis dato: *Purgatas* (ait) *animas in cælum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum Trinum, & unum ſicuti eſt*. Et Patres Francofordienſis Concilii, in Epiſtola ad Præſules Hiſpanos, jam antea dixerant: *Prædicamus eum* (Chriſtum) *verum Deum, & vivum, ut ad ejus beatiſſimam viſionem pervenire mereamur, in quâ eſt æterna beatitudo*. R. 2. ratione Theologica. Quia poteſt homo per gratiam ſuum ultimum finem, ac beatitudinem, ad quam ex benignitate Dei factus eſt, adipiſci; atqui illa poſita eſt in clarâ, & intuitivâ Dei viſione, quæ eſt ſumma coniunctio cum fine, atque ejus perfecta poſſeſſio, ſinè quâ nemo eſt beatus: undè in ea conſiſtit æterna vita: *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*. Joann. 17. ergo &c.

V. Palladius. Petro Fulloni Eccleſiæ Antiochenæ invaſori, ſucceſſit Palladius, ejuſdem hæreticę pravitatis, cum ſuo anteceſſore propugnator, & uſque dum vixit, cum Petro Mogo communicationem retinuit. Mortuus eſt anno 497. Ex Baron.

IV. Palladius, Arianus Epiſcopus, damnatus eſt in Concilio Aquilejenſi, unâ cum Attalo Presbytero, qui ad Arianos defecerat. In eodem Concilio damnatus etiam fuit Valens Pſeudo-Epiſcopus Petavionenſis. Ex Baron.

V. Palladius. Cum hiſce temporibus plures fuerint, quibus nomen Palladius; hinc factum eſt, ut celebrem Palladium S.R.E. Diaconũ, eruditione clariſſimum, dictum etiam Apoſtolum, cum Palladio, de quo hìc agimus, aliqui Scriptores confunderent. Palladius itaque, de quo hìc mentionem facimus, fuit natione Galata, & Alexandriam ſe conferens, in Ægypti eremo commoratus, ex his quæ didicerat, commentarium ſcripſit ad Lauſum Præfectum. In eremo, cum Evagrio Pontio amicitiam iniit, ubi Origenis imbibit errores, quos poſteà in Palęſtinâ promulgare conatus eſt. In Bithyniam ſecedens, & Catholicum ſe eſſe ſimulans, fit Epiſcopus Helinopolitanus, in eo multùm commendabilis, quòd ob S. Joannis Chryſoſtomi defenſionem multa ſit paſſus, ſi ſuæ tolerantiæ laudem non obſcuraſſet, multa miſcendo, quę Origeniſmum ſaperent, dum Joannis Chryſoſtomi defenſionē ſcriptis ſuis aſſumpſerat. Nihilominùs Romam cum aliis Epiſcopis profugit, à perſecutione cõtrà Chryſoſtomi fautores in Oriente excitatâ. Sunt etiã, qui aſſerant, Palladium Pelagii hæreſiarchæ errores propugnaſſe. Ex S. Epiph. Epiſt. ad Joann. Jeroſol.

Panicasiastæ. Vide *Artho-* II.
thiritæ, ex ſua hæreſi etiam dicti *Panicaſioſtæ*.

Parermeneutæ dicti ſunt, qui VII.
ſeculo ſeptimo, temporibus S. Joannis Damaſceni ſacram Scripturam, proprio marte ad ſuam mentem exponebant. R. verbo *Suiſtæ*, *Lutherus*.

Paræus David, Calviniſta, di- XVIII.
cit Catholicos non benè probare infallibilitatē Eccleſiæ, quia committunt in probatione (ut ipſe ait) circulum, probantes Eccleſiam per infallibilitatem Scripturæ, Scripturam per infallibilitatem Eccleſiæ. R. Nam cum probamus infallibilitatem Eccleſiæ per Scripturam, utimur hâc probatione contrà illos, qui admittunt infallibilitatem Scripturæ, & negant infallibilitatem Eccleſiæ. Calviniſtæ admittunt infallibilitatem Scripturæ, ideò contrà illos probamus Scripturę textibus infallibilitatem Eccleſiæ Ca-

tho-

tholicæ, & conſequenter non committimus circulum, progredimur enim in hâc probatione ex admiſſis, ad probandum non conceſſa: contrà illos verò, qui negant infallibilitatem Scripturæ, ad probandam infallibilitatem Eccleſiæ, utimur aliis argumentis. Quæ in præparatione ad opus adduximus, & verbo *Proteſtantes*, fuſiùs pertractamus. Vide, ſi velis etiam Joann. Baptiſtam Gonet., tract. 10. in 2. 2. diſp. 2. & 3. ubi de his prolixè diſſerit.

XVI. PARKERUS MATTHÆUS, in civitate Novicenſi in Angliâ, anno 1502. ortus, in Academia Cantabrigenſi ſtudiis operam dedit. Theologiæ lauream aſſecutus, poſt modùm in Collegio Corporis Chriſti lector Biblicus præficitur. Henrici VIII., & Eduardi VI. Sacellanus, deindè Decanus Lincolnienſis, poſtmodùm Archiepiſcopus Cantuarienſis à Reginâ Eliſabethâ inauguratus, uxore deindè ductâ, quamvis nullâ ſuſceptâ ordinatione, jura Epiſcopatus ſibi uſurpavit, novum ritum inducens; nam ſacra Biblia ſuper ejus caput impoſuit *Joannes Scoreus*, teterrimus Apoſtata, qui nunquam charactere Epiſcopali inſignitus, Epiſcopos ordinare præſumpſit: quem proindè, ſicut & alios ejus imitatores, populus irriſoriè appellabat Epiſcopos Parlamentarios; donec decreto Parlamenti, ſtatutum fuit anno 1566. ut ordinationes illæ, ad placitum *Scorei* adinventæ, pro validis haberentur, comminatis pœnis, undè populus metu oppreſſus, ſiluit. Hujus facti origo fuit, quòd nullus Epiſcopus Catholicus, illo tempore, vigente ſchiſmate Eliſabethæ, noluit hæreticis manus imponere, quapropter Regina, per dictos Pſeudo-Epiſcopos inſtituit in Angliæ Regno in Epiſcopos homines laicos, ut conſtat ex proceſſu contrà dictam Reginam ſub S. Pio V. Indè eſt, quòd hodiè Anglia Epiſcopos, & Sacerdotes legitimos non habet, & quòd vera Eccleſia ab Angliâ receſſit.

Ex ſupradictis occaſionem nacti, de *Petro Franciſco le Courayer* Canonico regulari è Monaſterio Puticienſi S. Genuephæ, licèt aliàs Catholico, ſermonem inſtituimus. Hic ordinationes Anglorum, contrà Romanæ Eccleſię doctrinam, & ſenſum defendendas ſuſcepit, editis quatuor exigui corporis voluminibus anno 1723. & 1726. Damnati fuerunt primò à diverſis Galliæ Epiſcopis, deindè à ſupremo univerſali Romanæ Inquiſitionis Tribunali, non ſolùm propter ejuſdem ſcopum, ſed propter impias doctrinas, quas eidem inſeruit, contrà Eccleſiæ Romanæ auctoritatem, contrà veritatem Sacramenti Euchariſtiæ, contrà legitimas Sacramentorum formas, contrà verum Eccleſię Sacerdotium, & Sacrificium, ac contrà ejuſdem Eccleſiæ poteſtatem. Cardinalis de Noailles, edita inſtructione paſtorali adverſus dicti *le Courayer* errores, pag. 114. 115. teſtatus eſt illum pęnituiſſe, atque literas dediſſe ad eundem Cardinalem, quibus ſe ſincerè damnare errores præfatos proteſtabatur.

IV. PARMENIANISTAE. Subrogatus fuit à Donatiſtis, in locum Donati hęreſiarchæ, Pſeudo-Epiſcopi Carthaginenſis in Africâ, Parmenianus, Donati hæreſis tenaciſſimus, & honoris captandi cupidus, qui proindè, ſtatim ac fuit ad Epiſcopatum aſſumptus, ſtylum acuit in Catholicos. Apud Donatiſtas tanti nominis fuit, ut Donati ſectatores, non ampliùs Donatiſtæ, ſed Parmenianiſtæ vocarentur. Provocatus à Catholicis ad diſputationem, adeſſe recuſavit, dicens, ſe non poſſe cum immundis (ſic vocabat Orthodoxos) convenire, utpotè qui erat mundus, quia Donatianæ hæreſis ſectator, & ſolùm apud Donatiſtas veram Eccleſiam eſſe effutiebat. Se ipſos mundos vocabant Parmenianiſtæ, quos confudit Optatus Milevitanus in ſeptem libris, quos eruditiſſimè contrà Parmenianos conſcripſit. Vixit Parmenianus poſt medium ſeculi quarti. Vide S. Auguſt. contrà *Parmen.*

XIV. PAROCHI VALENTINI (ſic dicto à

Regno Valentiæ,) quando infirmis miniſtrabant Viaticum, illis dicebant. Credis quod hæc ſacra Hoſtia eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus? & reſpondentibus illis: Credo, eis Viaticum porrigebant. Ex Bibliot. Dominic. Potuit tamen hic error eſſe materialis, quatenus ſpeciali ratione in admirabili Sacramento præſens adoratur Trinitas, ob unionem Divinæ, & humanæ naturæ in Chriſto, media hypoſtaſi. Sed quidquid ſit, explicatio erat erronea.

PASCHATITAE. Vide *Quartodecimani*.

V. PASCENTIUS, ſuit quidam Comes in Africâ, Arianæ hæreſis ſectator acerrimus: vixit circà initium ſeculi quinti. Contrà eundem diſputavit S. Auguſtinus.

PASSIBILES. Vide *Corrupticolæ*.

XVII. PASCHALIUS QVESNELUS, natione Gallus, Pariſiis natus anno 1534. in Univerſitate Sorbonica emenſo ſtudiorum Theologicorum curriculo, Oratorii Domini Jeſu Congregationem ingreſſus, & Sacerdotio initiatus, ſe totum Eccleſiaſticis ſtudiis devovit; & in ſubjecta materia plura opera publici juris fecit: inter quæ opus extat: *Reflexionum moralium in novum Teſtamentum*. ſemel & iterum copioſiùs ab Auctore editum Pariſiis anno 1693. A Clemente XI. per Bullam *Unigenitus* confixum, tanquam opus, cujus ſermones molliti ſunt ſuper oleum, ſed ipſi ſunt jacula; Continet ſiquidem plures propoſitiones ſalſas, captioſas, malè ſonantes, piarum aurium offenſivas, ſcandaloſas, hæreticis, hęreſibus, ac etiam ſchiſmati ſaventes, & hæreticas, variaſque hæreſes, ac potiſſimùm illas, quæ in famoſis Janſenii propoſitionibus, & quidem in eo ſenſu, in quo illæ damnatæ fuerunt, acceptis, continentur, manifeſtè innnvantes. Trutinam theſium Queſnellanarum eruditè expoſuit P. Dominicus Viva, in opere, quod contrà Queſnellum edidit, in quo per extenſum Clementis XI. Bulla *Unigenitus*, cum unâ, ſuprà centum propoſitionibus Queſnelli confixis continetur. Legendæ etiam Epiſtolæ paſtorales Illm̃i Domini Joannis Joſeph Languet, Epiſcopi Senonenſis, impreſſæ Pariſiis apud Mazieres & Garnier, in vico S. Jacobi, quibus eruditiſſimis in epiſtolis, quæ ſimul unitæ, opus exhibent in plura volumina diſtributum, clariſſimus auctor elucidat, & enodat Janſenianas cavillationes; ſimulque oſtendit, quàm longè à Catholica aberrent veritate, quotquot Queſnellianarũ propoſitionum propugnatores, Romano-Catholicæ Eccleſię inconcuſſa dogmata impugnant, & contra Bullam *Unigenitus* invehuntur.

Cum verò omnibus notum ſit Queſnellianos germen eſſe Janſeniſmi, & ex iiſdẽ novum Phanaticorum genus noviſſimè emerſiſſe, qui *Figurativi* nuncupantur, non erit abs re altiùs Janſeniſmi principia repetere, ut recentiorũ Figurativorum, qui ex pręfatis ſectariis erupere, clariùs innoteſcant deliria, quæ exhibet Carolus Archiepiſcopus Cameracenſis, multis nominibus, ſed potiſſimùm indefeſſo zelo in conſervandâ in Catholicâ fide ſuam Diœceſim ab omni labe Janſeniſticâ immunẽ, de orthodoxâ religione benemeritus, Pariſiis inſtructione paſtorali editâ, anno proximè pręterito, titulum præferente. *Mandement, & inſtruction Paſtorale de Monſeigneur l' Archeveque Duc de Cambray portant cõdemnation de trois ecrits &c.a Paris Chez Marc Bordelet*. Ex pręfatæ inſtructionis, ſeu potiùs eruditiſſimi operis lectione, colligere liquet, quòd Janſeniſtica ſecta, ſuis ab incunabilis timida, in progreſſu artificioſa, paulatim audacior ſacta, ſurioſiſſimis, quę Eccleſiam infeſtarunt, hæreſibus non impar, ſuis in aſſeclis apparet, cui ſectę irrumpenti, ſtatim Sorbonæ Univerſitas arginem ſecit, ne latiùs diffunderetur; quapropter, cum Sectatores Janſenii ſe fortiter oppugnatos animadverterent, quinque Janſenianas propoſitiones, paulò poſt promulgatum *Auguſtinum Cornelii*, ſtatim ab Eccleſiâ proſcriptas, nullatenus in opere

Ipren-

Iprenſis inveniri, blaterare cœperunt; cui cavillationi oppoſuit Alexander Septimus Bullam, editam anno *1656.* quam, ut eluderent Janſeniſtæ, novam invexere cavillationem, diſtinguentes inter quęſtionem juris, & facti: per quam cavilloſam diſtinctionem, quid intellexerint Janſeniſtę, paucis explicat Archiepiſcopus Cameracenſis, in ſua Inſtructione pag. 16. & 17. quæ mendicata diſtinctio, nihil aliud eſt, quàm in ſubiectâ materiâ Apoſtolicarum ſanctionum eluſio: quâ propter meritò eandem impugnat, & deplorat D. D. de Fenelon, moderni Archiepiſcopi Cameracenſis prædeceſſor, in ſuâ pariter Inſtructione Paſtorali pag. 5.

Hactenùs ſub fictę ſubmiſſionis laruâ impietatem ſuam ſuſtinere conati ſunt Janſeniſtæ; jam nunc temporis abſque ullo pudore contrà Eccleſiam invehuntur, ſuamque doctrinam, miraculis etiam comprobatam, impiè effutiunt, dum vitam ſui in impietate Janſeniſticâ conſodalis, Diaconi *de Paris*, prodigiis (ſed perperam & mendaciter) illuſtratam, repetitis vicibus publicis Typis expoſuere. Quid plura? Janſeniſmum in dogma fidei jam erigere contendunt.

Quia verò ſingulari Domini in Eccleſiam ſuam providentiâ, ſemper ad hæreſes diſſipandas factum eſt, ut hæreticos invaderet ſpiritus vertiginis, & diſſenſionis, hujuſmodi ſpiritus jam torquet Janſeniſtas, in doctrinâ invicem diſſidentes, quod, & ex ore ipſorum met Janſeniſtarum apprehendimus, qui, velint nolint, veritatem hanc, etiam ſcriptis perhibere quodammodò compelluntur. Ad rem Epiſtolæ fragmentum exhibet pagina 77. Cameracenſis, quam ſcripſit Dominus Thierrii, Janſeniſta, in qua Janſeniſtarum ſciſſionem expendit, qui noviſſimè in Figurativos dividuntur.

XVIII. Figurativi itaque, noviſſima Janſeniſmi portio, ſectam recentiorem conſtituunt, quæ potiſſimùm in Eccleſiâ Ultrajectenſi, Præſide ejuſdem Eccleſiæ intruſo Archiepiſcopo, mordicùs Figurativis adhęrente, invaleſcit. Iſti Phanatici, Figurativi nuncupati, negligunt literalem ſacræ Scripturæ expoſitionem, & ubique figurativos ſenſus requirunt, qui aliud non ſunt, quàm corruptæ hujuſmodi Phanaticorum imaginationes, quas nihilominùs ſolam, & veram ſacræ Scripturæ intelligentiam manifeſtare autumant: hinc manifeſtè ex ſacris Paginis deducere contendunt, proximam fore in Eccleſiâ apoſtaſiam generalem, poſtquàm Judæi convertentur ad ſanam frugem, cooperante ad hanc converſionem Eliâ, qui in priſtino ſplendore, regnum gratiæ ſuper Catholicæ Eccleſiæ everſionem reædificabit. Priores Janſeniani nunquam ad hanc devenere impietatem, nec tantam ſomniare potuerunt inſaniam, ad quam noviſſimè declinarunt Figurativi, Janſeniſmi germina recentiora. Sunt etiam ex illis, qui modò Eccleſiam fermè deficientem depingunt, & abutentes quibuſdam conjecturis Card. Cuſani, de Mundi fine, annum proximum 1734. reparationi ejuſdem Eccleſiæ deſtinatum machinantur.

Hæc, & ſimilia hujuſmodi Phanaticorum deliria facili negotio reprobat, qui vel leviter reflectit, neminem hactenùs Sanctorum Patrum, & doctiſſimorum virorum, qui 1733. annorum decurſu rimati ſunt Scripturas ſacras, hunc, in ſacris Literis ſomniatum à Figurativis ſenſum, valuiſſe detegere. Quapropter, credere ne par erit, verum Scripturæ ſenſum ad hæc uſque tempora univerſæ Eccleſiæ fuiſſe abſconditum, ſoliſque Figurativis, paucis ab hinc annis manifeſtatum? Soli ergo Figurativi ſibi revelatum jactare poterunt verum Scripturæ ſenſum, qui per tot ſecula omnes præterierit. Sanctos, & effugerit ſapientes? Sed, ſi hactenùs in figurâ contigere, quæ autumare videntur Figurativi, ergo hactenùs abſcondita fuerunt plura myſteria fidei, quæ cæterùm ab ipſis primordiis naſcentis Eccleſię revelata veneramur. Ergo hactenùs fuerunt decepti quotquot in regno gratię viventes, credide-

runt

runt, in ſenſu ab Eccleſiâ Romanâ propoſito, intelligendam eſſe ſacram Scripturam. Urget adhuc fortiùs argumentum; nam ſi quidquid figurativo modo circa Scripturam imaginari poſſumus, ſolummodò exhibet verum Scripturæ ſenſum, quis nobis revelabit ſenſum Scripturæ? Imaginatio noſtra, reſpondere debent Figurativi. Sed, quotidianis illuſionibus obnoxiam imaginationem noſtram, etiam in rebus, quæ cadunt ſub ſenſu, non ne continua comprobat experientia? Quis inſuper contrarias circa Scripturam imaginationes, quas quiſquis pro libito exhibere poterit, componere valebit? Cujus ex omnibus Figurativis imaginationem ſequemur, tanquàm tutiorem, ut veram conſequi poſſimus Scripturæ intelligentiam? Quà ratione convenient Figuriſtæ in ſuis imaginationibus, quæ invicem comparatæ, contradictionem proculdubio involuent, ut contradictiones componant? Planè adeò ridicula videtur Figurativorum opinio, ut ulteriorem non exigat reprobationem. Quòd autem Figurativorum opinio, conveniat cum Calvini ſenſu, vide quę dicta ſunt contrà ſextum Lutheri errorem, parag. 2. Cęterùm, ſi quis de Figurativis ampliora deſiderat, prælaudati Archiepiſcopi Cameracenſis opus percurrat, adeò clarâ methodo Janſeniſtas, Queſnellianos, & Figurativos convellens, ut vel ad hujus zelantiſſimę inſtructionis lectionem, deberent Janſeniſtæ ad ſanam frugem converti.

XII. Passagini, ſecta Waldenſium, qui Moſaycam legem ad literam eſſe obſervandam, dicebant, & Chriſtum non eſſe æqualem Patri, tres perſonas Trinitatis non eſſe unum Deum, & unam ſubſtantiam. Damnabant inſuper omnes Doctores, & totam Romanam Eccleſiam. Ex Rainero.

IV. Passionistæ, viguerunt propè tempora Philaſtrii Brixienſis Epiſcopi, nempè cadente ſeculo quarto, cum ſolùm apud Philaſtrium, ex antiquioribus auctoribus de Paſſioniſtis mentionem factam comperierim. Aſſerebant autem, Chriſtum in ſuâ paſſione ità carnem dimiſiſſe, & in cœlum aſcendiſſe, ut non eſſet ampliùs in carne Divinitas; negantes Chriſtum in carne reſurrexiſſe, & cum carne aſcendiſſe in cœlum; quos hæreticos confundunt verba Euangelii Marci ultimo, & ex Actibus Apoſt. 1. *Quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, ſic veniet.* Sed Apoſtoli viderunt Chriſtum aſcendentem in carne: ergo &c. Vide verbo *Appellitæ*.

Pastillarii, ſunt ſectâ Lutherani, & dicti ſunt Paſtillarii, quia XVI.
conſitentes Chriſtum eſſe in Euchariſtiâ, dicebant ibidem inveniri ſicut farina eſt in paſtillo, quaſi corpus Chriſti eſſet cum pane commixtum. Quatuordecim Miniſtri Svevici, Brentio Anteſignano, Œcolampadium oppugnaturi, hunc dicendi modum, circà exiſtentiam corporis Chriſti in Euchariſtiâ ſomniarunt. Et hìc opportunè notandum, Lutheranos circà ſolum Euchariſtiæ myſterium, in tot ſectas eſſe diviſos, ut hinc ſolùm evidenter colligi poſſit inſubſiſtentia doctrinæ Lutheranæ, quæ tot patitur ſciſſiones, ut penè jam quot capita, tot Lutheranorum ſententiæ; alii enim ex Lutheranis corpus Chriſti adeſſe, alii ineſſe, alii ſubeſſe, alii eſſe cum pane, alii circà panem contendunt. Inſuper Lutherani diverſis in locis, diverſimodè Miſſam celebrant, alii habitu laico, alii Eccleſiaſtico, alii linguâ Semilatina, alii linguâ nationali: aliter Wittembergę, aliter Norimbergæ, aliter per Ducatum Brandeburgenſem, aliter per Bavariam ſuperiorem celebratur à Lutheranis Miſſę ſacrificium. Certum eſt, quòd una tantùm eſſe poteſt vera Fides; quomodo itaque poteſt eſſe vera doctrina Lutheri, cujus ſectatores in tam varias abeunt ſententias in uno ſolo articulo fidei? De Paſtillariis egit Lindanus.

Pastorelli, ſivè Paſtorellorum factio, potiùs colluvies Latronum dicenda, quàm hæreſis, cujus XIII.
Dux erat quidam Hungarus, quo à Bi-

tur-

turigibus perempto, ceteri ſtatim fuerunt diſperſi. Uberiorem de Paſtorellis notitiam exhibet Spondanus anno 1251.

XII. Patareni, dicti etiam ab aliis Cathari, ab aliis Publicani, ſunt iidem ac Albigenſes, qui in Guaſconia, Albigeſio, & partibus Toloſanis errores ſuos publicantes, diverſis nominibus nuncupati fuerunt: quos Alexander III. unà cum ſuis fautoribus, receptoribus, aut qui cum eis negotiationem exercerent, excommunicavit; & ſi in eo peccato decederent, omninò prohibuit, ne ſepulturam obtinerent intèr Chriſtianos. Dicti etiam in Lombardia *Conſolati*, in Germania *Boni homines*. A patiendo, nomen ſibi indiderunt Patareni, eo quòd jactarent, ſe ad exemplum martyrum paſſionibus exponi. Patarenos, ex Waldenſibus traxiſſe originem probabile eſt, ſi quidem plures Waldenſium profitebantur errores, de quibus agit *Rainerus*. Aſſerebant Luciferum omnia viſibilia creaſſe. Deum hujus ſeculi excęcaſſe mentem Fidelium. Matrimonium eſſe adulterium. Deum malum apparuiſſe Moyſi in igne. Mortuis ſuffragia non prodeſſe. Omnia peccata eſſe mortalia, & ęqualitèr puniri. Inferiores partes corporis factas eſſe à Diabolo. Quæ deliramenta alibi abundè confutamus. Licèt vero Patareni præfatos ſuſtinerent errores, ut incautos ſeducerent, exteriorem ſanctitatem affectabant, teſte *Rainerio*. Ceterùm *Patareni*, *Gazari*, *Cathari*, *Concorrezenſes*, *Bagnolenſes & Albanenſes* fuerunt Waldenſium germina. Sub nomine autem *Albanenſium*, hìc non veniunt Albanenſes, de quibus actum ſuo loco, qui vedebacharunt ſeculo octavo ſub Conſtantino VIII. & Leone III. ſed intelligimus exprimere unum Waldenſium ſurculum. Quà de re. Vide verbo *Waldenſes*.

XVI. Pastoricidae, ſectâ ſunt Anti-Lutherani, & Anabaptiſtæ, ſic dicti, quia conſpirant in necem paſtorum Eccleſiæ, & Sacerdotum; quod precipuè horrendum facinus præſtiterunt anno 1562. per Rynlandiam, & Galliam. Ex Lindano.

Paterniani, à Paterno quodam appellati ſunt, alio nomine etiam *Venuſtiani* nuncupantur. In eundem fermè errorem impegerunt Patricianorum, niſi quòd totam hominis carnem, ut illi, non damnarunt; dicebant enim, ſolùm inferiores partes humani corporis non à Deo, ſed à diabolo factas eſſe: quapropter omnium flagitiorum licentiam, ex hàc ſententiâ ſibi tribuentes, impuriſſimè vivebant. R. Quia Deus benedixit hominibus dicens: *Creſcite, & multiplicamini*. Ergo inferiores partes, quibus fit generatio, quam Deus benedixit, eſſe nequeunt à diabolo. Item D. Paulus hortatur nos, ut non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibeamus noſuet ipſos Deo, & membra noſtra arma juſtitiæ Deo: ergo omnia membra humani corporis, quæ exhiberi poſſunt arma juſtitiæ Deo, eſſe nequeunt facta à diabolo. Vide S. Aug. hæres 85. III.

Patriciani, Patricium quemdam Romanum, qui vixit circà annum 303. ducem habuerunt. Hic, cum eſſet carnis illecebris deditus, ut tutiùs eas ſectaretur, Manichæis adhæſit. Dicti ſunt etiam *Patriciani*, *Simmachiani* à quodã Simmacho, qui non ſperans judicium, vitiis carnalibus ſerviendum prædicabat. Fuit autem Simmachus à Patricio inſtructus. III.

1. Carnem hominis non à Deo, ſed à diabolo factam eſſe, proindè eam fore contemnendam: ex quo factum eſt, ut plures ſibi ultrò mortem inferrent. R. Ex iis, quæ dicta ſunt verbo *Manes*. Tum quia, ſi caro opus eſſet factum à dœmone, certum eſt, quòd Dei filius humanam carnem non aſſumpſiſſet. In Concilio Braccarenſi cap. 1. damnata fuit hæc hęreſis.

2. Plaſmationem humani corporis aſſerebant diaboli eſſe figmentum, qui ſuo opere, femina conceptionis in mulieris utero figurabat. Ex quo inferebant, non eſſe credendam carnis reſurrectionem, quia concreatio

corporis (dicebant) non eſt congruens animæ dignitati . R. verbo *Baſilidiani*. De congruentia reſurrectionis corporum, eruditè diſſerunt plures Sancti Patres . De Patricianis ſermonem facit Philaſtrius.

II. Patripassiani. Sunt qui Noetum, vel Sabellium hujus hæreſis auctorem faciunt; ſed Tertullianus, & Cyprianus Praxęam hujus hæreſis Principē fuiſſe affirmant. Theodoretus autem ab hæretico quodam, cui nomen Epigorius, hanc hæreſim primò excogitatam fuiſſe commemorat: communiter aſſeritur circà finem ſeculi ſecundi emerſiſſe. Patripaſſiani, cum diſtinguere neſcirent intèr eſſentiam Divinam, & perſonas, negabant in Divinis ternarium numerum perſonarum, affirmantes, unicam eſſe perſonam diverſis nominibus appellatam; ex quo inferebant, Patrem ſimul cum Filio incarnatum, & paſſum fuiſſe. R. Et quidem latum eſſe diſcrimen intèr eſſentiam, & perſonas Divinas, explicant Theologi, dicentes, quòd eſſentia Divina eſt ipſa Deitatis natura, quæ totam Deitatis perfectionem dicit: perſona verò, eſt ſingulare quoddam, in quo Deitas exiſtit, ab alio ſingulari realitèr diſtinctum, realitèr inquàm, non per naturam, ſed per proprietatem perſonalem, itaut cum dicimus Deus, ſubſtantiam explicamus naturæ Divinæ, omnibus perſonis communē. Cum verò dicimus Pater, aut Filius, aut Spiritus ſanctus, unam ſingularem perſonam dicimus, in quà Deitas ſubſiſtit. Hàc pręmiſsâ explanatione, quantùm noſtra imbecillitas patitur de Myſterio Trinitatis, quo ad diſtinctionem perſonarum Divinarum, & eſſentiam Divinam; ſequitur in Divinis tres eſſe perſonas realitèr diſtinctas, non autem unicam, diverſis nominibus appellatam; ex quo deducitur, ſecundam perſonam tantùm eſſe incarnatam, & paſſam in humana natura. Tum quia ſi ratione unius eſſentię etiam Pater eſſet paſſus, plures Scripturæ Textus contradictionem involuerent, & eſſet imperceptibile, quomodò Filius dicatur miſſus à Patre, aſcendere ad Patrem, & ſimilia. Demùm, ut refert Nicephorus lib. 9. cap. 11. damnata fuit Patripaſſianorum hæreſis à Patribus Orientalibus in fidei expoſitione ab ipſis unanimitèr compoſitâ, & ad Orientales transmiſsâ. Cęterùm, hęc diſcernere neſcientibus, tutius eſt in imperſcrutabili Myſterio Trinitatis intellectum noſtrū captivare in obſequium fidei.

Patrophilus Scytopolita- IV.
nus Epiſcopus in Palęſtina, & ad ultimum uſque ſpiritum hęreſis Arianæ defenſor pertinaciſſimus, interfuit Concilio Nicęno, & intèr præcipuos Catholicorum perſecutores adnumeratus, à Semi-Arianis in Concilio Seleucienſi abdicatus fuit: ejuſdem oſſa poſt mortem à Gentilibus effoſſa, ejus caput ſuper haſtam per ignominiam in ſublime delatum, omnium ludibrio expoſitum extitit. Ex Baron.

Pattalorinchitæ. Recenſet II.
intèr Montani deſcendentes Epiphanius Traſcodrugitas, ſeu Perticonaſatos, quòd dum orarent, digitum indicem naſo imponerent, triſtitiæ nimirùm, & ultroneæ juſtitię gratiâ. *Traſcus* enim apud ipſos *Pertica* appellabatur: *Druſus* verò *Naſus*, ſivè roſtrum; quapropter apud Philaſtrium, & Auguſtinum Pattalorinchitę vocantur, qui videlicet in tantùm ſilentio ſtuderent, ut naribus, & labiis ſuis digitum apponerent, nè vel ipſam taciturnitatem voce pręriperent, quando tacendum ſibi eſſe arbitrabantur. Digito naſum tangere, idem ſignificare videbatur, quòd recto judicio cuncta metiri, ac dijudicare: hujuſmodi geſticulatione etiam ſe imitari gloriabantur Prophetam dicentē: *Pone Domini ori meo cuſtodiā, & oſtium circumſtantiæ labiis meis*.

Pauliciani. Quidam Anaba- XVI.
ptiſtæ anno 1544. à ſtudio literarum D. Pauli per Watęrlandiam ſe Paulicianos nominabant, ſicut & Scripturarios à ſtudio Scripturarum nuncupatos eſſe alios hæreticos ex Lindano compertum habemus.

VIII. Pauliciani, ſivè Paulianistæ alii. Diverſi ſunt Pauliciani, de quibus hìc agimus, ab illis de quibus acturi ſub nomine *Paulus Samoſatenus*: iſti itaque ducem habent quemdam virum privatum, nomine Paulum, qui ſocium habuit Joannem dictum, undè & Paulianitæ à Gaulterio nuncupantur, *Attingani* etiam appellati, Manichęiſmum refricantes in Armenia, octavo currente ſeculo, de quibus mentionem facit Baronius.

1. Duo rerum principia aſſerebant. R. verbo *Manichæi*.

2. Maternitatem Virginis negabant: Paulus autem, ut ſimplicibus illuderet, dicebat; *Credo in Sanctiſſimam Deiparam, in quam intravit, & exivit Dominus*, intelligens pro Deiparâ, urbem Jeruſalem, in quam intravit, & egreſſus eſt Chriſtus. Sed & errantis hominis ignorantiam detegit modus ille loquendi, ſi ita proprio eorum idiomate verba, ac latino ſonant, nempè, *credo in*, quod non niſi de Deo ultimo fine dicitur, aut dici unquam potuit. Credimus enim Deiparam, non verò in Deiparam. Nec prudentior fuit inſipientis hæretici ſimulatio, hęreſim verbis illis obvoluens; quaſi pro eodem accipi poſſet ingredi & egredi, ac naſci: quo, quid inſulſius? R. Quoad maternitatem Virginis verbo *Anaſtaſius Presbyter*.

3. Sacramenta ſolis verbis, ſinè materiâ perfici volebant, V. G. in his ſolis verbis: *Ego ſum aqua viva*, Baptiſmum contineri dicebant. R. quia hic modus dicendi, nihil aliud eſt, quàm Sacramentorum eſſentiam pro libito fingere, rejecta inſtitutione Domini, qui dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto &c.* Requiritur ergo aqua, utpotè materia, & lotio, ut proxima ſit materia. Quemadmodùm Philippus Diaconus non ſolo verbo, ſed verâ aquâ baptizavit Eunuchum. Hoc etiam de cęteris Sacramentis conſequenter credendum. Certum eſt apud orthodoxos, quòd omnia ſacramenta, ex Chriſti inſtitutione perficiuntur rebus, & verbis, tanquam materiâ, & formâ, non tamen omnia conſtituuntur rebus, & verbis: ut benè animadvertit Vaſquez diſput. 29. Euchariſtia enim perficitur rebus, & verbis, conſtituitur autem tantùm Corpore, & Sanguine Chriſti, ſub ſpeciebus panis, & vini, quia Euchariſtia, eſt Sacramentum permanens. Alia Sacramenta conſiſtunt in uſu, & actione; ideò diſtinguendum eſt inter hoc, quod eſt perfici, & hoc, quod eſt conſtitui.

4. Crucem Chriſti non venerabantur: R. verbo *Claudius Taurinenſis*.

5. Reprobabant Sanctos, præſertim D. Petrum. R. verbo *Beza*. D. Petrum potiſſimùm eſſe honorandum conſtat ex verbis, quę Chriſtus ipſe habuit ad D. Petrum, quem elegit tanquam petram fundamentalem Eccleſiæ, quem dixit eſſe beatum, quandoquidem ipſi caro, & ſanguis non revelavit.

6. Sacerdotum auctoritatem non agnoſcebant. R. Ex iis, quæ dicta ſunt contra Albigenſes. Tum quia, Sacerdotum auctoritas in lege veteri multùm erat commendabilis, quibus pręſtandum eſſe obſequium, Chriſtus ipſe ſignificavit, cum dixit illis, quos à lepra mundaverat, & figura erant peccatorum: *Ite, oſtendite vos Sacerdotibus*, & alibi de Sacerdotum auctoritate, cum ſermonem inſtituiſſet, dixit: *Facite quæ dicunt*: ergo à fortiori in lege gratiæ commendabilis eſſe debet ſacerdotum dignitas, quibus Chriſtus poteſtatem dedit conficiendi Sacramenta, & abſolvendi à peccatis.

7. Mendacium etiam in cauſa religionis licitum eſſe dicebant. R. Et quidem mendacium eſſe illicitum, declarat Concilium Lateran: ſub Alexandro III. titulo *de uſuris* cap. 1. Legitur etiam Pſal. 5. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Pſal. 33. *Prohibe ... & labia tua, ne loquantur dolum.* Inſuper tenemur aperire veritatem interroganti, juxta illud Math. 5. *Sit autem ſermo veſter eſt, eſt: non, non.* Legimus etiam ſcriptum: *Os, quod mentitur, occidit animam*, intellige, ſi

mentitur in re gravi: ſed mentiri in cauſa religionis, eſt mentiri in re gravi, ergo mendacium in hac cauſâ non eſt licitum, ſicut nec in ulla alia: ſemper enim, ſivè grave, ſivè leve ſit, malum eſt, & divinæ veritati contrarium. Vide S. Aug. lib. cont. mendacium. Hoc ex eo ſatis conſtat, quòd ab homine mendaci, omnes naturaliter abhorrent; ſumma eſt injuria dicere, aliquem eſſe mendacem; argumentum efficax, quòd mendacium eſt malum, & conſequenter nunquam poteſt eſſe licitum.

VI. Paulitæ. Sic dicti ſunt ſectatores Pauli Acephali, ex Severianorum ſtirpe progeniti, ſicut, qui ſequebantur Petrum Severianum, dicti fuerunt Petritæ. Ex Niceph. Eccl. hiſt. cap. 49.

VII. Paulus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, fuit ab Imperatore Conſtante ſuffectus Pyrrho in regimine Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, eo quod hæreſim Monothelitarum profiteretur, cujus tenaciſſimus fuit Imperator. Cum igitur Paulus videret univerſam Eccleſiam adversùs ſe concitatam, & ſuam hæreſim Monothelitarum, quam defendebat, ubique damnatam, ad dolos ſe convertens, auctor extitit Imperatori Conſtanti, proponendi edictum, quod *Typum* vocarunt, in quo ſilentium de excitata controverſiâ indicebatur tam iis, qui unam, quàm illis, qui duas in Chriſto voluntates, & operationes aſſererent, eâ calliditate id agens Paulus, ut quoquo modo, vel ſilentio ſaltem Catholica ſententia de duabus voluntatibus, & operationibus in Chriſto damnari videretur: ſed cum Pauli fraudes detectæ fuiſſent, à Summo Pontifice excommunicatur: quare Paulus excandeſcens, in Apocryſarios Apoſtolicos, & omnes Orthodoxos graſſari cœpit, quorum alios ope Conſtantii Imperatoris exilio exilio mulctavit, alios diriſſimè verberari præcepit, alios aliis pœnis afficiens: & in peccato ſuo obduratus uſque ad obitum perſiſtens, in ſexta Synodo Œcumenica iterum damnatur, anno 681.

III. Paulus Samosatenus, à quo *Paulianiſtæ*, poſt Demetrianum, circa annum 262. aſſumptus fuit in Epiſcopum Antiochenum, qui cum hæreſis accuſaretur, in Concilio Antiocheno anathemati fuit obnoxius, mitiùs tamen pro tunc cum illo actum à Patribus, & in ſuâ Eccleſiâ Epiſcopale munus exercere permiſſus, eo quòd promiſiſſet mutare ſententiam; ſed in mendacio deprehenſus, in alio ejuſdem Civitatis Concilio iterum damnatus, à Melchiore Presbytero de hæreſi convictus, à Sede fuit expulſus. Pauli ſcelera, ab epiſtolâ Synodicâ relata, ferè ſunt innumera; ſed inter alia, intolerabilis viſa eſt omnibus ejus impietas, atque impudens vanitas, quâ peculiares pſalmos in ſui laudem compoſuit, eoſq; à mulierculis in Eccleſiâ cantari præcepit, ipſa die Paſchatis. Damnatus ab Epiſcopis, ad Aurelianum Imperatorem confugit, à quo nihilominus exprobratus, etiam ejuſdem Imperatoris conſentiente judicio, à ſuâ ſede fuit expulſus: primus omnium, qui viam aperuit appellandi à judicio Eccleſiæ ad Imperatores, & ad laicum forum recurrendi. Samozateni impia dogmata, damnata fuerunt in Concilio Nicæno primo, in quo, cum fuerit rejectus baptiſmus Paulianiſtarum, conſtat, eundem eſſentialiter erraſſe circà Sacramentum Baptiſmi. Paulianiſtarum conventus penitùs fuerunt à Conſtantino Magno interdicti. Paulum Samoſatenum ejus Sectatores dicebant eſſe Angelum, qui à Cœlo deſcendiſſet. Sectam igitur, ſuo nomine Paulianiſtarum dictam, Paulus fecit, quam ſequentes docuit errores, quantùm colligere liquet ex Niceph. lib. 6. cap. 27. & ex actibus S. Felicis P. & M. conſtat Samoſateni præceptorem fuiſſe quendam nomine *Artamaſium*.

1. Chriſtum, cum Ebione & Artemone, dicebat eſſe ſimplicem hominem, ex Maria natum, minimèque deſcendiſſe de cælis, non eſſe Dei Filium, & conſequenter non extitiſſe ab æterno. R. ex iis, quæ dicta ſunt contrà *Cerinthum*, *Artemonem*, & *Ebionem*.

2. Nullam admittens in Divinis per-

perſonarum diſtinctionem, ſicut unum Deum, ita pariter unam perſonam eſſe dixit, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, ſummam fidei Catholicæ veritatem, & quam ipſe Chriſtus Dominus docuit nos de Sanctiſſima Trinitate doctrinam, evertens cum Sabellio, à quo tamen adhuc diſcrepabat; Sabellius enim, unam tantùm affirmans Divinam eſſe perſonam, ex neceſſaria conſequentia æque introducebat Patrem ſimul cum Filio, & Spiritu ſancto eſſe incarnatum, ac paſſum. Paulus verò omnem prorſus auferens Divinę naturæ cum humanâ coniunctionem, Chriſtum hominem tantùm, ſed juſtitiâ prǫditum fuiſſe dicebat, aſſerens, Verbum Dei in Chriſtum veniſſe, & ſolùm operatum eſſe, & ad Patrem, qui illud ſpiraverat, rediiſſe. Vide verbo *Sabellius*. R. Pluribus in locis univerſa hæc Samoſateni hæretica doctrina, ubi tres Divinas perſonas, in Divinis realiter diſtinctas, quarum ſecunda ſit incarnata, & Chriſtum verè eſſe Deum, oſtendimus.

3. Cum in duas perſonas Samoſatenus Chriſtum diviſiſſet, rurſum etiam ex iiſdem principiis de Chriſti humanitate impiè conſtitutis, aliam nefariam ſententiam ille deduxit, dicens, in Sacramento Euchariſtiæ, Chriſti Sanguinem eſſe corruptibilem. R. verbo *Abbaudus*. Tum quia falſum eſt principium Samoſateni, qui in tantùm aſſerebat, Sanguinem eſſe corruptibilem in Euchariſtiâ, quia poteſt dividi; non enim dividitur Sanguis, aut Corpus, ſed ſpecies Euchariſticæ dividuntur; & ſub unaquaque parte ſpecierum, totum Corpus, & totum Sanguinem Chriſti Catholicè confitemur, cui & ratio philoſophica inſervit; non enim dividitur actione naturali corpus, niſi ſubiiciat agenti extenſam, & ſenſibilem propriam quantitatem. Quantitas autem, quę in Euchariſtiâ diviſionis actioni extenſa eſt, & ſenſibiliter ſubiicitur, non eſt quantitas Chriſti, ſed panis, & vini; undè iſta, & non illa dividitur: ac per conſequens nec dividitur Chriſti Corpus, aut Sanguis.

4. Errabat eſſentialiter in formâ Baptiſmi. R. Quia cum Chriſtus ſolus poſſit Sacramenta inſtituere, nullatenùs variari poteſt eſſentialiter materia, & forma à Chriſto præcepta in confectione Sacramentorum. Vide verbo *Agnetæ*.

5. Circumciſionem ſervandam eſſe dicebat. R. verbo *Ærarius*.

XV. Paulus Crau, natione Bohemus, ſectâ Wicleffiſta, & Huſſita, eandem ſectam in Scotiam deferre, & propagare aggreſſus, tanquam Apoſtolus miſſus, cum id agere cœpiſſet, detectâ ejus impietate captus, igni traditus fuit. Ex Spond. ann. 1431.

XII. Pauperes de Lugduno, Iidem ac Waldenſes, qui, eo quòd paupertatem Apoſtolicam ſe imitari profitebantur, dicti ſunt pauperes de Lugduno, quia Lugduni præcipuè cœperunt congregari: jam olim à Lucio III. Papa damnati, dicti proindè etiam *Waldenſes*.

XV. Peacochus Reginaldus, natione Anglus, primo Azaphenſis, deindè Ciceſtrenſis Epiſcopus: ob hæreſes, quas ſuſtinebat, Lambatum ad Synodum vocatus, in Eccleſiâ S. Pauli Londini, anno 1457. damnatus fuit, palinodiam canere coactus, libris ejus coram eo igni traditis, ab Epiſcopali dignitate depoſitus, in Monaſterio relegatur, ubi brevi mœrore confectus deceſſit. Ex hiſt. Anglic.

1. Docebat neminem teneri obedire Eccleſiæ Romanæ determinationi. R. verbo *Græci*.

2. Non eſſe neceſſarium ad ſalutem credere, Corpus Chriſti eſſe in Euchariſtiâ. R. Quia ad ſalutem neceſſarium eſt credere, quæ Chriſtus docuit: exiſtentia autem Chriſti Corporis in Euchariſtia, eſt unum ex præcipuis myſteriis, quæ Chriſtus docuit; dixit enim: *Hoc eſt Corpus meum*: ergo &c.

3. Eccleſiam univerſalem errare poſſe in his, quæ ſunt de fide. R. verbo *Bucerus*.

XVI. Pædobaptistæ, iidem ſunt ac Anabaptiſtæ quibus ſatiùs viſum eſt

Digitized by Google

omittere Baptiſmum in parvulis, quàm illos ſinè fide propriâ baptizare; dicti *Pædobaptiſtæ*, quaſi puerorum Baptiſmum contemnentes: quorum coriphęus videtur Lutherus. Vide verbo *Anabaptiſtæ*. Verum eſt, quòd Anabaptiſtæ conſueverunt vocare Catbolicos *Pædobaptiſtas*; ideò iſti hæretici ab aliis vocantur Anti-Pędobaptiſtæ: inſurrexerunt autem hiſce Sectarii anno 1544.

XVII. Peirerus Isaacus, Burdigale natus, anno 1655. Hollandiæ tractatum edidit, in quo Judæos, utpotè originem ab Adamo ſortitos *Adamitas* appellat; Gentiles verò, *Præadamitas* nominat, quorum originem ſtatuit diù Adamum præceſſiſſe. Sed cum videret hanc ſabulam primis Geneſeos verbis validiſſimè confutari, finxit creationem Adami, capitulo ſecundo Geneſis à Moyſe deſcriptam, aliam eſſe ab eâ hominum creatione, de quâ idem Moyſes capite primo ſermonem fecerat, quod fabuloſâ Ægyptiorum, & Chaldęorum antiquitate probare conatus eſt, necnon quorundam Rabbinorum commentis, qui alium mundum, de quo tamen Moyſes altè ſiluerat, fuiſſe ſomniaverant. Doctrinæ novitas, licèt ſibi patronos aliquos (ut fieri ſæpè contingit, juxta illud *omnia nova placent*) conciliaverit; in ipſo tamen ortu pręfocata eſt. Joannes Conradus Dannhawerus, Strasburgi Theologiæ profeſſor, Peirerum aggreſſus eſt, opere, quod inſcripſit: *Præadamitæ vitis ſivè fabula primorum hominum antè Adamum conditorum exploſa*. Joannes Henricus Urſinus eumdem impugnavit, edito Francofurti libello, ſub titulo: *Novus Prometheus, Præadamitarum Plaſtes ad Caucaſum relegatus, & religatus*. Samuel Mareſius, profeſſor Groningæ, ſcripſit: *Refutationem fabulæ Præadamiticæ*. Joannes Hilpertus, tractatu *Diſquiſitio de Præadamitis* inſcripto, Peireri ſiſtema confutavit. Idem pręſtitit Philippus Prior, opere Pariſiis edito, cum titulo: *Animadverſiones in librum Pręadamitarum*. In eo autem opere ſibi Euſebii Romani nomen impoſuit. Tandem anno 1656. Lugduni Batavorum apparuit: *Reſponſio exctaſtica ad tractatum incerto auctore nuper editum, cui titulus. Præadamitæ, auctore Pythio Miniſtro*. Anno 1655. Epiſcopus Namurcenſis in Germania inferiori, Peireri libellum gravi cenſurâ perſtrinxit. Anno ſequenti menſe Februarii captus eſt Peirerus Bruxellis, à triginta viris armis inſtructis, & carceri mancipatus, Condæi tamen Principis auctoritate, immunis evaſit. Tandem Romam profectus, & Catholicam Religionem amplexus, Calvinianam hæreſim abjuravit: Præadamiticam fabulam libello edito retractavit. Mortuus eſt Pariſiis. Vide verbo *Præadamitæ*, ubi iterum agitur de ſubiectâ materiâ.

Pelagius, natione Britannicus, ideò dictus Britannus coluber, circà finem ſeculi quarti ortum habuit. Subtili à naturâ dotatus ingenio, etiã arte benè dicendi excellens. Non fuit Monachus Cœnobita, ſed veluti Monachus, ſic eum S. Auguſtinus appellat; qui enim in ſuâ domo, ſeculi contemptum modeſtiore corporis habitu, moribuſque profitebantur, tanquàm Monachi in hominum opinione erant. V. Hujuſmodi fuit Pelagius, qui à ſpiritu vanitatis ſeductus, falſam cœpit promulgare doctrinam, aſſerens, ſolis naturæ viribus poſſe hominem inculpabiliter vivere ſinè peccato, nec opus eſſe Dei gratiâ ad acquirendam beatitudinem, quam, ſolo operante libero arbitrio, poſſe hominem conſequi affirmabat. Primò in Oriente erronea Pelagii doctrina fuit detecta. Orientalium Epiſcoporum judicium declinatus Pelagius, Romam profectus; indè unâ cum Cœleſtio ſuę impietatis ſocio regreſſus, in Palęſtinam remeavit, ubi in ſuis erroneis ſenſibus, ultrò ſe induratum vivere patefecit, libro edito, in quo contrà Eccleſiæ ſanam doctrinam, varios eſt commentatus errores; quapropter in Dioſpolitanâ Synodo ab Epiſcopis damnatus, æquivocatione verborum,

ſtu-

ſtuduit à damnatione ſe eximere, ſicut de facto verborum ambagibus Patres decepit, à quibus & abſolutionem obtinuit: ſed in ſuâ impietate perſiſtens, contrà D. Hieronymum, qui Pelagium oppugnaverat, perſecutione excitatâ, à D. Auguſtino nervosè fuit oppugnatus: iterumque in Africano Concilio damnata eſt Pelagii doctrina, anathemate etiam confixa à diverſis Pontificibus, Innocentio, Zozimo, & Cœleſtino. Solemni edicto ab Honorio Imperatore contrà Pelagianos promulgato, quotquot inſuper Pelagio adhærebant, non modò Româ, ſed ab univerſa Italia fuere expulſi: coactus proindè Pelagius patriam ſuam repetere, ibi miſerabiliter deceſſit. Pelagianam doctrinam plures doctiſſimi viri noviſſimè confutarunt, intèr quos Petavius è Societate Jeſu, & Eminentiſſimus Noris, ad quos lectorem remitto, ſi copioſiora de Pelagio, & Pelagianiſmo deſiderat. Cæterùm Pelagius, qui fuit infenſiſſimus hoſtis gratiæ, primò cœpit negare neceſſitatem gratiæ, ad exercenda opera virtutum, ad omnium præceptorum obſervantiam, & ad æternam ſalutem conſequendam: ad hæc omnia naturam hominis ſufficere aſſerens; ſed cum ob hunc errorem, tanquàm hæreticus, à Chriſtifidelibus haberetur, ſe retractavit in Concilio Palæſtino, ſimulatè tamen, nam ad vomitum reverſus, gratiam, quam in Concilio confeſſus fuerat, in naturam commutavit, prædicando realiter ipſam naturam eſſe gratiam; undè idem dicebat, quòd priùs. Rurſus autem cognitâ ejus nequitiâ, à Catholicis obiurgabatur, undè novum gratiæ, quam innexerat, commentum exhibuit, dicendo, nomine gratiæ, ſe intelligere legem divinitus traditam, ſicut & doctrinam ſacram, cujus auxiliis dicebat, hominem indigere ad ſalutem: nullam tamen admittere videbatur gratiam internam. Præcipui errores Pelagii damnati in Conciliis Africano, Milevitano, & Carthaginenſi, ſunt ſequentes.

1. Adam ſivè peccaret, ſivè non, mortuus eſſet.

2. Peccatum Adæ ipſum ſolum læſit, non verò reliquum genus humanum.

3. Infantes recenter nati, in illo ſtatu ſunt, in quo Adam fuit antè ſuam prævaricationem.

4. Neque per mortem, neque per prævaricationem Adæ omne genus humanum moritur, neque per Reſurrectionem Chriſti omne genus humanum reſurgit.

5. Infantes etiam non baptizati, habent vitam æternam.

6. Divites baptizati, niſi omnibus abrenuncient, ſi quid bonum videntur facere, non imputatur eis, nec poſſunt habere Regnum Dei.

7. Gratia Dei, atque adjutorium non datur ad ſingulos actus, ſed in libero arbitrio ſunt, in lege, atque doctrina

8. Gratia Dei juxta merita noſtra datur.

9. Filii Dei vocari non poſſunt, niſi omninò abſque peccato fuerint.

10. Non eſſe liberum arbitrium, ſi Dei indiget auxilio, quoniam in propria voluntate habet unuſquiſque facere aliquid, vel non facere.

11. Victoria noſtra non eſt ex Dei adjutorio, ſed ex libero arbitrio.

12. Pœnitentibus venia non datur ſecundùm gratiam, & miſericordiam Dei, ſed ſecundùm meritum, & laborem iis, qui per pœnitentiam digni fuerunt miſericordiâ.

Reprobaturus breviter, & cum claritate Pelagianos errores, ſequentes propoſitiones ſubnecto.

1. Homo, ſi perſeveraſſet in ſtatu innocentiæ, fuiſſet immortalis.

Veritas hujus propoſitionis conſtat ex Concil. Milevitano Can. 1. & ex Trid. ſeſſ. 5. Can. 7. Unanimiter ſentiunt SS. PP. hominem in ſtatu innocentiæ abſque mortis tranſitu, translatum iri à Deo, poſt longum annorum curſum ex hàc vitâ terreſtri, ad cœleſtem beatitudinem. Tum quia

Deus

Deus minitatus eſt mortem primo parenti, quandocumque peccaſſet, ſecùs neque pœnâ mortis damnatus fuiſſet; Verum quidem eſt, quòd illa immortalitas non proveniebat à naturali conſtitutione hominis, ſed ab externâ ordinatione Dei, volentis conſervare hominem immortalem, quandocumque non peccaſſet.

2. Protoparentes creati fuerunt in juſtitia originali, in quà poſt eorum prævaricationem, nemo ampliùs mortalium creatus fuit, aut genitus, unâ excepta Deiparâ, cujus immunitas ab originali peccato, licèt ad Fidei Catholicæ gradum non pertingat, piiſſimè tamen ab Eccleſia ſuſcipitur, & celebratur. Chriſtus autem Dominus, juxtà Fidem Catholicam, ſinè originali peccato debuit eſſe, cum non fuerit conceptus ex ſemine viri. Protoparentes non fuiſſe creatos in puris naturalibus, ſed cum juſtitia originali, conſtat Eccleſ. 17. *Deus creavit hominem de terrá, & ſecundùm ſe veſtivit illum virtute.* Creatio autem refertur ad naturam, veſtitio verò ad dona ſupernaturalia, quæ fuerunt à Deo Protoparentibus conceſſa. Protoparentes non fuiſſe creatos in puris naturalibus, conſtat, quia conditi erant, ut in æternum durarent, dummodò ſervarent præcepti cuſtodiam, ad quam ſervandam Deus utique ipſis conceſſerat omnia neceſſaria, cujuſmodi erat juſtitia originalis, quæ ſummi ipſis erat auxilii, ut permanerent in obedientiâ, & ex propriâ voluntate facti prævaricatores præcepti, rei etiam mortis conſtituti ſunt, cum totâ propagine, quales non erant antè commiſſionem peccati: ergo erant creati in ſtatu longè feliciori, quàm nos creati ſimus; felicitas autem illorum ſtatus, non aliundè meliùs poteſt argumentari, quàm ex juſtitiâ originali, quâ fuerant ditati, ſinè rebellione ſenſus ad rationem: coercebatur autem talis rebellio, non à natura, quæ potiùs inclinat ad rebellionem: ergo coercebatur ab aliquo dono ſupernaturali collato, ſcilicèt à juſtitiâ originali, quà amiſſa, ſtatim erubeſcere cœperunt.

3. De facto datur peccatum originale, quod in omnibus hominibus propagatur. Prob. ex Script. Job. 14. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?* Pſal. 50. *In peccatis concepit me mater mea.* Ad Rom. 5. verſ. 12. *Sicut per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors.* Et verſ. 19. *Per inobedientiam unius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi.* Conc. Trid. ſeſſ. 5. Can. 4. dixit, per Baptiſmum tolli totum id, quod habet veram, & propriam rationem peccati: itaque ex Adami tranſgreſſione, non tantùm pœnam peccati contraximus, ſed etiam culpam, quæ in nobis dicitur originalis.

4. Peccatum originale habet rationem veræ culpæ habitualis, juſto Dei judicio ad Adę poſteros derivatę, quia omnes poſteri moraliter peccaverunt in Protoparente; eo quòd ille peccaverit ut totius generis humani caput, & principium: undè peccatum ejus fuit peccatum totius naturę, dicente Apoſtolo, ad Epheſ. 2. *Eramus natura filii iræ.* Totius enim naturæ humanæ in ipſum refundebatur poteſtas. Ideò ex Adami culpâ avertente naturã habitualitèr à Deo, & convertente illam ad bonum commutabile, ſumus omnes & ſinguli peccatores verè intrinſicè, & habitualiter; licèt non dicamur peccantes; quia intrinſecùs nobis non eſt peccati originalis actus; ſed ſolùm habitus. Undè Apoſtolus: *In quo* (inquit) *omnes peccaverunt.* Inde etiam propoſitio noſtra probatur; quia quotquot naſcuntur ex maſſâ naturæ intrinſecæ infectæ, infectionem contrahunt, alioquin non eſſet infectio totius naturæ, ſi aliqua ejus pars in aliquo naſcente individuo ſinè infectione inveniretur: atqui nos omnes naſcimur ex maſsâ humanæ naturæ peccato capitis infectâ: ergo omnes originale peccatum contrahimus. Vide D. Thom. 1. 2. quęſt. 81. art. 1. Aliquale exemplum ad rei explicatio-

nem

nem poſſumus invenire, licèt non adæquatum. Nam filii in humanis ſæpè lege Regum, aut regnorum privantur hæreditate paternâ per culpam parentum, vel exules vivere coguntur; hinc etiam poteſt explicari culpa originalis exemplo Principis, cum milite pacifcentis de recipiendo illum, & ejus poſteros in gratiam, & amicitiam ſuam, ſi benè ſe geſſerit in bello, in quo viceverſa, ſi malè ſe geſſerit nedum ipſe, ſed etiam ejus poſteri juſtam Principis inimicitiam, nec non infamiæ maculam in propria ſtirpe incurrant: ſi ergo id poteſt Princeps, à fortiori Deus ſupremus omnium Dominus.

5. Intantùm peccatum originale propagatur, quia homo deſcendens per ſeminalem propagationẽ ex Adamo, contrahit debitum culpæ, quam in Adamo commiſit, eo quòd de tali debito contrahendo ab omnibus per ſeminalem propagationem ab Adamo deſcendentibus, quotieſcumque Adam peccaſſet, Deus pactum inierat cum Adamo.

6. Parvuli decedentes abſq; Baptiſmo, puniuntur pœnâ damni, non ſenſus. Secunda pars hujus propoſitionis ponitur à me ſecundùm opinionem, non ſecundùm fidem; ut jam alibi monui, tom. 1. Probatur tamen ex illo Apocal. 18. *Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantùm date illi tormentum & luctum*. Sed parvuli non fuerunt in deliciis; ergo non puniuntur pœnâ ſenſus: ergo ſolâ pœnâ damni, cum ſint filii iræ:& cum peccatum originale tollat juſtitiam originalem à creaturâ, reddit etiam incapacẽ viſionis beatificæ;nulla enim creatura, niſi juſtificata, & à quacumque maculâ depurata, admittitur ad viſionem beatificam:ergo parvuli decedentes abſque Baptiſmo, cum non ſint juſtificati, puniuntur pœna damni.

7. Datur omnibus gratia ſufficiens ad implenda præcepta, ſecundùm legem ſibi notam propoſita; id eſt, ſivè quis lege dumtaxat rationis naturalis regatur, ignorans aliam, ut ſunt infideles, quos negativè tales ſcholaſtici Doctores appellant; ſivè legem ſupernaturalem noverit ſufficienter ſibi propoſitam, in quo caſu habet præceptum credendi; ſivè tandem ipſam profiteatur ſupernaturalem legem, omnes, inquàm, iſti habent ſufficientiâ adiutoriâ à Deo ad non peccandum, ſivè ad præcepta implenda, quibus nemo, niſi culpabiliter caret, quæ gratia ſufficiens nullatenus derogat libero arbitrio; quandoquidem Divinę gratiæ humana voluntas ex ſuo libero arbitrio ſæpè reluctatur. Propoſitio probatur ex ſacris paginis, ubi Deus ſæpè conqueritur, quòd peccatores vocati ad pænitentiam, obturant aures ſuas, & peccantes, atque in peccatis perſiſtentes renunt convertere ad Deum: Sed fruſtra Deus quereretur de peccatoribus, qui non convertuntur, ſi non haberent gratiam ſufficientem ad converſionem; aut ſi imputabilis ipſis non eſſet defectus virium à gratiâ Dei provenientium, Deus enim impoſſibilia non quærit à peccatoribus. Hinc obſervandum eſt, quòd omnis ſufficientia voluntatis humanę, quâ valet ordinare opera ſua ad finem honeſtum, ex Deo eſt: ipſa autem voluntas, quæ ex vitio originalis peccati delectabilia, & utilia ſecundùm ſenſum ſequitur, ſi ductum Dei illuminantis, & excitantis ad honeſtum reſpuit, fœdiùs cadit, & indignior fit adjutoriis gratiæ Dei, quibus juſtiſſimè privatur; niſi ex ſuperabundanti Dei miſericordiâ deinceps p oveniant. Undè ex culpabili receſſu à gratia Dei, impotens redditur actu multoties ad præceptorum impletionem. Semper tamen poteſt, ſaltem remotè, quia poteſt orare; hanc enim gratiam Deus nemini negat, etſi nemini debeat: oranti autem ex corde, prompta eſt miſericordia Dei. Undè Tridentin. *Deus impoſſibilia non jubet; ſed jubendo monet, & facere quòd poſſis, & petere quòd non poſſis*. Dari inſuper gratiam ſufficientem ad ſalutem, profitentur Concilium Arauſicanum ſecundùm Can. 25. Conc.

Trid.

Trid. ſeſſ. 6. Can. 4. & 5. nos autem ſępè reluctari gratiæ, monent ſępiùs ſacræ paginæ Act. 7. *Vos ſemper Spiritu ſancto reſiſtitis*. Si Deus non daret omnibus gratiam ſufficientem, in ſenſu explicato, fruſtrà omnes obligaret ad obſervantiam pręceptorum, quæ ſinè gratia ſufficienti nequeunt obſervari.

8. Non poteſt homo propriis viribus, & ſinè auxilio ſupernaturali velle, aut perficere ullum bonum opus, quod ad æternam ſalutem conferat. Propoſitio probatur ex ſacris paginis Pſal. 126. *Niſi Dominus ędificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant*. Joann. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum.* Ad Philip. 2. ver. 13. *Deus eſt enim, qui operatur in nobis & velle, & perficere*. Roboratur etiam propoſitio ex Concilio Milevitano, Arauſicano, & Tridentino, ubi apertè legitur, hominem abſque ſpeciali Dei gratia, non poſſe operari bonum ordinis ſupernaturalis. Tum quia omnis actus tendens in vitam æternam, eſt ultrà vires humanas, ideoque opus habet homo roborari medio auxilio gratiæ, ad hoc ut poſſit exire in ſimiles actus, & ut ſit proportio intèr potentiam, & actum, quæ neceſſaria eſt, ad hoc ut potentia poſſit exire in actum.

9. Dum homo operatur opera ordinis ſupernaturalis, eſt liber. Propoſitio probatur, quia ſi voluntas non eſſet libera, dum operatur opera ordinis ſupernaturalis, actus non eſſet liber, ergo neque moraliter bonus, aut malus; ad hoc enim ut actus ſit moralitèr bonus, aut malus, conſtat; quòd debet eſſe liber.

10. Deus non ſolùm dat vires ſufficientes ad opera ſalutaria, ſed etiam dat ipſum velle voluntatis, ipſumque perficere; ita ut opera bona noſtra ſint propriè, & verè dona Dei, quæ Divina operatio non deſtruit noſtram libertatem; imò illam perficit. Qui hæc capere neſcit, oportet ut credat. Nam duo docet nos Chriſtiana Fides; ſcilicèt, nihil nos boni habere, niſi acceptum à Deo; atque ſi bonum facimus, eſſe in noſtra poteſtate non facere. Ob primum gloriari de bono opere non poſſumus in nobis, ſed in Deo donante: ob ſecundum à Deo remuneramur. Quomodo hæc ſint, præcepit Deus credere, non præcepit ſcire. Hæc eſt præcipua contrà Pelagium doctrina, qui credere voluit; ſcire præſumpſit: & ideo Dei gratiam negavit, quam cum arbitrio humano componere neſcivit. At ſi ille ſciret, quomodò myſterium hoc magnum ad fidem pertineret? Magnus Auguſtinus ſæpiùs confeſſus eſt, ſe ſcire hæc non poſſe, quia omnem ſuperant humanum captum. Sequamur humilitatem ejus, ſuperbiam Pelagii deteſtantes, & ubi ratio deficit, potentior firmet fides.

XVI. Pelagiani Novi. Plures ſectarii, tam à ſchola Lutheri, quàm Calvini progeniti, Pelagii errores circà originale peccatum renovarunt, de quibus ſermonem inſtituit Lindanus Dubitantii ſui Dialogo. Secundò Staphilus Apologiâ de Lutheranorum inter ſe concordiâ. Hoſius de Sacramento Baptiſmi. Vide etiam Prateolum verbo *Pelagius*. Dicti ſunt Pelagiani Novi *Cornariſtæ* à Theodoro Cornartio Comitiorum Holandicorum Secretario, qui circa annum 1595. vivere deſiit. Sed ejus hæreſis per Holandiam ſuperſtes, valdè dilatata fuit, ineunte ſeculo decimo ſeptimo: ut igitur tam contrà novos, quàm contrà veteres Pelagianos, exiſtentiam peccati originalis comprobemus, quam ipſi negant, ex quâ negatione cæteræ dimanarunt Pelagii inſaniæ, quoſcumque negantes exiſtentiam peccati originalis. Reprobamus primo ex ſac. Scrip. Job 14. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?* Pſal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Ubi numerus pluralis pro ſingulari ponitur, pro ut aliquando ſolet Scriptura. Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors*. Nec valet

Pela-

Pelagianorum effugium, dicentium peccatum imitatione in mundum intraſſe, non propagatinne, Apoſtolus enim hanc evationem excludit, ad Epheſ.2. cum ait: *Nos naturá eſſe filios iræ*. Imò cum Pelagius quęreret per quas rimulas hoc peccatum dilaberetur in animam, reſpondit S.Auguſtinus lib.2. de Nuptiis, c. 28. ex eo loco Apoſtoli; *Quid quæris, ò Pelagi? rimulam latentem, cum januam habeas apertiſſimam. Per unū hominem peccatum intravit in mundum. Quid amplius quæris?*

R. Secundo auctoritate Conciliorum, & præcipuè Concilii Trid. ſeſſ.5. de peccato originali. His omnibus accedit ratio Theologica, ex inſtitutione Baptiſmi petita; Eccleſia ênim ſemper credidit, Baptiſmum ſpecialiter ſuiſſe inſtitutum non ſolùm pro adultis, ſed etiam pro parvulis, ut ſcilicèt per ipſum mundarentur à peccato originali; ſicuti antè adventum Chriſti alía erant remedia, quibus inſaptes à culpa originali mundabantur, ut probant Theologi. Nec valet dicere nullum eſſe peccatum, niſi voluntarium; inſantes autem, cum uti propriâ voluntate non poſſint, neque ullum peccatum contrahere in eorum conceptione. Reſpondet enim, & ſolvit objectionem Divus Thomas part.2. quæſt.81. art.1., & nns ſuprà jam contrà Pelagium ſatis rem expoſuimus. Addere etiam libet, ipſas naturæ humanæ miſerias ſatìs fidei de peccato originali, ſui experientiâ inſervire; ut enim animadvertit graviſſimus ille Theologus, Franciſcus Zumel in 1.2. D.Thom. tom.1. q.81. art.1. diſp.1. *Philoſophi, qui lumine fidei caruerunt, cum humanæ naturæ miſerias in ſe ipſis experirentur, & cernerent, & peccatum originale, quod fuit prima eorum cauſa, minimè cognoſcerent, valdè de natura ipſa conquæruntur, quòd talem eam condidevit Princeps hujus mundi, & idcircò fabuloſas, & confictas excogitaverunt cauſas hujus humanæ miſeriæ*. Qui plura de peccato originali adversùs hæreticos velit, adeat præfatum Zumelium, rem ibi latè, ac eruditè pertractantem.

PELAGINI. In valle Camonica XVII.
Diœceſis Brixienſis, circà medium ſeculi 17. à Jacobo Philippo, dicto à S. Pelagio, Mediolanenſi, originē habuerunt, cujus proindè ſectatores *Pelagini* ſunt nuncupati, eò quòd in Oratorio S. Pelagiæ ſacro convenirent. Præfatus Jacobus, ſub ementitâ ſanctitate, hæreſi dedit initium, *Quietiſtarum, & Orantium*, perverſa dogmata conſundens: laicis, etiam mulieribus prædicandi poteſtatem faciens, in nocturnis conventiculis, ſuis ſectatoribus turpitèr commiſceri permittens. Plures ex eis capti, quorum unus facie ad faciem Deum alloqui gloriabatur, edito revelationum libro, in quo plures errores inſerti contrà SS. Trinitatem, contrà Eccleſiam, contrà Prçlatos. De hac hæreſi copinſiùs ſcribit Berninus ſeculo 17. cap.9.

POENITENTIARII, ſectâ ſunt Mol- XV.
les Confeſſioniſtæ, qui anno 1559. ſeptem craſſiſſimos errores immiſcuerunt circà doctrinam de Pœnitentia. Hac de re *Illyricus* accuſat Witembergenſes, & Lipſenſes.

PEPUZIANI, ſivè PEPUZITÆ, II.
à quodam oppido, quod *Pepuza* nominatur, ſunt appellati; eſt autem *Pepuza*, ut teſtatur S. Epiphanius, civitas quędā deſerta in Phrygia, quę adeò in honore habebatur apud Pepuzianos, ut eam Jeruſalem nominarent; & ſomniabant, Chriſtum ſub ſpecie fœminæ in eâ civitate revelatum fuiſſe: ex quo tantam mulieribus tribuebant dignitatem, ut etiam Sacerdotio honorarentur. Fuerunt autem Pepuzitæ, ſectâ Montaniſtæ, imò ipſos Montaniſtas, etiam Pepuzitas ſuiſſe nuncupatos, aſſerit Nicæphorus ſuę hiſt. lib.4. Vide *Quintilliani*.

PERATICUS EUPHRATES, à quo II.
Peratæ vocati, ſunt prodiit ex ſchola Simonis Magi: ſocios habuit *Ademum* & *Cariſtium* teſte Theodoreto, hæretic. ſabul. lib.1. Hi omnes in eâ fuerunt ſententiâ, ut dicerent unum eſſe

mundum, tripèrtitò diviſum, & unam quidem partem, eſſe veluti quendam maguum fontem, qui poteſt in infinitum dividi, & hunc vocant bonum perfectum paternum. Secundum verò, potentiarum infinitarum multitudinem. Tertium, ſpecialem. Primum fontem appellant ingenitum. Hos fontes, nominant tres Deos, tres homines, tres rationes, tres mentes: & tempore Herodis, aſſerunt deſcendiſſe ex illis fontibus quendam triplicis naturæ hominem tricorporeum, triplici poteſtate preditum, qui Chriſtus vocatur. Plura alia deliramenta, etiam de Chriſto effutiunt, quę recenſet Theodoretus loco citato.

XVI. Pervanus. In regno Pervano inventus eſt inſignis Theologiæ profeſſor, illic pro oraculo habitus, qui cum fœminæ cujuſdam, diabolicâ extaſi mundo illudentis, familiaritati ſe addixiſſet, eamque de profundiſſimis Theologiæ quæſtionibus conſuluiſſet, ab eâ uſque adeò dementatus eſt, ut ſibi in mentem induceret, ſe miracula perpetrare, & non minùs erroneas, quàm ridiculas propoſitiones enunciavit, in quibus ſuſtinendis cum induratus perſiſteret, ab Inquiſitoribus condemnatus, tandem igni traditus fuit. Ex Spond. ann. 1583.

1. Dicebat datum ſibi à Deo Angelum, à quo quidquid vellet, addiſceret.

2. Se ſingulari Dei familiaritate potitum eſſe.

3. Immediatè cum Deo ſe collocutum.

4. Regem ſe futurum, ac Summum Pontificem, translata in regiones Pervanas Sede Apoſtolica.

5. Se obtinuiſſe ſanctitatem Angelorum, & Apoſtolos ſanctitate antecellere.

6. Oblatam ſibi à Deo fuiſſe unionem hypoſtaticam, ſe verò eam recuſaſſe.

7. Se mundi redemptorem conſtitutum fuiſſe ſecundùm efficaciam, cum Jeſus Chriſtus tantùm fuerit ſecundùm ſufficientiam.

8. Univerſum ſtatum Eccleſiaſticum abrogatum iri, ſe verò alias leges conditurum, quibus Clericorum cœlibatus tollendus, uxorum multitudo concedenda, & confitendi neceſſitas excludenda. Hæc deliria hominis ſui impotis ſunt, ut nemo non videt. Ideò ſatis ſe ipſis reprobantur.

Perticonasati. Vide *Patalorincitæ*.

Petilianus, Pſeudo-Epiſcopus Cirtenſis in Africa, mediocris literaturæ, vixit temporibus D. Auguſtini, qui eundem confutavit, ſolvens argumenta, & ſophiſmata, quæ Petilianus, Donatiſtarum primipilus propoſuit in celebri conferentiâ, habita à Donatiſtis cū Orthodoxis, an. 411. cui interfuit pro parte Catholica D. Auguſtinus. Præter Donatiſtarum errores, docebat Petilianus. V.

1. Malos Sacerdotes non conficere vera Sacramenta. R. verbo *Albigenſes*.

2. Eos, qui ſe pro peccato interimunt, debere inter martyres nuncupari, eo quòd in ſe puniant, quod ſe dolent commiſiſſe. R. verbo *Circumcelliones*. Tum quia non licèt privatâ poteſtate occidere quemquam: ergo à fortiori neque licèt occidere ſeipſum. Tum quia non hominis, ſed Dei eſt martyrii voluntas, quia fortitudo, & charitas, quæ ad martyrium ſunt neceſſaria, ſunt à Deo. Ipſo etiam lumine naturæ docemur, nos vitæ, & mortis noſtræ poteſtatem non habere, ſed ſolum Deum. Quare ſui occiſionem, etiam Ethnici Philoſophi deteſtabantur, ut praviſſimum crimen; quamvis illam ex motivo, quod videretur honeſtum, quiſquam oppeteret. Vide Macrob. in Somn. Scipion.

3. Eandem efficaciam tribuebat Baptiſmo Joannis, ac Baptiſmo Chriſti. R. Matth. 3. Item Matth. 21. Act. Apoſt. 1. & 19. Tum quia Joannes à ſe baptizatos, iterùm à Chriſto rebaptizandos docuit, quod fuiſſet ſuperfluum, ſi eadem fuiſſet efficacia tam in uno, quàm in alio Baptiſmo. Tum quia Baptiſmus Joannis non au-

Google

ferebat peccatum originale, ut colligitur ex ipſo Joanne, qui videns Jeſum ad ſe venientem, dixit: *Ecce qui tollit peccata. Ego baptizo vos aqua: ille baptizabit vos Spiritu ſancto.* Undè baptizatos à Joanne, baptizabant Apoſtoli, in Actib. Apoſt.

XII. PETRO BRUSIANT, ſic dicti à Petro de Bruis. Vide in litera B. verbo *De Bruis*. Tom. 1. pag. 146.

VI. PETRUS APAMENSIS. De hoc Petro, Apameę Eccleſię invaſore, plura congerit Baronius ab ann. 518. uſq; ad annū 556. Sectâ fuit Eutychianus, & Acephalus. In Eccleſiam Romanam ſummo odio excandeſcens, ejuſdem decreta abolere pro viribus ſtuduit. Sanctorum inimiciſſimus, eorum imagines exturbavit, unius Dioſcori ſimulacrum veneraturus. In Monachos Syriæ excitata perſecutione, crudelitèr eoſdem vexavit. In Synodo Conſtantinopolitana, ſub Menna Epiſcopo congregata anno 536. condemnatus fuit.

VII. PETRUS MONOTHELITA, circà medium ſeculi ſeptimi in ſedem Alexandrinam intruſus, Monotheliſmi fautor; procurante Martino primo Romano Pontifice, à Sede, quam iniuſtè occupabat, fuit expulſus.

VII. PETRUS, in Eccleſia Conſtantinopolitana ſuſcipiendorum hoſpitum munere inſignitus, hęreticus Monothelita, in Pyrrhi pariter Monothelitæ locum ſubrogatus, ut Catholici faciem pręſeferret, datis ſubdolis literis ad Martinum Pontificem, in communionem recipi petiit: ſed ejus petitio, utpotè ſubdola, rejecta fuit. Hortatus autem à Pontifice, ut veram fidem profiteretur, reſpondit ad eundem per literas, in quibus corrupit teſtimonia Patrum, ut hæreſim ſuam commendaret. Anno 656. in ſua impietate deceſſit. Ex Baronio.

XII. PETRUS LOMBARDUS, Pariſienſis Epiſcopus, vir admodùm celebris, qui in unum volumen Theologicas Patrum ſententias collegit, undè & Sententiarum Magiſter meruit appellari, atque primi nominis Theologos, ut S. Thomam, S. Bonaventuram, Scotum, habuit Commentatores. Is ergo malè videbatur ſentire de Chriſto, dicens, quòd Chriſtus ſecundùm quod eſt homo, non eſt aliquid; quod ita intellexiſſe reor, ut ſignificaret, Chriſtum, in quantùm homo eſt, non eſſe *unum quid*, & *hoc aliquid*, ut antiquiores Philoſophi loquebantur, hoc eſt, *ſubſiſtens eſſentia*. Propterea accuſatus poſt mortem in Conc. Lateran. III. an. 1179. remiſit Pontifex Alexander III. examen cauſę ad Senonenſem Epiſcopum, qui juxtà ſibi præſcriptum, coacto Concilio Pariſiis, errorem illum damnavit, ut teſtatur Mathæus Paris in Hiſtor. Anglican. Henrico II. Rege. Tamen cum Romana Eccleſia judicium non tulerit, manet excuſationi locus. Nam ſenſus Lombardi is rectè potuit eſſe: ſcilicèt, Chriſtum in quantùm hominem, non eſſe humanum ſuppoſitum, quod facilè explicari minùs cautè potuit per nomen *aliquid*, aut *hoc aliquid* more Philoſophorum. Poſteà accuſatus fuit à Joachim Abbate, in Lateranenſi Conc. ſub Innoc. III. ubi compertum fuit, ſenſum Lombardi ſanum fuiſſe, atque adverſa Joachimi opinio reprobata. Habet tamen Magiſter viginti & ſex loca, quę à diſcipulis rejiciuntur; ſuntque additæ volumini Sententiarum adnotationes illorum, propter eos, qui aut minùs ſciunt, aut minùs cautè legunt.

PETRUS DE ARANDA, ſub Alexandro VI. Epiſcopus Calaguritanus, de hæreſi infamatus, crimine probato, omni dignitate privatur, & in Caſtro S. Angeli conjicitur. Ejus dogmata erant. XV.

1. Legem Moſaicam habere unum Principem, Chriſtianam verò tres, ſcilicèt Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.

2. Chriſtum paſſum non eſſe, ſi eſt Deus; ac proindè orando dicebat, *Gloria Patri*, non adjiciens Filio, & Spiritui ſancto.

3. Indulgentias nihil eſſe, vel operari, ſed inventas à Patribus pro eorum commodo.

4. Non eſſe Infernum, vel Purgatorium, ſed tantùm Paradiſum.

5. Antequàm celebraret, prandebat, & diebus ab Eccleſiâ prohibitis carnes comedebat. Quos omnes errores, jam alibi in hoc opere confutatos exhibuimus, & refert Spond. ann. 1498.

XV. Petrus Dresensis, in Saxiâ ortus, Patriâ, & oppido Dreſenſi in Miſniâ, Waldenſium erroribus infectus, cognitâ ejus hæreſi, à Patriâ fuit expulſus, circà annum 1410. proindè Pragam fugiens, ut victitaret, ibidem puerorum inſtituendorum curam ſuſcepit. *Jacobellum*, de quo ſuo loco actum, ad prævaricationem induxit, & univerſam Bohemiam corrupit, dicens, communionem ex Chriſti præcepto ſub utraque ſpecie, etiam laicis exhibendam, & eos, qui ſub utraque ſpecie non ſuſciperent, graviter peccare. R. primò, quia nullum extat præceptum Divinum communicandi ſub utraque ſpecie. Secundò, totus, & integer Chriſtus tam continetur ſub una ſpecie, quàm ſub alia. Tertiò, communicantes tantùm ſub unâ ſpecie, nulla gratiâ, ad ſalutem neceſſariâ defraudantur. Quartò denique, Eccleſiâ præſcribendo, ut laici, & Clerici non conficientes, ſub panis tantummodò ſpecie communicarent, ad hoc ſtabiliendum juſtis cauſis, & rationibus adducta fuit, & meritò; nam ut Trident. Concilium ſeſſion. 21. cap. 2. declarat: *Hanc poteſtatē perpetuò in Ecclēſiā fuiſſe, ut in Sacramentorū diſpenſatione, ſalvâ illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium utilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire judicaret. Quare agnoſcens ſancta Mater Eccleſia, hanc ſuam in adminiſtratione Sacramentorum auctoritatem, licèt ab initio Chriſtianæ Religionis non infrequens utriuſque ſpeciei uſus fuiſſet: tamen progreſſu temporis, latiſſimè jam mutata illa conſuetudine, gravibus & juſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi approbavit, & pro lege habendam decrevit, quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ auctoritate pro libito mutare non licet.* Cauſæ autem ille, vel rationes, quæ adduxerunt Eccleſiam ad ſupprimendum pro laicis uſum calicis, tales ſunt. Primò, uniformitas inter fideles omnes obſervanda: Patres enim Conſtantienſes, & Baſileenſes innuunt, ſuâ ætate jam à longo tempore receptum invaluiſſe morem, communicandi ſub unâ ſpecie. Secundò, periculum effuſionis, & irreverentiæ in Sanctiſſimum Sacramentum. Tertiò, difficultas diù aſſervandi vini ſpeciem, pro communione infirmorum. Quartò, multorum à vino bibendo, & in eodem cum multis aliis calice, abhorrens indoles. Quintò, penuria vini in multis regionibus. Sextò denique, hæreticorum pervicacia, obſtinatè contendentium utramque ſpeciem jure Divino eſſe ad Sacramenti ſubſtantiam neceſſariam. His non obſtantibus ad frequentes, & ſæpius iteratas Gallorum, & Germanorum expoſtulationes de reſtituendo Calicis uſu, Concilium Tridentinum rem totam ſummi Pontificis prudentiæ, ac ſapientiæ commiſit, ut videre eſt ſeſſ. 22. in fine: intacto tamen Chriſtianiſſimorum Galliæ Regum privilegio, qui, die quâ inaugurantur, Euchariſtiam ſub utraque ſpecie percipiunt. De Petro Dreſenſi agit Æneas Sylvius in hiſt. *Boem.*

Petrus Goviezius, Vide *Duitæ*.

Petrus Carpentarius. Vide *Calviniſtæ Cauſarii*.

Petrus Joannis, vixit ſeculo duodecimo, quo ſeculo jam cadente deceſſit. Inter hæreſiarcas recenſitus à Prateolo; juſſu Cœleſtini tertii, ejus oſſa exhumata, & igni tradita fuerunt, ejuſque errores in Concilio Viennenſi, ſub Clemente Papa V. iterum damnati fuerunt, quia fortè iterum ab aliquo, de novo excitabantur. Primus eſt, qui auſus fuit Ro- XII.

ma-

manum Pontificem Antichriſti nomine impetere.

1. Docuit, animam rationalem non eſſe formam hominis. R. Ex Concil. Lateran. 5. celebrato anno 1512. ſeſſ. 8. ubi legitur: *Cum anima non ſolùm verè, & per ſe, & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat &c.* Tum quia, ſi anima rationalis non eſſet forma hominis, homo non eſſet animal rationale; eſt enim rationalis à forma, ſcilicèt animâ rationali, quam habet. Tum quia, ſi anima rationalis non eſſet forma hominis, fruſtrà poneretur in homine; at Petrus Joannis concedit eſſe in homine animam rationalem, quo ergo jure negat hanc eſſe formam hominis? Tum quia, ſi forma hominis non eſſet anima rationalis, homo non differret à pecude, pluſquàm leo differat à bove.

2. Docet, Apoſtolos non prædicaſſe Euangelium Chriſti juxta ſpiritualem intelligentiam, ſed tantùm ſecundùm literam. R. Ex Act. Apoſt. & Eccleſiaſticis hiſtoriis, ex quibus colligitur, Apoſtolos prædicaſſe ſecundùm ſpiritualem intelligentia[illegible] Euangeliũ, eu[illegible] ſenſus literalis [illegible]gelii plura ſub ſe claudat myſteriâ, & plura intelligenda tantùm ſpiritualiter ex intentione Chriſti; maximè cum Chriſtus ut plurimùm loquutus ſit in parabolis.

3. Negat in Baptiſmo inſundi ullam gratiam: R. verbo *Armeni*, contrà quos probatum eſt Sacramenta conferre gratiam.

4. Aſſerit, Chriſtum, cum adhuc eſſet vivus, ſuſtinuiſſe vulnus lanceæ. R. ex aperto teſtimonio Euangelii Joannis, ubi hiſtoria paſſionis Chriſti perhibetur his verbis: *Ad Jeſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis, & aqua.*

5. Per Babylonem, univerſam Eccleſiam Romanam intelligit: per Antichriſtum verò, Summum Pontificem. Circa quę conſule, quæ infrà dicta ſunt verbo *Petrus Joannis Olivi.*

XVI. Petrus Martyr, cognomento Vermilli, licèt Petrus Martyr, mutato cognomine, nunçupari voluerit, natione Florentinus, regularem vitam profeſſus, Grçcæ linguæ expertus, Patavii ſtudiis Philoſophicis imbutus, Theologicis verò Boroniæ, dicendi facundiâ inſignis, in celebrem Concionatorem evaſit: ex lectione operum Zuinglii, & Buceri Neapoli contaminatus, ibidem cum Joanne Valdes Hiſpano, & ſectâ Lutherano, initâ amicitiâ, Proteſtantibus adhærere cœpit, & per ſecretas conciones, plures etiam conſpicuos viros Luthero lucrari enitens, de hæreſi accuſatur. Neapoli aufugiens, Lucam ſe contulit, ubi quatuor præcipuos virns pervertit, & ſocios in apoſtaſiâ habuit, unâ cum Bernardino Ochimo, qui omnes ad hæreticos in Helvetiâ confugerunt. Petrus, ſuadente Bucero, Straſburgi publicè prędicationis munere aſſumpto, Monialem in uxorem duxit, & vir magni nominis intèr Proteſtantes evaſit; deindè in Angliam vocatus, ut in Oxſordienſi univerſitate doceret, à Maria Reginâ Catholicâ, mortuo Eduardo hæretico, qui Petrum vocaverat, ſtatìm Angliâ expulſus, iterùm ad Helveticos remeavit, & Poſſiniacenſi colloquio, habito ann. 1561. interfuit. Sed cum à Calviniſtis circà Euchariſtiam diſſentiret, ab ipſis Calviniſtis veneno interfectum fuiſſe, Tiguri, ſunt qui aſſerant, anno 1562., cum plura opera ad ſuas blaſphemias ſuſtinendas, & propagandas ſcripſiſſet. Brentium, & Bullingerium potiſſimùm Antagoniſtas habuit, contrà quorum doctrinam etiam calamum acuit. Ex Spondano anno 1547.

1. Dixit, Chriſti corpus nec realitèr, nec Sacramentalitèr eſſe poſſe ſub ſpeciebus Euchariſticis; cum neque per Dei potentiam idem corpus eſſe poſſit in pluribus locis. R. verbo *Anabaptiſtæ*, & verbo *Bucerus.* Idem autem corpus, per Dei potentiam, eſſe poſſe pluribus in locis, diſertè probant Philoſophi; quatenùs nullum eſſentiale impoſſibilitatis principium

inve-

inveniunt; maximè loquendo de præſentia non circunſcriptivâ.

2. Formam conſecrationis ſic exponebat: Hæc eſt figura, vel ſignum corporis mei. R. Quia ſi panis Euchariſticus eſſet ſimplicitèr ſignum, & in hoc conſiſteret eſſentia Euchariſtiæ, à fortiori tabula, in quâ pingitur cœna Domini, deberet dici Euchariſtia, quia meliùs ſignat corpus Chriſti tabula,in quâ pingitur cœna Domini,quàm poſſit ſignare fruſtulum panis,in ſe præcisè ſpectatum. Vide Velloſillum in advertentiis Theologicis ad tom. 2. Chryſoſtomi, quæſit. 3. ae 15. & 16. atque ad 6. tom. D. Auguſt. quæſito 3.

3. Dixit, Chriſtum intraſſe ad Diſcipulos in octava Paſchę per feneſtras. Hic error etiam arriſit Durando, qui judicavit partes quantitatis penetrari non poſſe, in 4. diſt.44. q.6. & alibi. Reiicitur tamen non ſinè graviſſimis cenſuræ notis à Theologis. Vide Velloſillum in ſuis Advertentiis, & Graveſonde Myſteriis, & ann. Chriſti diſſert. 22. in 2. argumento. R. Ex Euangelii Textu, in quo ingreſſus Chriſti ad Diſcipulos manifeſtatur factus januis clauſis. Nam, quòd dixerit: *Januis clauſis*, miraculum penetrationis ſignifficare voluit, ut nemo non videt: ridicula autem, & Euangeliſtis indigna narratio eſſet, ſi id animadvertentes, ingreſſum per feneſtras non excluderent.

4. Non eſſe neceſſariò credendum B. Mariam fuiſſe perpetuò Virginem, cum (ut dicebat) de hoc nulla fiat mentio in ſacris literis. R. verbo *Antimariani*.

5. Negavit immunitatem Eccleſiaſticam.R.Quia in omni lege,quæ ad Deum,religionis ergo pertinent, immunia ſunt ab hominum jure, dictante id naturali ratione. Undè habetur ex Script. Geneſ. 47. quod Joſeph,cum tributarium faceret univerſam Ægyptum, exemptos fecit Sacerdotes. Id ipſum habetur in lege ſcriptâ, Num.3. 10., ubi loquens Dominus ad Moyſen ait: *Dabis dono Levitas Aaron, & filiis ejus, quibus traditi ſunt à filiis Iſrael*. Et infrà num.45. *Eruntque Levitæ mei, ego Dominus*. Et cap.8.*Statueſque Levitas in conſpectu Aaron, & filiorum ejus, & conſecrabis oblatos Domino, & ſeparabis de medio filiorum Iſrael, ut ſint mei, & poſteà ingredientur tabernaculum fœderis, ut ſerviant mihi. Sicque purificabis, & conſecrabis eos in oblationem Domini, quoniam dono donati ſunt mihi à filiis Iſrael*. Ex quibus textibus conſtat, Levitas tantùm Aaroni, ejuſque ſuceceſſoribus Sacerdotibus fuiſſe ſubiectos. Inſuper Sacerdotes, ac Levitas fuiſſe à tributis, & exactionibus immunes,colligitur Matth.17. Quam immunitatem ibi ſignificat Chriſtus competere tum ſibi, tamquàm Filio naturali Regis Regum, tum B. Petro, propter quandam participationem; interrogans enim ibi Chriſtus Petrum, ait: *Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum? à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille* (ſcilicèt Petrus) *dixit, ab alienis*. Dixit illi Jeſus: *Ergo liberi ſunt filii*. Quibus verbis oſtendit Chriſtus B.Petro, ejuſque ſucceſſoribus privilegium exemptionis communicaſſe, & per cõſequens omnibus Eccleſiaſticis perſonis, quatenùs illæ ſervitio Dei peculiariter dicatæ, de ejus familia eſſe cenſentur.

Conſtat etiam immunitas Eccleſię auctoritate Conciliorum, & Pontificum. Concilium Lateranenſe ſub Leone X. ſeſſ.6. hæc habet: *Cum à jure tam Divino, quàm humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innovamus &c.* Concilium Colonienſe cap.20.*Immunitas Eccleſiaſtica vetuſtiſſima res eſt, jure pariter humano, & Divino introducta*. Concil. Trid. ſeſſ.25. c.20. *Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum Immunitas, Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus conſtituta eſt*. Simile habet Bonifacius VIII. in cap. *Quamquam,de Cenſibus Eccleſię*. Probatur denique ratione, quia nulla poteſtas, ſivè juriſdictio propria

vir-

virtute ſe extendit ultrà genus ſui objecti, tanquàm proprios limites; Eccleſiaſticæ autem perſonæ, & propria bona, ſunt extrà objectum & proprios limites juriſdictionis ſecularis: ergo ad eâ ſecularis juriſdictio per ſe, & propriâ virtute ſe extendere non poteſt. Major patet. Probatur minor. Quia cum poteſtas civilis ordinetur per ſe, & directè ad finem temporalem, debet ſolùm habere pro objecto res temporales, & politicas, non autem ſacras, quæ ad Dei cultum per ſe, ac directè ſpectant, ideoque ex naturâ ſuâ ad ſupernaturalem finem ordinantur, ut ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, earumque bona. Adde, quòd circa eadem objecta per ſe non verſantur diverſę poteſtates, ſivè juriſdictiones, alioquin magna confuſio orirετur: ſed certum eſt Eccleſiaſticam poteſtatem verſari circà perſonas, & res Eccleſiaſticas: ergo circà eaſdem res per ſe non verſatur poteſtas civilis, quæ totalitèr diverſa eſt ab Eccleſiaſticâ.

6. Negavit in cap. 13. Epiſtolæ ad Romanos, aliquam juriſdictionem temporalẽ competere Supremo Pontifici. R. Exemplis ex ſacra Scripturâ deductis, ubi legimus, quòd Moyſes fuit Sacerdos & Princeps temporalis, quà Sacerdos, adolebat incensũ, ut conſtat ex lib. Paralip. cap. 26. quà Princeps temporalis, judicabat populũ, ut patet Exodi 18. Inſuper ex lib. 1. Reg. videmus, quòd Heli fuit Summus Pontifex, & Judex politicus: ſimilia exempla eruuntur ex lib. Machab., ergo ſi potuit in lege veteri idem eſſe Princeps, & ſummus Sacerdos, hoc etiam concedi debet in lege gratię. Tum quia nulla hàc de re extat in ſacris Paginis prohibitio. Tum quia, cum poteſtas temporalis ſit ſubordinata ſpirituali, poteſt, qui habet ſpiritualem poteſtatem etiam exercere temporalem. Maximè cum id decori dignitatis conveniat, ne à ſeculari poteſtate Summus Chriſti Vicarius dependeat; imò, ut tanquàm Pater liberè omnibus Regnis, & Regibus providere valeat in rebus ſæcris, nemini ſubjectus in temporalibus eſſe debet.

Petrus de Osma, ſivè Oxomienſis, in Academiâ Salmaticenſi Theologiæ profeſſor, librum vulgavit anno 1479. multis erroribus reſperſum, à Sixto IV. damnatum, & igni traditum. Ex Genebrardo in vitâ Sixti IV. XV.

1. Dicebat, Confeſſionem Sacramentalem non fuiſſe à Chriſto inſtitutam, ſed ab hominibus in Eccleſiâ invectam. R. verbo *Jacobitæ*. Tum quia neceſſitas Confeſſionis deducitur ex Evangelio; undè venit de conſequenti, quòd ſit à Chriſto inſtituta, & præcepta; negari enim non poteſt, quòd Chriſtus conſtituerit Sacerdotes judices, & dederit eis poteſtatem ſolvendi, & ligandi: ſed Judex non poteſt rectè judicare, niſi audiat reum, ergo peccator debet coram Judice Sacerdote culpam ſuam proferre. Hoc autem Sacramentum fuiſſe à Chriſto inſtitutum, aſſerunt tot Concilia, & ſancti Doctores, ut ſuperfluum cenſeam auctoritatũ torrentem adducere. Sed, ſi quæ eſt humanę conſiderationis ratio convincens, quòd Confeſſio ſit de jure Divino, hæc eſt, quòd tot potentiſſimi Reges, tot Magnates, tot Doctores per ſecula libenter ſe ſubmiſerunt judicio Sacerdotis, peccata ſua, quæcumque fuerint, confitentes, & abſolutionem depoſcentes, quod certè non feciſſent, & facerent, ſi Confeſſionem non crederent de jure Divino, medium unicum lapſis neceſſarium ad obtinendam ſalutem. Quam veritatem omnes SS. Patres in ſuis ſcriptis profitentur.

2. Dixit, peccata mortalia ſolâ contritione cordis deleri, & venialiâ ſolâ diſplicentiâ. R. verbo *Jacobitæ*.

3. Papam nnn poſſe indulgere fideli pœnas Purgatorii. R. verbo *Joannes Wicleffus*, contrà quem actum de Indulgentiis, & verbo *Jacobus Præpoſiti*, contrà quem actum de Theſauro Eccleſiæ. Verum quidẽ eſt, quòd Papa animabus defuncto-

rum

rum non indulget, cum jam ſint extrà Eccleſiæ militantis judicium, & poteſtatem: Concedens tamen Indulgentias animabus illis applicandas, per modum ſuffragantis, & Divinam miſericordiam precantis ſe habet; ut ſcilicèt Deus piiſſimus acceptare dignetur id, quod Chriſti meritis innixus concedit.

4. Papam non poſſe diſpenſare in ſtatutis univerſalis Eccleſiæ. R. ex iis, quæ dicta ſunt contra Huſſitas, & Jacobum Præpoſiti; ſi enim Papa, ut alibi probavimus, eſt caput Eccleſiæ jure Divino, poteſt condere novas conſtitutiones, ut probavimus verbo *Arnulphus*, ſequitur, quòd poſſit diſpenſare in ſtatutis univerſalis Eccleſiæ; quod imò eſt neceſſarium ad bonum regimen, non enim quæ ſemel expediunt, ſemper expediunt, ut probat experientia.

5. Romanam Eccleſiam poſſe errare in fide. R. verbo *Bucerus*.

XIII. Petrus Joannis Olivi, natione Gallus, ex oppido Sitignano, Diœceſis Bitterenſis, vixit ſeculo decimo tertio, natus ſiquidem eſt anno 1247. mortuuſque anno 1297. cum eſſet annorum ætatis quinquaginta. Non deſunt, qui hunc Petrum Joannem Olivi, eundem fuiſſe aſſerant, ac Petrum Joannem, de quo actum ſuperiùs. Sed perperàm confundi unum cum alio crediderim, quandoquidem ille à Cœleſtino III. damnatus, neceſſariò hunc Petrum Joannem Olivi uno ſeculo præire debuit: tempore enim Cœleſtini III. nondum inſtitutus fuerat ordo Sancti Franciſci, qui ſolùm exordium habuit ineunte ſeculo decimo tertio, ſub Honorio III. ſummo Pontifice. Accuſatus itaque fuit primò Petrus Joannes Olivi de quibuſdam ſcriptis tractatibus, quibus voluit Beatiſſimæ Virginis præconia ultrà modum efferre; quæ, quamvis omni laude ſuperior ſit, falſo tamen non eget honore; ſiquidem honor Regis judicium diligit. Eos, jubente Generali miniſtro Ordinis, qui poſteà fuit Nicolaus IV., propriis manibus Petrus Joannis Olivi incendio tradidit: hicque recurrit argumentum, non poſſe hunc Petrum Joannem Olivi, cum Petro Joanne, de quo ſupra actum, confundi, quandoquidem Nicolaus Quartus, quaſi uno ſeculo diſtat à Cœleſtino III., qui ſupradictum Petrum Joannem damnavit. Cæterum Petrus Joannes Olivi, certum eſt, quòd de pluribus aliis erroribus ſæpè fuit accuſatus: Sed ſtatim ac fuit de erroribus impetitus, vel [illegible]icavit, quæ nimis periculosè ſcripſerat, vel revocavit. Frequentes accuſationes à fratribus Ordinis paſſus eſt, eo quòd eorum animos à regulæ ſuæ rigore, ac paupertate deviantes acriùs redargueret; quorum ope graviora etiam poſt mortem ſuſtinuit; quandoquidem iterum de hæreſi accuſatus, ab adverſariis exhumatus eſt, ac velut hæreticus damnatus, ejuſque ſcripta igni adjudicata, & interdicta uſque ad Sixti IV. tempora, qui, illis iterùm examinatis, declaravit nihil in eis contineri, quod expreſſè fidem Catholicam læderet. Negari utique non poteſt, quòd nimius rigor Olivi in acceptione regulæ S. Franciſci multa ſchiſmata, & contentiones in Ordine excitaverit; in ipſis etiam exercitiis pietatis, nimius exceſſus certè non eſt commendabilis; omnis enim vera virtus fugit extrema, tenet ſiquidem medium virtus, quæ ſinè diſcretione nequit ſubſiſtere, quamobrem eundem modum exigit in cultoribus ſuis; ut prudentiâ duce, de bono ità provideat, ut majora non irritentur mala. Cæterùm à Nicolao IV., à Sixto IV., à S. Antonino, & à pluribus Scriptoribus, ratione potiſſimùm humilitatis, & obedientiæ commendatum, eſt invenire Petrum Joannem Olivi, qui omnia ſua ſcripta libenter S. Matri Eccleſiæ cum ſumma humilitate ſubmiſit. Videatur hac de re Wadingus, omneſque Scriptores Annalium Ordinis S. Franciſci. Errores, quos effudit Petrus Joannes in poſtilla, ſeù Commentario ſuper Apocalypſim, numero viginti unum, idem ſcriptor vel explanavit, oſten-

dendo

Digitized by Google

dendo ſe in ſenſu Catholico loqui intellexiſſe, vel,ut jam monui,retractaviti alios verò quinque errores, quos ſub nomine Petri Joannis à Cœleſtino III. damnatos jam retuli, etiam per calumniam à ſuis antagoniſtis fuiſſe adjudicatos Petro Joanni Olivo, credere par eſt. Quidquid hac de re fuerit, hoc iterum movit Clementem V. ad ęorundem condemnationem, ſicuri de facto in Concilio Viennenſi iterum condemnavit, nè de novo refricarentur errores, jam uno ante ſeculo à Cœleſtino III. damnati.

V. Petrus Mogus, ſectâ Eutychianus, ab iiſdem in Sedem Alexandrinam intruſus, Zenonis Imperatoris juſſu rejectus à Sede: Sed jam ipſo Imperatore palàm hæreticis ſavente, iterùm reſtituitur. Petri Mogi ſuggeſtione Zeno Imperator *Henoticon* ſuum promulgavit, quod etiam unitivum appellari voluit. Fuit autem *Henoticon* quoddam decretũ ab Imperatore (cui jus nullum in cauſa fidei competebat) promulgatum, circa res fidei, in quo ſimulans Imperator ſe unionem inter diſſidentes de fide procurare, certam propoſuit fidei Confeſſionem, cui omnes ſub anathemate ſubſcribere deberent: in qua fidei Confeſſione, cum proteſtaretur Nicæni, Conſtantinopolitani, & Epheſini Concilii definitiones ſe recipere, atque Neſtorio, & Eutycheti anathema dicere, tacitam immiſcuit abrogationem Concilii Chalcedonenſis, cui Concilio Petrus Mogus, utpotè Eutychianus, potiſſimùm adverſabatur, qui fraudulentiſſimus hæreticus, ad alliciendos Catholicos, nonnunquàm approbator videri voluit Concilii Chalcedonenſis, & receptor; licèt ſolùm tria priora Concilia reapsè reciperet: quâ fraudulentiâ compertâ, multi ex ſuis ſectatoribus ab eodem defecerunt, & ſeorſim convenientes, *Acephali* ſunt dicti, de quibus actum ſuo loco. Interim Petrus Mogus à Felice Papa damnatus, in anathemate mortuus eſt Alexandrię, cujus Urbis ſedem occupabat, circà annum 490. Ex Liberato cap. 16.

XVII. Petrus Molinus, Gallus, ſectâ Calvinianus, ex iis, quos rigidos vocant, ſivè Gommariſtas, Miniſter Carentonienſis, contrà Tilenum Pariſiis, qui erat ex mollibus Arminianis, acritèr diſputavit de Incarnatione: ſed ambo tractantes quæ ſua non erant, non niſi vana, & ſtulta loqui potuerunt. Ex Spondano anno 1613.

XVI. Petrus Kelsicensis, circà annum 1560. dux fuit Piccardicæ ſectæ: damnabat omnes leges humanas Imperatorum, Regum, Civitatum, & Provinciarum, ut ſuis ſectatoribus ad perpetranda ſcelera ampliorem aditum reſeraret. Ex Spond. anno 1560.

IV. Petrus Palaestinus, fuit Eutacti Hæreſiarchæ Magiſter. Vide *Eutactus*.

XVI. Petrus Ramus. Inter literatos Calviniana fuligine tinctos, fuit Petrus Ramus, in Veromandis ortus, qui diù Philoſophiam, & Mathematicam cum docuiſſet, ad Calviniſmum deficiens, in Philoſophicis ſcientiis errores invexit, Ariſtotelem voce, & ſcriptis oppugnans; ejuſque præcipuum ſtudium in eo fuit, ut Calvinianam hęreſim totis viribus juvaret. In tumultu dicto *Sambartholomæo*, Pariſiis miſerrimè periit, per feneſtram pręcipitatus, ejuſque cadaver pluribus injuriis à pueris affectum, in hæreſis opprobrium, etiam contumelioſè per urbem raptatum fuit. Ex Spond. anno 1572.

XVI. Petrus Richerius, apoſtatavit ab Ordine Regulari, quem erat profeſſus, ſolius libertatis motivo inductus: deindè etiam à fide factus Apoſtata, Calviniſmum amplexatus, In Calvini gratiam ſe inſinuavit, à quo in Americam deſtinatus ad novam Proteſtantium religionem propagandam, unà cum *Guillelmo Carterio*, & aliis Calviniſtis, ſtatim ac Franciam Antarcticam appulit, ibi Cœnam Calviniano more celebravit: ſed orto inter filios diviſionis diſſidio, coacti fuerũt ad propria, ſinè ullo ideaſ

propagationis fructu remeare; longa enim comprobavit experientia, quòd hæreſis tantam vim non habet, ut valeat inter Ethnicos ſe dilatare. Permiſſum quidem videmus hæreticis, Catholicos minùs probos, in horum pœnam poſſe pervertere, nunquàm tamen (quòd ſciam) hæreſis tantam obtinuit efficaciam, ut poſſet Gentiles ad falſam ſectam invertere, cujus rei ratio eſſe poteſt, quòd converſio Gentium ad veram religionem eſt opus Dei vocantis, illuminantis, & veritate, quam animæ deſiderant, illas oblectantis: perverſio ad hæreſim, eſt vitiati animi caſus, à Deo in pœnam vitii permiſſus; ideò ad religionem veram convertuntur Gentiles. Sed eorum peccata non ſunt tantę turpitudinis, ut peccata Chriſtianorum: & ideò pœnâ adeò gravi non puniuntur, aut raro puniuntur. Richerius itaq; ſuo fruſtatus progreſſu, in Galliam reverſus, ſupra Calvinianam hæreſim, novos etiam promulgavit errores: poſtmodùm iterùm Genevam ſe conferens, juxtà Calvini dogmata, ibidem peſtilentiæ Cathedram tenuit, circà annum 1555. Errores, quos tanquàm novus hæreſiarca in America docebat, ſunt ſequentes, quos refert Spond. anno 1555.

1. Chriſtum in carne ſua humana non eſſe adorandum, ne terrenum elementum adoretur: licere quidem adorare Chriſtum ut Deum, non verò ut hominem. R. Nam Chriſtum ut Deum, & hominem adorari debere, conſtat ex eo, quod una ſola hypoſtaſis in Chriſto terminat utramq; naturam: nequit ergo in Chriſto adorari Divinitas, quin ſimul, & ſemel adoretur humanitas Chriſti; unica enim perſona eſt Chriſtus, qui eſt homo Deus, quem Magi procidentes adoraverunt, quem etiam Apoſtolos in Galilæâ adoraſſe Scriptura teſtatur. Vide S. Thomam 3. part. quæſt. 25. art. 1. & 2.

2. Dixit hæreticum eſſe, qui exiſtimat, Chriſtum neceſſariò orandum, & invocandum. R. Nam Chriſtum invocarunt Apoſtoli. Tum quia Chriſtus eſt Deus: ergo ſi Deus orandus eſt, & invocandus, etiam Chriſtus orandus, & invocandus: ideò in collectis Eccleſiâ invocat Chriſtum, à quo adhùc vivente in carne viſibili miſericordiam depoſcebant Cananæa, Centurio, Leproſi, & plures alii, ſicut conſtat ex Euangelio.

3. Ab uſu Cœnę Euchariſticæ eſſe abſtinendum, quia anima (ut dicebat Richerius) nullum ex ſumptione Corporis Chriſti beneficiũ percipere poteſt. R. verbo *Armęni*, contra quos probavimus Sacramenta conferre gratiam dignè ſumentibus. Vide etiam, quæ dicta ſunt verbo *Adelphius*, & verbo *Enthuſiaſtæ*. Hìc non omittenda alterius Richerii, nempè Edmundi, arreptâ occaſione, memoria. Menſe Martii anno 1612. in Synodo congregata à Jacobo Cardinali Perronio, Archiepiſcopo Senonenſi, damnatum fuiſſe librum inſcriptum: *De Eccleſiaſticâ, & politicâ poteſtate*, cujus auctor fuit Edmundus Richerius Presbyter Lingonienſis, Doctor Theologus facultatis Pariſienſis, qui liber itidem eodem anno menſe Maji proſcriptus fuit in Synodo Aquenſi, à Paulo Archiepiſcopo auctoritate Regiâ, & Decreto facultatis depoſitus eſt à Syndicatu Univerſitatis Edmundus, qui in ſe reverſus, declarationem coram dignis teſtibus edidit, quâ librum à ſe ſcriptum Eccleſiæ Romanæ, & ſanctæ Sedis judicio ſubmittere profitebatur, eam matrem, & magiſtram omnium Eccleſiarum, & infallibilem veritatis judicem agnoſcens. Præfatum librum pleniſſimè confutavit Andręas Duallius, inſignis Doctor Sorbonicus, Regius & primarius Theologię profeſſor. Ex hoc libro ferè omnes erroneam hauſere doctrinam, quotquot Eccleſiaſticam poſtmodùm auſi ſunt impugnare poteſtatem. Sed nullius eſſe momenti cavillationes ex hoc libro decerptas, ſatis per ſe patet; quandoquidem earundem primus aſſertor inſubſiſtentes agnoſcens, opus

ſuum

ſuum retractavit, & Apoſtolico ſubmiſit judicio. Preterquamquòd, ejuſdem operis inſubſiſtentiam validiſſimis rationibus manifeſtarunt, qui Richerii librum impugnarunt. Quæ obiter dicta ſint, ad reprobandum eorum ſenſum, qui duce Richerio de Eccleſiaſticâ poteſtate, eâ, quâ par eſt ſubmiſſione, & reverentia non ſentiunt. Contra quam ſicut portę inferi non prȩvalebunt, à fortiori neque concutient humanȩ cavillationes potiùs, quàm rationes nuncupandȩ, quȩ ab Antagoniſtis Pontificię poteſtatis proferuntur. Vide quæ dicta ſunt verbo *Arnulphus*.

XVI. Petrus Viretus. Calvini eruditionem, Pharelli efficaciam, & Vireti eloquentiam, naſcente Calviniana hæreſi commendarunt Calviniſtæ. Dicendi itaque facundiâ difertus fuit Petrus Viretus, in Helvetiâ ortus, in agro Bernatis, Friburgenſis ditionis. Pariſiis ſcientiis imbutus, ubi cum Pharello amicitiâ initâ, ambo Calvino ſe comites adjunxerunt, ut Genevæ nova dogmata promulgarēt, quod & prȩſtiterunt anno 1535. expulſis Catholicis. Interim Lauſannæ miniſter prȩpoſitus ab hæreticis, qui Lugduni invaleſcebant, vocatus, ad quinquennium ibidem etiam miniſter fuit conſtitutus. Apud Reginam Joannam Navarræ, utpotè hæreticam, gratiam invenit, & apud eam commoratus, plura opera Latino, & Gallico idiomate ſcripſit. Demùm ætatis 63. anno 1571. deceſſit. Ex Spond. anno 1535.

Petritae. Vide *Paulitæ*, ubi etiam de Petritis aliquid indicatum.

IV. Phanatici. Enthuſiaſtæ dicti ſunt etiam Phanatici ob extaſes, & raptus, quos habere gloriabantur, & in quibus Divinas inſpirationes jactabant. Eadem ratione & moderni hæretici tam à Calvino, quàm à Luthero exorti, *Phanatici* vocantur, cum plures eorum, ſuas ſectas Divinitùs inſpiratas glorientur, raptus etiam, & extaſes habere nonnulli eorum, ut olim Montaniſtæ mentiantur, cum tamen ſomniatas ab ipſis hæreſes, nihil aliud, quàm purus Enthuſiaſmus eſſe conſtet; quâ ratione earum profeſſores meritò Phanatici nuncupantur.

Phantasiastae dicebantur, quibus Corpus Chriſti non verùm, ſed umbratile, ac phantaſticum videbatur. Fuerunt autem Simon Magus, ejuſque diſcipuli Menander, Saturninus, Baſilides, Carpocrates Gnoſticorum ſectæ parens, Valentinus, ex quo Secundiani à Secundo, Marcoriani à Marco; Colarbaſiani à Colarbaſio. Ad eandem Phantaſiaſtarum impietatem declinarunt Heracleonitæ, Ophitȩ, Cerdon, Manes. II.
R. Omnes præfati hæretici aſſerendo contrà ipſos Verbum Divinum veram, ejuſdem nobiſcum ſubſtantiæ humanitatem, ſolidum corpus, veram carnem aſſumpſiſſe. Ex Scripturis Joann. 1. *Verbum caro factum eſt*. Si factum, ergo non umbratilis, nec phantaſtica caro fuit, ſed vera & realis. Pſal. 39. & ad Hæbr. 10. *Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi*. Hoſtiæ porrò, & oblationes legis veteris, non fictæ erant, non umbratiles, ſed veræ ac reales; figuræ utique veræ hoſtiæ, quam Chriſtus in arâ Crucis pro ſalute omnium oblaturus erat; ergo ut veritas umbris ac figuris reſponderet, neceſſe fuit verum, ac ſolidum in Chriſto corpus fuiſſe. Denique Chriſtus à morte redivivus ſe ipſum Thomæ tractandum præbuit Joannis 20. & Lucæ 24. *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum. Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*. Nihil expreſſius proferri poteſt ad conterendam illorum hæreticorum pravitatem. R. 2. multis congeſtis rationibus. 1. Si Chriſtus verè, ac ſubſtantialitèr homo non eſſet, fruſtrà nos Chriſtus ad labores ærumnaſq; hujus vitȩ patienter tolerandas ſuo incitaret exemplo, quod nam enim exemplum eſſet, niſi prior ipſe ȩrumnis ac doloribus ſubditus fuiſſet? 2. Si

Digitized by Google

Chriſtus humanitatis noſtræ verè ac propriè particeps non fuit, neque nos Divinitatis illius, ac cœleſtis, quâ fruitur gloriæ, participes eſſe poſſemus; omnis enim ſpes, ac ſalus noſtra in Chriſto capite noſtro poſita eſt. Liceat ergo cum Sancto Joanne Epiſt. 1. cap. 4. concludere. *Omnis ſpiritus, qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe ex Deo eſt; & omnis ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus.*

II. Phibionitæ. Vide *Gnoſtici*, qui diverſis nominibus nuncupati, etiam Phibionitæ ſunt dicti.

I. Philetus traditus fuit à D. Paulo, qui de eodem mentionem facit 2. ad Tim. cap. 2. ob hæreſim, & blaſphemiam in interitum Satanæ, circa annum Domini 56. Negabat reſurrectionem corporum, & omnia, quæ de corporali reſurrectione leguntur, de ſpirituali reſurrectione interpretabatur. R. verbo *Baſilidiani*.

XVI. Philippus de Mornait, fuit Calviniſta, natione Gallus, vixit poſt medium ſeculi decimi ſexti. In tractatu de Eccleſiâ ab ipſo edito, vult Eccleſiam dici Catholicam, quia comprehendit omnes, etiam hæreticos, itaut exceptis Judæis, omnes etiam hæretici, & ſchiſmatici ſint de corpore Eccleſiæ. Scripſit contrà Philippum eruditiſſimus Stapletonus. R. Ex epiſt. ad Titum III. *Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correptionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus.* Quibus verbis Apoſtolus prçcipit Tito, ut hæreticum devitet, quod certè non faceret, ſi eſſet intra Eccleſiam, cum paſtor non debeat evitare, ſed potiùs curare eos, qui ſunt de ſuo Ovili. Item ex Concil. Nicæno cap. 18. & 19. permittuntur hæretici redire in Eccleſiam, ſi velint; ergo ex Concilio patet hæreticos non eſſe intra Eccleſiam: quod ulteriùs probatur, quia Eccleſia eſt Congregatio fidelium, hæretici autem non ſunt fideles. Tum quia, qui vult eſſe de corpore debet unionem habere cum corpore, ſed hçretici nullam habent unionem cum corpore, ſcilicèt cum Eccleſiâ, neque cum capite, ſcilicèt cum ſummo Pontifice, cui non obtemperant, ergo non ſunt membra Eccleſiæ.

Philopponus Joannes, Alexan- VI.
drinus, Conſtantinopoli degebat circa annum 535. ubi literarum ſcientiâ celebris, contra Severum, & Proclum hæreticos calamum acuit, ſed eorum errorem impugnaturus, in errorem impegit Tritheitarum, illorum ſiquidem, qui tres Deos admittunt; edito etiam tractatu contrà Concilium Chalcedonenſe. Leontius, profeſſione Monachus, Philopponum impugnavit: Ephrem Epiſcopus Theopoli, & Georgius Piſidas, etiam contra eundem ſcripſerunt. Ex Suida.

1. Docebat, tres eſſe Deos. R. Ex illo Joannis. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt.* Vide *Gotteſcalcus*.

2. In reſurrectione animas aſſumpturas corpus diverſum ab illo, quod in vita informaverint. R. Ex verbis Job. 19. *Rurſum circumdabor pelle meá, & in carne meá videbo Deum meum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius*: quæ verba adeò manifeſtè convincunt Philopponum, ut ſuperfluum ſit alias rationes, & congruentias adducere, ad probandum unumquemque in ſuo proprio corpore reſurrecturum. Tum quia Chriſtus in proprio corpore reſurrexit, in quo & cicatrices apparuerunt: ergo omnes ad imitationem Chriſti in proprio corpore reſurgent. Tum quia illud corpus debet vel glorificari, vel puniri, quod fuit inſtrumentum vel bonarum, vel malarum actionum: ergo idem corpus, quod cum animâ in hac vitâ unum fecit compoſitum, debet reſurgere.

3. Dixit, facta unione duarum naturarum in Chriſto, non ampliùs duas, ſed unam tantùm compoſitam remanſiſſe naturam. Hinc creditur,

Mo-

Monophyſitarum ducem extitiſſe, à quibus, & Monothelitæ pullularunt. R. verbo *Monophyſitæ*.

IV. Philostorgius, diſcipulus Eunomii, cum Magiſtro in impietate non impar, ſuique Magiſtri præcipuus encomiaſtes. Ex Niceph. lib. 2. cap. 29.

V. Philoxenas. Vide *Xenajas*, qui à Petro Fullone conſtitutus Epiſcopus Hierapolitanus, nominatus eſt Philoxenas.

XVI. Philosophi Gentilizantes. In Concilio Lateranenſi ſub Leone X. factum eſt decretum contra nonnullos Philoſophos, qui animam rationalem eſſe mortalem, aut unicam in omnibus hominibus aſſerebant. Occaſionem autem prædictæ ſanctioni dediſſe dicitur Petrum Pomponatium, Mantuanum, qui Bononiæ philoſophiam docebat, ſecundùm quam oſtendere nitebatur, animam rationalem eſſe mortalem; ex quâ doctrinâ juventus in viam perditionis abibat. Cæterùm, animam rationalem eſſe æternam, probatum eſt contrà Arabes. Hiſce Philoſophi dicti ſunt Pomponatii ſequaces, eo quòd religionem philoſophando, hoc eſt ſolo rationis lumine diſcurrendo definiendam, & eligendam eſſe contendant; à quibus pręcavendum monet Apoſtolus ad Coloſſ. cap. 2. ver. 8. plura enim Philoſophię principia, defectu comprehenſionis noſtræ, dum ultrà ſenſibilia progredimur, deceptioni, malè intellecta, inſerviunt: Conſtat enim quòd ex illo principio, *ex nihilo nihil fit*, tollitur mundi creatio, niſi ſapiens Philoſophus animadvertat, principium illud generabilium rationem non excedere, neque ad creationis virtutem attingere. Ex alio principio: *A privatione, ad habitum non datur regreſſus*, tollitur corporum reſurrectio, niſi quis noverit principium illud ſolam naturalis actionis activitatem comprehendere. Quod idem intelligendum eſt de illo: *Accidentis eſt inhærere ſubjecto*; alioqui tollitur exiſtentiâ Corporis Chriſti in Euchariſtiâ ſub accidentibus ſeparatis à ſubjecto. Sic de aliis principiis Philoſophicis naturalibus diſcurrendo, quę cum intra terminos naturæ vim verificativam, & illativam contineant; atque ex humanæ ſcientię experimentis, ſivè obſervationibus oriantur: locum non poſſunt habere in rebus, quæ ſunt ſupra, quibus nequaquam contraria ſunt; ſed nec illas attingunt. Ejuſmodi ſunt fidei Catholicæ myſteria; excedunt enim naturam, & omnia naturalia principia; ſicut & proindè omnem naturalem cognitionem. Et ſicut ex naturalibus nulla eſt illatio, aut conſequutio ad ſupernaturalia; ita neque contrà ſupernaturalia.

Philumena. Secundo curren- II.
te ſeculo fuit quædam puella, de quâ in Annal. Baron. anno 146. & 174. quam veluti prophetiſſam ſecum ducebat Apelles hęreticus, & cum eſſet à dœmone agitata, eandem divinitùs inſpiratam ad prænunciandа futura Apelles aſſerebat. Fuit proindè auctrix hæreſis Apellis, & in proſtribulum elapſam, eandem Apelles habuit in deliciis. Ejuſdem Philumenę Severum hæreſiarcam uſum eſſe praſtigiis, & divinationibus, ſunt qui aſſerant: niſi fortè aliam fuiſſe, ab illa Apellis diverſam, dicere velimus. Vide Tertull. de Præſcript.

Phytonissæ, ſcribunt alii XI.
Phytoniſſæ. Mulieres quædam ſic dictæ, quia ſe ſciſcitantibus de futuris eventibus dabant reſponſa, undè ortum habuit Phytoniſſa hęreſis, cujus ſectatores velo mulierem cooperientes, ab eâ de rerum eventibus perquirebant reſponſa; dictæ ſunt etiam Phytoniſſæ *Ventriloquæ*, & Græcè *Engaſtrimuthæ*, eo quòd ore vocem non edentes, quaſi per ventrem loqui videbantur. Phytoniſſam, Samuelis animam ab inferis excitaſſe, aſſerunt aliqui graves viri. Hiſtoriam facti hujus habemus 1. Reg. cap. 28. Sed quid in rei veritate fuerit Samuelis apparitio, nullatenùs conſtat. Videat, cui vacat ſacros expoſitores,

inter

Digitized by Google

inter quos Cornelium à Lapide, & maximè Auguſtinũ Calmet, in ſingulari diſſertatione de hac re in 1. Regu, ubi rem eruditione ſibi conſueta pertractat. De Phitoniſſis agit Philaſtrius.

IV. Photinus. Qui à Paulo Samoſateno dicti ſunt Pauliciani, à Photino Pauli Samoſateni diſcipulo, dicti ſunt Photiniani. Fuit etiam Photinus nuncupatus Scotinus; quarè ejus ſectatores, etiam *Scotiniani* ab aliquibus appellantur. Vixit circa medium ſeculi quarti, & cum vivacis eſſet ingenii, dicendi ſcribendique peritiâ excellens, in Græcâ, & Latinâ linguâ eruditus, ad Sirmianam Eccleſiam communi plauſu fuit aſſumptus, quam primis ſui Epiſcopatus annis laudabiliter rexit: Sed in hæreticorum ſenſus poſtmodùm corruens, Sabellii, Pauli Samoſateni, Cerinthi, & Ebionis renovavit errores, quarè in Concilio Sardicenſi à Catholicis, in Sirmiana ab ipſis Arianis damnatus fuit, ipſo Ebione factus deterior; non modò enim Jeſum Chriſtum purum hominem eſſe affirmabat, ex Mariâ, quemadmodùm & cæteri homines natum, ſed tunc ſolùm Chriſtum dici potuiſſe, & eſſe cœpiſſe aſſeruit, cum Spiritus ſanctus ſuper Jeſum in Jordane deſcendit, negans Verbum ab æterno genitum, & in tempore in utero Virginis incarnatum, quos errores jam alibi abundè refellimus. Vide Vincentinum Lirinenſem, qui diffusè de Photini hæreſi, ejuſque condemnatione ſermonem inſtituit.

X. Photius, Græci ſchiſmatis anteſignanus, nobilitate inſignis, literarum ſcientiâ celebris, Imperatoris à ſecretis, & Protoſpatharius, Magni Patriarchæ Taraſii nepos, ita ut de eo jure dixeris, quòd primus eſſet poſt Imperatorem in univerſo Orientis Imperio, nihilominùs ambitione ſeductus, ſedem Patriarchalem Conſtantinopolitanæ Urbis ambire cœpit, & ſuâ fretus potentiâ, legitimo poſſeſſore excluſo, ſex diebus ad omnes Clericales gradus aſſumptus, in locum Ignatii Patriarchę legitimi fuit intruſus; à Gregorio Syracuſano Epiſcopo, jam pridem excommunicato, & à Sede depoſito conſecratus Epiſcopus: ad Sedem aſſumptus, ſive potiùs per vim Sede Epiſcopali potitus, dirè exagitavit Ignatium legitimum Epiſcopum, alioſque Ignatii ſequaces. Interim Legatos miſit ad Nicolaum Pontificem, pro communione obtinenda, & Concilio numeroſiſſimo congregato, Ignatium ſolemni ritu exauctoravit, Legatoſque Pontificis per vim, & metum coegit ſibi adhærere, falſatis etiam Nicolai Papæ litteris. Ut ab Ignatio confeſſionem legitimæ ſuæ depoſitionis extorqueret, eundem multis cruciatibus vexavit: proindè à Nicolao Papa excommunicatus, auſus eſt in eundem Pontificem, omneſque Pontifici adhærentes excommunicationem retorquere. Futiles criminationes in Eccleſiam Latinam ſomniavit numero decem, quarum inſubſiſtentiam breviter, & eruditè oſtendit Spondanus ad annum 867. Quâ propter à Baſilio Imperatore à Sede dejectus, adversùs Ignatium ab Imperatore reſtitutum, Legatos miſit ad Romanum Pontificem, à quo ejus acta damnata fuerunt, & ſcripta combuſta. In octava Synodo Conſtantinopolitana anathematizatus, & in exilium pulſus, ubi verſutus homo, ut iterùm Sedem Conſtantinopolitanam obtineret ad dolum recurrit, fictâque ſcripturâ, cujus interpretatio ſtabat pro arbitrio Photii, in hac multa bona Imperatori inaugurari finxit, & cum Principes adulationibus facilè aurem inclinare ſoleant, ab Imperatore, ob ſibi propitiam interpretationem ſcripturæ, à Photio fictæ, & pro libito Photii factam, iterùm poſt decennium ad Sedem Patriarchalem, ut optaverat, revocatur. Mortuo interim Ignatio, confirmationem à Joanne Papa VIII. quæſivit. Sed cum ejuſdem Joannis Pontificis litteras Photius falſaſſet, ejuſque legatos in Pſeudo-Synodo, quam octavam falsò nuncupabat, ſeduxiſſet;

ver-

veſutiâ à Pontifice cognita, iterum damnatur, unâ cum ſuâ Pſeudo-Synodo à Joanne VIII. & à Leone Imperatore iterum in exilium mittitur. Plura ſcripſit ad probandam Proceſſionem Spiritus ſancti à ſolo Patre, quare ſchiſmatis ſignifer factus eſt.

II. Phryges, ad ſectam Montani attinebant: ſed ultrà Montani blaſphemias, nova hæreſi à cæteris Montaniſtis diſcernebantur, in quâ prout refert Tertullianus de præſcriptione cap.52. aſſerebant.

1. Chriſtum eſſe Filium, & Patrem. R. Ex pluribus Scripturę locis, ubi Chriſtus de Patre loquitur tanquàm de perſona à ſe realitèr diſtinctâ; ubi aſſerit ſe miſſum à Patre; ubi dicit: *Vado ad Patrem*; quòd ſi Chriſtus eſſet Filius, & Pater, Chriſtus ſe ipſum miſiſſet, & dicendo: *Vado ad Patrem*, iret ad ſe ipſum, quæ implicant. Tum quia Chriſtum oraſſe Patrem, multis Euangelii locis firmum habemus; nemo autem ſe ipſum orat. Tum quia, propter oppoſitionem relativam, quę eſt inter Genitorem & Genitum, implicat, Chriſtum eſſe Filium, & Patrem.

XV. Piccardi. Piccardus ex Galliâ oriundus, huic ſectæ nomen dedit, & Adamitarum ſectam in Bohemiam invexit anno 1414. Omnibus tam Catholicis, quàm hæreticis factus exoſus, ob ſuas turpitudines (ſuos enim ſequaces utriuſque ſexus, nudos incedere voluit) promiſcua eis relinquens connubia, docens omnes homines ſervos eſſe, & ſolum ex ſuâ ſectâ progenitos eſſe liberos. Ortum habuit hæc hæreſis, cum factâ diſſenſione inter *Huſſitas*, *& Calixtinos*, aliqui ab iiſdem ſe ſegregarunt, tempore quo Piccardus tranſmiſſo Rheno, per Germaniam in Bohemiam penetraverat, ubi utriuſque ſexus multitudinem, prædicata libertate ſenſus, facilè ad ſe attrahens, occupatâ cum ſuis ſequacibus quadam inſulâ, ibidem adeò libidinoſam vitam ducebant hujuſmodi perditionis viri, & mulieres, ut Ziſcha, quamvis ſceleſtus, eorum impudicitiam cum ferre non poſſet, expugnatâ inſulâ, Adamitas, ſivè Piccardos omnes gladio, & igne deleverit, duobus tantùm reſervatis, ex quibus gentis ſuperſtitionem cognoſceret. Ex hiſt. Bohem. Hujus ſectæ infanda ſcelera uſque adeò fama vulgavit, ut indè putetur actiones impudicas, & inverecundas appellari conſueviſſe in Hiſpaniis *Piccardias*.

Piceninus Jacobus miſeris parentibus, & humili loco natus in Helvetiâ, Baſileæ alieno ſubſidio victitans, ſtudiis operam dedit. Perſpicaci ingenio, fertilique memoriâ à natura ditatus, controverſiarum ſtudiis potiſſimùm incubuit; quâ propter miniſter conſtitutus in oppido *Solium* dicto, librum compoſuit cui titulus: *Apologia Reformatæ religionis*, contrà quem plures ſcripſerunt, & pręcipuè eruditiſſimum calamum acuit Emus Cardinalis Gotti, Ordinis Prædicatorum, duobus editis libris inſcriptis: *La vera Chieſa di Criſto*. Vivere deſiit Piceninus initio præſentis ſeculi decimi octavi. XVII.

Pientes, à pietate quam affectant nuncupati, cadente ſeculo decimo ſeptimo, potiſſimùm in Saxoniâ, in Urbe Hallâ invaluerunt. Sectâ ſunt Lutherani, ſed admittunt Purgatorium, & exteriori pietati ſumme dediti, omnes externi cultus vanitates reiiciunt, à publicis ſpectaculis, choręis, lautiſque conviviis abhorrent. Vide verbo *Franken*. XVII.

Piscator, nomine Joannes, Patriâ Argentinenſis, diverſus ab eo, de quo actum ſub nomine Joannes Piſcator, inter Proteſtantes celebrioris nominis fuit, quem impugnavit Conradus Worſtius, miniſter in Hollandiâ ineunte ſeculo decimo ſeptimo: de quo etiam prolixè ſermonem inſtituit Gaulterius. Piſcator itaque artium magiſter, & Calvinianæ Theologiæ in ſchola Hebernenſi profeſſor, ſcholarum reformationem aſſumpſit, cum in hac re ſibi plus cæteris divinitùs eſſe concreditum glorietur; proindè in ſuo genere bonos auctores, licèt XVI.

Gen-

Gentiles, utpotè Ciceronem, Terentium, Virgilium, & alios hujuſmodi relegavit; aſtrorum,dierumq; nomina reformare etiam præſumens, ſuis erroribus infecit comitatum Naſſovienſem, Palatinatum, & alia inferioris Germaniæ loca. Præcipui ejus errores ſunt ſequentes.

1. Chriſtus per ſolam obedientiam mortis, non autem per obedientiam vitæ, peccatorum remiſſionem nobis promeruit: ac proindè ſolam obedientiam mortis, non verò obedientiam vitæ nobis in remedium computari. R. verbo *Carolus Molinæus*.

2. Deum nihil velle ſub conditione. R. Nam Deus vult noſtram ſalutem, poſitâ conditione noſtrorum bonorum operum, undè monuit Petrus Apoſtolus: *Magìs autem ſatagite, ut per bona opera certam veſtram electionem, & vocationem faciatis*. Conditio ergo bonorum operum à nobis purificanda requiritur, ad impletionem voluntatis Dei eligentis, & vocantis nos ad æternam ſalutem; licèt non à ſola voluntate noſtra, ſed & præcipuè à gratia ſua purificatio conditionis dependeat: quam gratiam ille, niſi per nos ſteterit, non negabit. Cæterùm ſi Deus nihil vellet ſub conditione, tam reprobis mala opera non obeſſent, quàm electis bona opera non prodeſſent. Neque ſequitur, Deum eſſe mutabilem, ſi velit aliqua ſub conditione, ut contendit Piſcator, quia voluntas Dei à conditione dependeret; Non enim dependet voluntas Dei à mutabili conditione; ſed facit immutabiliter, ut conditionatum à conditione dependeat, quia ita vult; hocque non eſt voluntatem Dei dependere à conditione, ſed è contra eſt ſtatuere ordinem à ſe, ſeu à voluntate ſua dependentem conditionis, & conditionati. Itaque voluntas Dei prior eſt ſemper; alia ab aliis dependere facit; omnia ab ipſa dependent, ipſa à nullo. Miſſam facio concertationem Theologorum ſuper conditionibus voluntatis Divinæ, an ſcilicèt objectivæ tantùm, an etiam ſubjectivæ ſint, hæc enim diſquiſitio non eſt inſtituti mei. Sed ut verum fatear, ſententia S. Thomæ excludentis à Deo omnem ſubjectivam conditionem, præſtantior eſt, & longè expeditior ad explicandam Divinam perfectionem, & independentiam. Qua autem ratione cum independentia, ſupremo dominio, & immutabilitate voluntatis, & ſcientiæ Dei componatur creata libertas, liberum Theologis eſt diſputare, ac cuilibet facile erit juxtà diverſos Catholicorum diſcurrendi modos, hæreticis reſpondere.

3. Deum velle actiones injuſtas, quandoquidem decrevit, quòd Judæi Chriſtum interimerent: ſed hoc eſt contrà Pręceptum non occides; ideò velle effectivè peccatum. R. verbo *Blaſtus*, ubi probavimus Deum neminem provocare ad peccatum; ex quo ſequitur, Deum non velle actiones injuſtas. Eſtò quòd Deus decreverit Chriſtum pati à Judæis pro redemptione univerſi humani generis, hoc non evincit Deum velle actiones injuſtas, ſed voluiſſe permittere illas, quia ſupremi proviſoris eſt, permittere mala, quæ nollet, ut bona eveniant, quæ vult, & quæ bonitate, & utilitate ſua longè præponderant malis. Et ut aliquale exemplum ex creatis rebus adducamus, Princeps populi permittit pravas fœminas, corpora impudicè exponentes, quas deteſtatur, & nollet; ſed tamen rectè permittit, ne honeſtas communis perſonarum, effrenatis libidinibus tentetur, & vitietur. Undè S. Auguſtinus: *Tolle*, inquit, *meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus*. Igitur redimendus erat paſſione Chriſti genus humanum, & permittenda Judęorum peccata propter hoc bonum: Quomodò autem Deus concurrat ad actus peccaminoſos (quippè non ſolùm eſt permiſſor mali, ſed prima cauſa boni, ut boni ſunt phyſicè actus illi) intactâ ſuâ impeccabilitate, declarant Theologi. Hos, & alios Piſca-

toris

toris errores cōſutat Conradus Worſtius, licèt hæreticus in libro inſcripto: *Amica collatio intèr Joannem Piſcatorem, & Conradum Worſtium* edito *Goudæ*, anno 1613.

XVII. Plasseus, ſectâ Calviniſta, celebris miniſter, interfuit Synodo Gapicenſi.

I. Platonici. Negant Dei immenſitatem: quandoquidem Deum intra ſphæram quamdam igneam commorari ſomniarunt. Abſit, ut ejuſmodi inſcitiam Platoni, aut nobilioribus ejus diſcipulis adſcribamus; quin potiùs Platonis opera tot tantaque habent de Deo vera, & altiſſima, ut non niſi ab illis, qui Divina fide Deum noverant, illum didiciſſe credatur. Eadem & ſimilia ingenui Platonis diſcipuli docuerunt. Undè Apulejus in Platonis dogmate, ait: *Hæc de Deo ſentit* (Plato) *quòd ſit incorporeus, aperimetros* (id eſt, immenſus) *genitor, rerumque omnium extortor, beatus, & beatificus, optimus, nihil indigens ipſe, conferens cuncta*. Quicumque autem fuerint illius deliramenti auctores. R. Oſtendendo contrà ipſos Deum eſſe immenſum, rebuſque omnibus intimè præſentem, non tantùm cognitione & operatione, ſed per ſuam immenſitatem, ex Scripturâ Deuteronom.4. ait Moyſes: *Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quòd Dominus ipſe ſit Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius*. Baruch.3. *Magnus eſt, & non habet finem, excelſus & immenſus*. Job.11. *Excelſior Cælo eſt . . . . profundior Inferno . . . . longior terrâ menſura ejus, latior mari*. Lib.3. Regum cap.8. *Si enim cælum, & cæli cælorum capere te non poſſunt, quantò magis domus hæc quàm ædificavi?* denique. Pſal. 138. *Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi diſcendero in infernum, ades*. Non poteſt Divina immenſitas magnificentiùs delineari. R. Secundò, rationibus Theologicis. Primò, infinita & ſumma Dei perfectio exigit ut ſit ubique, aliàs non eſſet ens perfectiſſimùm, quia dari, & excogitari poſſet perfectius, illud nimirùm, quod naturę ſuæ conditione eſſet ubique. Illa etenim immenſitas, cum ſit perfectio ſimplicitèr ſimplex, quę nullam in ſuo conceptu imperfectionem includit, enti perfectiſſimo tribuenda eſt: cæterùm ens perfectiſſimum nec eſt, nec concipi poteſt. Secundò, vel Deus alicubi eſt, vel nullibi, aut ubique; ſi enim Deus ſit alicubi, ut vel ipſi agnoſcunt Sociniani, vel eſt ibi liberè & per voluntatem, vel neceſſariò & per naturam. Non liberè, quià ab eo loco diſcedere poſſet Deus, & ad alium tranſire, illo finiri, & circumſcribi, quæ omnia Divinæ infinitati & ſimplicitati, etiam juxtà primas, quas de Deo habemus conceptiones, adverſantur. Eſt ergo alicubi neceſſariò & per naturam; ergo & ubique, cum ſit ſubſtantia ſimplex & infinita, neque reddi poſſit ratio, quarè in uno potiùs, quàm in alio loco pręſens ſit. Tertiò, Deus ubique operatur, quia in omni re attingit id, quod ipſi magis intimum eſt: ſed non agit per operationem ab eſſentiâ diſtinctam, quod non patitur ſumma ipſius ſimplicitas: ergo per operationem ab ejus naturâ, & eſſentia indiſtinctam; ac conſequenter Deus, qui in rebus omnibus operatur, in iis quoque intimè pręſens adeſt. Hac ratione probat validè S.Thomas Dei immenſitatem. Adde, vel ipſos Ethnicos Poetas Dei immenſitatem prædicaſſe; ſiquidem *Plena Jove*, omnia dicebant, ut cecinit Aratus, apud Clem. Alexandrin.5. Stromat., & alia id genus. Quamobrem Apoſtolus Paulus etiam illorum teſtimoniis uſus, Divinam immenſitatem Gentilibus ſuadebat, Actor.17.

Plotinus, natione Ægyptius, Patriâ Cycopolitanus, homo gentilis, annos natus viginti octo, Alexandriam ſe contulit, ubi pluribus annis fuit auditor Ammonii viri celeberrimi, & Chriſtianâ religione commendabilis, qui philoſophiam explanans, III.

N plu-

plures auditores docuit veram viam ſalutis; ex quibus alii magis obdurati, ſe ſe magiæ, quæ per invocationem dœmonũ fieri ſolet, addixerunt, inter quos fuit Plotinus, qui deindè Romæ publicè philoſophiam docens, etiam magiam exercuit. Platonicis legibus civitatem unam ſibi inſtruendam concedi ab Imperatore Gallieno petiit, ſed ſuorum æmulorum invidiâ repulſam habuit: prætulit Chriſti religioni familiaris dœmonis cultum, qui ſub forma Draconis ſæpè illi adſtare viſus eſt; undè & peſſima morte in Campania, ubi ſeceſſerat, deceſſit, annos natus ſexaginta ſex: tantę exiſtimationis nihilominùs fuit apud ſuos auditores, ut Divinos illi honores conceſſerint, eique aras erexerint. Ex Baron. ann. 271.

PNEMATOMACI. Vide *Semiariani*.

PNEUMATOMACI. Vide *Macedonius Conſtantinop.*

PNEUMATICI. Vide *Ambroſiani*.

XVI. POLITICI, qui etiam vulgò *Malcontenti* in Galliâ nuncupati ſunt, motivo ſumpto à Reginine, novam factionem, ubi occaſio ſuppetit, ſuſcitant; cujus rei hiſtoriam perſtingit Spondanus anno 1574. Cæterùm hæreſis Politicorum dictæ, primipilus, communitèr cenſetur Arnaldus Brixienſis, qui tempore Conradi Imperatoris, & Innocentii II. Pontificis, ſeditione motâ in Capitolio, voluit contrà Pontificem, Patritium & Senatores reſtituere, jactans Laicorum eſſe omnia temporalia, & à Clericis injuſtiſſimè detineri; ex quo factum eſt, ut Politicorum hæreticorum ſe Patriarcham conſtitueret: quod factum, licèt proteſtarentur Politici, intentatum eſſe in gratiam Imperii, reprobavit nihilominùs Conradus Imperator, optimè conſcius jurium, atque malorum, quæ infert ſtudium res novandi. Politicorum errores iterùm à ſeditioſis excitati, & aucti, ſunt ſequentes.

1. Regem nullis legibus ſubdi. R. Ex his, quę dicta ſunt verbo *Adamitæ, Dulcinus*. Item, aliquibus legibus, etiam de jure civili ſubditos eſſe Reges, videre eſt apud juriſtas.

2. Subditum, etiam in ſceleribus patrandis Regi parère debere.

3. Pietatem, & religionem parvi pendendam.

4. Nullum eſſe gravius crimen, quàm Regis imperio non parère.

5. Religionem nihil aliud eſſe, quàm phantaſma ad eludendos, & terrendos homines.

6. Religioni tandiù ſerviendum eſſe, quandiù expetit propria utilitas.

7. Conſilia omnia, & deliberationes ad Principis commodum libranda eſſe: quæ omnia, ſi non expreſſis verbis, ſed quod deterius eſt factis, adhuc nunc temporis profitentur plures aulici, qui Deo non ſerviunt, ſed mammonæ. Verbo *Marſilius, Joannes Jandunus, Petrus Martyr*, præfatæ hæreſes ſunt reprobatæ. Obſervanda autem ſunt teterrima humanæ perverſitatis, hac in re, extrema. Politici (qui perperam quidem ita appellantur) omnia ſubdunt Regum arbitrio. Pibertini autem (nam propriè ita vocandi) nullum Regum admittunt juſtum dominium. Media autem eſt veritatis via, qua & homines Principibus ſubeſſe, & Principes legibus etiam teneri in Dei honorem, & commune bonum, docet Cathplica Religio.

POLEMIANI. Polemius circa IV.
annum 373. Polemianis hæreticis nomen fecit, ex ſchola Apollinaris progenitis, de quibus mentionem facit Theodoretus lib. 4. hæreticarum fabularum.

1. Dicebant, in Incarnatione, Verbi & carnis commixtionem & confuſionem factam fuiſſe. Sed permanſiſſe impermixta, evincitur ex ipſa terminorum contrariorum implicantiâ; neq; enim dignoſcitur, quid ſibi velit hæc vox Commixtionis. Nam hæc commixtio, vel dicit naturam Divinam fieri humanam, & humanam fieri Divinam, & hoc patet eſſe impoſſibile; non enim Creator fieri po-

[illegible] a , [illegible] è [illegible] [illegible] t [illegible] n-turarum, ſed [illegible] unione duorum extremorum nulla fit con[illegible], & commixtio inter extrema : ergo in Incarnatione, Verbi & carnis nulla facta eſt commixtio,& confuſio. Hic error non aliud habuiſſe videtur principium, niſi [illegible]ptitudinem cogitandi ; nam non [illegible] ſenſibilia concipere valentes homines (ut hodi etiam novę philoſophiæ inventores) omnia ad materiales, & ſenſibiles perceptiones reducunt, putantes ſe inſenſibilia, & ſpiritualia imaginari. Inde ſicut vinum aquę infuſum, partium diviſione, & locali earundem permutatione commiſcetur : ita illi Divinitatem, & humanitatem miſceri putarunt. Apage ineptias iſtas, ſola ſui futilitate ruituras.

VII. POLYCHRONIUS Presbyter, ad Conc. Conſtantinopol. tertium vocatus, & de fide interrogatus, ſe Monothelitam prodidit, & fidei ſuæ formulam,in charta deſcriptam,quã profitebatur unam in Chriſto voluntatem, & Dei virilem operationem, mortuo applicari petiit, ſpondens ad fidei ſuæ veritatem comprobandam, mortuum reſurrecturum: cumq; factum eſſet, & Polychronius multa, ſed fruſtrà in aures mortui inſuſuraſſet, ſe tandem mortuum ſuſcitare non poſſe confeſſus eſt; ſed cum nihilominùs à ſuo errore reſipiſcere recuſaſſet, tanquàm impoſtor, & hæreticus anathematizatur. Ex Act. 15. Conc. Conſt.3.

XVI. POLYGAMISTÆ. Horum hæreticorum, qui ſunt ex Anabaptiſtarum familia, anteſignanus creditur Bernardinus Ochymus, docens uni viro licere habere ſimul, & ſemel plures uxores. Multi fuerunt, qui hanc hæreſim antè ipſum promulgarunt, nihilominùs Ochymus dicitur anteſignanus, quia expreſsè librum de pluralitate uxorum promulgavit. R. verbo *Bernardinus Ochymus*.

XI. POLYTHEI, ſic dicti ſunt, qui plures deos adorant; & licèt Gentiles ſibi plures pro arbitrio fingerent deos, adorantes ſtatuas, vel etiam animalia, ſidera, arbores & homines, quos pro libito inter deos collocabant; attamen prout opera manuum hominum, vel animalia, aut cætera hujuſmodi adorabant, potius idololatræ nuncupabantur. Polythei ergo in rigore dicuntur illi, qui ſibi plures fingunt eſſe deos. Inter Gentiles Philoſophię deditos, agnita fuit ſummi luminis Divinitas, tamen alios deos illi dicebant inferiores; quoniam quamvis valdè confuſam, aliquam tamen habuerunt ſubſtantiarũ ſeparatarũ (quas Angelos, & dæmones dicimus) notitiam. De iſtis nihil dicendum, neque enim parum fuit hominibus lumine ſolius rationis, aliquid inviſibilium rerum attigiſſe. Sed quoniam primus ex Chriſtianis, qui Polytheiſmi fabulam commentus eſt, & ad eum errorem declinavit, fuit Valentinus quidam Ægyptius, ex Philoſopho gentili Chriſtianus, & ex Chriſtiano hæreticus, ipſe Polytheorum coryphæus meritò conſtituitur, qui triginta Æonas, ſeu deos eſſe ſomniavit. R. Pſal. 85.: *Tu es Deus ſolus*. Sap. 12. *Non eſt alius Deus quam tu*. Iſai. 10. *Antè me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit*. Deuter.6. *Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt*, ad Cor. 8. *Nullus eſt Deus,niſi unus*:ad Gal.3.*Deus autem unus eſt*: ad Epheſ.4. *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma,unus Deus*. Tum quia Deus neceſſariò eſt Omnipotens, ergo plures dii ſunt ſuperflui. De ratione Deitatis eſt, quòd Deus ſit à ſe, quòd ſit primus motor, prima cauſa, & quòd cætera omnia ſint ab eo, ergo unus tantùm Deus neceſſariò eſſe poteſt. Neque valet dicere, Deũm bonum eſſe non poſſe auctorem malorum : ergo ſaltem duos deos admittendos, unum auctorem boni, alium auctorem mali; non,inquam,id quidquam valet, quia Deus neceſſariò excludit à ſe omne malum : ergo nequit eſſe Deus auctor mali, & quidem ſi de malo morali loquamur, permittit quidem Deus malum, quia ſinit cauſas ſecundas

agere motus ſuos, non verò dicendus eſt auctor mali: nam libertas arbitrii non ei culpam facit, à quo data eſt, ſed à quo, non ut debuit, adminiſtrata eſt. Si autem loquamur de malo phyſico, quod eſt: *Non eſſe, privari &c.* hoc malum non eſt à Deo, ſed à nihilo ex quo res factæ ſunt. Habent ergo à Deo, quod ſunt: deeſt illis eſſe hoc, vel illo modo, aut deficiunt ad non eſſe, quia ex *non eſſe* factę ſunt.

Polytheistæ, fuere hi omnes, ſivè Gentiles, ſivè Judæi, ſivè hæretici, qui Saturno, Jovi, Marti, Soli, Veneri, Mercurio, Lunæ, aliiſque ſimilibus ſibi ad placitum confictis divinitatibus ſacrificabant. De Judæis plura habemus in ſacris litteris; ad omnem enim idololatriam diverſis temporibus defecerunt, & deorum pluralitatem turpiter amplexati ſunt. Ex gentilibus, ut omittamus meridiolanis Americę incolas, quos tradit *Garci Laſſo* (gentium illarum Regio ſanguinè materno ortus) ſolum Deum adoraſſe Solem; extiterunt ex aliis Gentibus *Indi*, qui maximas arbores pro diis adorabant, eaſque ferro incidere, capitale crimen erat apud ipſos. Perſæ & Maſſayetæ, qui deos Cælum, & Jovem, Solem verò deum maximum putabant. *Druidæ* antiqui Gallorum, qui viſcum ex arbore natum tanquam numen habebant. Ægyptii, qui non modo Apim, Iſim, Oſiridem, Serapim; verùm etiam, quod deteſtabilius eſt: Aves, Serpentes, Feles, Crocodillos, Cæpas, porros, & herbas, aliaque iis longè viliora, Auguſtino teſte, pro diis habebant. *Arabes*, qui Jovi & Baccho; Numidæ, qui Ammoni, *Scythotauri*, qui Dianę, *Laodicæi*, qui Palladi, & Phęnices, qui Saturno ſacrificabant. Hos inter Polytheiſtas recenſeri poſſunt hæretici multi, ut *Tritheitæ* ex Joanne Philoppono, qui tres perſonas Divinas, tres dixere deos; *Gnoſtici* diſcipuli *Carpocratis*, qui duos deos eſſe putaverunt, unum bonum, alterum malum; *Apellitæ* ex Apelle, qui idem ſenſerunt, ac Gnoſtici; Marcionitæ, à Marcione, qui vel duos deos admiſit, referente Tertulliano libro primo contra Marcionem; vel tres, ut cenſet Epiphanius lib. 1. contrà hæres cap. 42. unum nempè inviſibilem, rerum inviſibilium; alterum verò viſibilem, Mundi hujus parentem; Tertium, diabolum, medium inter utrumque. Manichæi dicti, & propagati à Manes, qui duo rerum prima principia, ſeu duos deos admiſerunt ingenitos, alterum alteri oppoſitum, & alterum quidem bonum, rerum inviſibilium authorem; alterum verò malum, ſenſibilium rerum, & materialium cauſam. Alteri lucis, alteri verò tenebrarum nomen tribuerunt. Malum veteris legis, bonum autem novę legis parentem conſtituentes.

Sed inter hos omnes, nulli tam inſulsâ, ac rationi diſſona docuere figmenta, quàm *Valentiniani* ex memorato Valentino Ægyptio, qui nedum duos aut tres, ſed triginta admiſere deos, ſivè ut ipſi vocant *Æonas*. Supponebat enim Valentinus; primò, antè Mundi conſtitutionem nihil fuiſſe, præter profundum maris ſilentium, quod Chaos dixere Poetę; ſecundò, de hoc profundo, & ſilentio *Intellectum, & veritatem prodiiſſe*; tertiò, de intellectu, & veritate *Verbum, & vitam*; quartò, de verbo, & vitâ: *Hominem, & Eccleſiam*, & de homine, & Eccleſiâ duodecim *Æonas* ſivè ſecula; de verbo, & vita decem alias: de intellectu, & veritate octo pariter alias; ſicque è duobus illis omnium Principiis *profundo* videlicèt, & *ſilentio*, triginta prodiiſſe *Æonas* ſivè deos, & tandem è trigeſimo illo ſeculo, ſivè deo prodiiſſe diabolum, & ex diabolo illos alios fuiſſe, qui mundum iſtum effecere. Hanc fabuloſam triginta deorum progeniem ſimplicibus, & imperitis ut ſuaderet, Chriſtum ad illam deſignandam triginta annos vixiſſe dicebat. Valentinum ſecutus eſt *Secundus*, qui teſte Tertulliano, libro de Præſcriptionibus, quoſdam alios Æonas commentus eſt. His omnibus addendi ſunt Cerdoniani, Al-

ba-

banenſes, Albigenſes & alii, de quibus ſingulatim actum ſub proprio nomine. Sed contra fabuloſam illam ſivè deorum, ſivè ſeculorum Valentini ſobolem, contra impium quemcumque alium, ſivè Gentilium, ſivè Judæorum, ſivè Hæreticorum Polytheiſmum, pugnant ubique ſacræ Scripturæ paginæ, univerſa Prophetarum oracula, canonica Apoſtolorum ſcripta, ſanctorum Eccleſiæ Patrum dicta, celebrata quotquot ſuere Concilia, tolerata pro Deo uno optimo maximo SS. Martyrum ſupplicia; pugnat pro Deo uno ipſum etiam rationis naturalis lumen, cujus ductu Plato, Ariſtoteles, & alii unum eſſe Deum agnoverunt. R. Igitur clariſſimis Scripturæ teſtimoniis ſupra relatis, deindè manifeſtis rationum momentis: Primò, quia natura, cui unitas eſſendi eſt omninò eſſentialis, multiplicari numero non poteſt, habet enim ſingularitatem per ipſam indiviſam amplitudinem, quam nos non niſi per naturæ diviſionem habemus. Sivè autem ſingulare eſſe habeatur per partium naturæ diviſionem, ſivè per indiviſam amplitudinem: hoc proprium eſt illi, ſcilicèt dividi non poſſe, quia ſingulare; atqui ſingularitas, ſeu ſingulare eſſe, aut unitas eſſendi omninò eſſentialis eſt naturę Divinę, non ergo poteſt Deitas multiplicari. Minor facilè oſtenditur, quia exiſtentia ipſi Deo ita eſt eſſentialis, ut nequidem per mentem ſeparari ab illa poſſit; Deus enim eſt ens planè neceſſarium, ſi autem eſſentialis eſt Deo exiſtentia, idem eſt in ipſo eſſentia & eſſe: ſi idem eſſentia & eſſe, purus eſt actus eſſendi: ſi purus actus eſſendi, non habet undè limitetur: ſi non habet undè limitetur, in ſe ipſo completiſſimus infinitè eſt: tandem ſi ita eſt, ſingularitas eſſendi in tota Divinitatis amplitudine, eſſentialis Divinæ naturæ eſt. Secundò, Deus eſt ens perfectiſſimum, ens ſummum, quo nihil meliùs, ut omnes SS. Patres, & Theologi conſentiunt: at, quod perfectiſſimum eſt, quod ſummum, unicum eſt, nec parem habere poteſt: Summum quippe non eſt, cui aliquid adæquatur, & ſi duo eſſent ſumma, & perfectiſſima, neutrum ſummum eſſet, ac perfectiſſimum, quia neutrum altero majus eſſet: Deus autem, ex dictis, eſt id quo nihil majus, nihil melius dari, & excogitari poteſt. Tertiò, ſi duo eſſent dii æquales, utroque melius aliquid cogitari poſſet, adeòq; non eſſent illi veri nominis dii. Probatur, quia melius eſt quidquam non habere parem, quàm habere, melius eſt alia omnia infrà ſe, quam juxta ſe habere: melius deniq; eſt ſolum imperare, quàm conſortē habere. Deindè ſi plures eſſent dii, procul dubio à ſe invicem diſtinguerētur; aliàs plures non eſſent, at, id per quod diſtinguerentur ſinè dubio perfectio quædam foret, in Deo enim nulla prorſus imperfectio eſſe poteſt. Hoc autem ſuppoſito, illi dii aliqua viciſſim carerent perfectione, eâ ſcilicèt, per quam à ſe invicem differrent, ac diſtinguerentur; atque ita perfectiſſimi non eſſent, nec cõſequenter veri dii: verus enim Deus perfectiſſimus eſt, quo nihil melius cogitari poteſt. Audiatur demùm Tertullianus lib. 1. contrà Marcionem: *Deus, ſi unus non eſt, Deus non eſt: quia dignius credimus non eſſe, quodcumque non ità fuerit, ut eſſe debebit.*

XII. Populicani, dicti etiam Popelitani, & Publicani, hæretici ſunt, qui latè, licèt latenter per diverſa Galliarum loca propagabantur, quorum hæreſiarcha fuit quidam nomine *Terricus*, magnus diaboli laqueus, qui in ſpecu ſubterraneo diù latuerat, pluresque ſubverterat; ſed productus è latebris, & convictus, incenſus eſt anno 1198. cum plurimis ſectatoribus, intèr quos igni traditæ fuerunt duæ vetulæ, quarum unam Populicani vocabant S. Mariam, aliam Eccleſiam, ut ſic judices, aliosq; deluderent, ſophiſticè dicentes, ſe credere quidquid crederet S. Eccleſia, & S. Maria. De hâc hæreſi mentio habetur in magno Chronico Bel-

gico:

gi[illegible] [illegible]amnata fuit ſub [illegible] ne hæreſis Puſ[illegible]anorum ab Alexand. III. in Concil. Generali. Potiſſimus hujus hæreſis error, quantum ex condemnatione cujuſdam ſectarii, *Rainaldi* nomine conſtat, fuit ſequens.

1. Credebant Corpus Chriſti mitti in ſeceſſum, quarè fœculentiſſima hęreſis communiter vocabatur. R. Quia Corpus Chriſti, cum deſinunt eſſe ſpecies Euchariſticę, deſinit etiam eſſe ſub ſpeciebus.

2. Omnes tandem fore ſalvandos, quæ fuit olim Origenis opinatio. R. verbo *Origeniſtæ*.

XV. PORCARIUS. De quodam Hæreſiarchâ, nomine Franciſco Porcario, Senis igni tradito, mentionem fecit Spondanus ad annum 1429. ſicque Etruriam fuiſſe ab illius hęreſis liberatam contagione, ſed qui fuerint hujus Hæreſiarchæ errores non conſtat.

III. PORPHIRIUS. Porphirium Philoſophum, ſectâ Platonicum, Chriſtianæ religionis hoſtē infenſiſſimum, Patriâ Tyrium aſſerit Eunapius in vitâ philoſophorum. S. Hieronymus ſcribit fuiſſe Bataneorem, quæ eſt civitas in Judæa. Anno 264. Romam venit, cum factus eſſet deſertor Religionis Chriſtianæ, quam aliquandiù profeſſus erat, & abdicavit, eò quòd ferre non potuerit juſtam reprehenſionem morum ſuorum: ad iracundiam, & furorem valdè proclivis, licèt ſublimibus ſtudiis eſſet eruditus. Romæ cum Plotino, de quo ſuprà actum, amicitiâ initâ, adversùs Chriſtianam religionē commentarios edidit, ut eam everteret, & Gentiliſmum pro viribus dilataret. Quâ propter calumniarum Patrem Porphirium appellat S. Cyrillus, quòd amaros libros (ait S. Antiſtes) in Chriſtianos effuderit impoſturis plenos. Tres primos illorum eruditiſſimè confutavit Lactantius: multa contrà illum ſcripſit S. Methodius Tyri Epiſcopus. Suida teſte, quindecim libros Porphirius in Chriſtianos vulgavit. Romæ, obiiſſe anno 268. aliqui ſentiunt. Imperatoris ſanctionibus Porphiriani libri comburi juſſi ſunt. Contra quos etiam ſcripſerunt DD. Hieronymus, Cyrillus & Auguſtinus. Hic non omittendum, quòd Conſtantinus Imperator, Arianos, etiam Porphirianos nuncupari voluit, ut cujus ſecuti ſunt mores, etiam nomen deferrent.

POSTLAPSARII. Vide verbo *Antelapſarii*.

POTAMIUS, ſectâ Arianus, Sirmianæ blaſphemię auctor cenſetur. Fuit autem dicta blaſphemia Sirmiana, eo quòd Sirmii ſcripta ſit nova fidei formula ab Arianis, in quâ de conſubſtantialitate Filii cum Patre nullam omninò mentionem faciendam aſſerebant, dicentes, nihil de hâc conſubſtantialitate reſcriptum inveniri in ſacris Paginis. R. verbo *Arius*. IV.

POTINUS, fuit Marcionis diſcipulus. De eo agit Theodoretus hæretic. fabul. lib. 1.

POVELLUS, ſectâ Calviniſta, lib. 1. de Antichriſto, probare nititur Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum, de quo mentio fit in Scripturis. Impietatem iſtam multoties contrà Romanam Sedem evomuit infernus, quam & nos non ſemel ſuperiùs deteſtati ſumus dignis reprobationibus. Nec eſt cur tantam injuriam obſtupeamus, ſcientes quot, quantiſque probris membra diaboli ipſum Chriſtum, cujus Romanus Pontifex Vicarius eſt, expetierint. Non enim eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum. Sed quod mirabilius, ita loquuntur, qui ſequuntur beſtias illas, quæ Antichriſti adventum præcedere debent, juxtà ſacrum textum Ezechielis, & Euangeliſtam Joann. in Apocalypſi; id eſt, ita loquuntur præcurſores Antichriſti. Sed patienter reſpondeamus, nam & patientiam docuit nos Dominus. R. Ergo, præter ea, quæ jam alibi oppoſuimus, quia, quæ Scriptura dicit de perſona Antichriſti verificari nequeunt de perſona Pontificis. Tum quia unus tantùm apparebit Antichriſtus, ſicut conſtat ex ipſa Scriptura, in fine mundi: Romani XVI.

antem

Pontifices ſucceſſivè ſunt plures: & de uno ſolùm deberet poſſe dici, quòd fuerit, vel futurus, ſit Antichriſtus: quis autem hic ſit non aſſignant ipſi hæretici, qui neque conveniunt in aſſignando tempore adventus Antichriſti. Lutherus enim vult veniſſe anno 600. Bullingerius anno 763. Adde, quòd omnes Pontifices ſemper ſteterunt pro ſuſtinendâ doctrinâ Chriſti. Antichriſtus verò doctrinam contrariam promulgabit; ergo dici nequit undè Romanus Pontifex ſit Antichriſtus. Plures alios hæreticos, qui ejuſdem farinæ, & ſenſus fuere cum Povello, citat Bellarminus lib. 3. de Romano Pontifice, quibus adſtipulari poſſunt *Bartholomæus Naſſerus*, cujus vitam perſtringit Freherius in Theatro virorum illuſtrium. Naſſerus itaq; ſcribens in Apocalypſim delirat Silveſtrum Papam fuiſſe Antichriſtum: etiam *Philippus Mornæus* in quadam inſcriptione ad Paulum V. magno ſuorum conſodalium applauſu, infert Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum: *Simon Vocon* docet, uno dempto Sabiniano, omnes Romanos Pontifices eſſe Antichriſtos: *Dunham* hoc aſſerit de Gregorio VII., qui omnes unâ cum aliis ejuſdem ſenſus hæreticis. R. verbo *Blandriſtę*, & ex ſuprà dictis contrà *Povellum*.

XV. PRAGENSES. Una fuit ex tribus ſectis, in quas lepra Joannis Hus eſt dilatata: Pragenſes verò mitiores cæteris, & minùs intolerabiles videbantur. Ex Gualter. ſect. 15.

II. PRAXEAS, natione Aſiaticus, primò Catholicus, Montani hæreſis inſenſiſſimus hoſtis, de Montani hæreſi Romanum Pontificem certioravit: ſed poſtmodùm in Montani hæreſim lapſus, detecta ejus fraude, cadente ſeculo ſecundo, erroris pœnitens cecinit Palinodiam: ſed iterùm ad hæreticos declinans, à Zephyrino Papa damnatus fuit. Hæretici, qui auctore Praxeâ prodierunt, dicti ſunt *Monarchici*, & *Patropaſſiani*.

XVII. PRÆADAMITÆ. Sic nuncupantur, qui antè Adamum homines extitiſſe fingunt. De quibus ſuprà egimus verbo *Peirerus*, qui nomine Iſaacus, natione Gallus compoſuit librum anno 1655. inſcriptum *Syſtema Theologicum ex Præadamitarum hypoteſi*, in quo probare nititur, antè Adamum creatos fuiſſe alios homines. R. Ex Script., ubi Adam primum hominem creatum eſſe à Deo narratur in Geneſi. Quod etiam aſſerit Apoſtolus ad Corinth. 1. cap. 15. verſ. 45. Tum quia Eva, quæ formata fuit ex coſta Adam, vocatur mater cunctorum viventium: ergo ante Adamum non fuerunt creati alii homines: nec eſt, qui de creatione factâ antè Adamum aliquid ſcripſerit. Adamum fuiſſe primum hominem expreſsè legitur in pluribus Conciliis. Videatur hâc de re Durandus, Fidei vindicatæ lib. 2. art. 2., ubi expreſsè impugnat Prędamitarum rationes. Negant etiam Præadamitæ contra expreſſum Scripturæ teſtimonium Geneſ. cap. 6. diluvium univerſale.

V. PRÆDESTINATIANI. Prædeſtinatianorum hęreſim putant omninò fabuloſam nonnulli, quam tamen primitùs ab Adrumetinis ortam Monachis, verius aſſerunt alii, ſtatimque ſopitam ab Auguſtino, ad illos miſſo *De correptione, & gratiâ, libro*. Sed à Lucido quodam in Galliis Presbytero, & aliis nonnullis obſcuri nominis circà annum 475. infelicitèr revocatam & auctam poſt S. Auguſtini obitum; iterumque duobus in Conciliis iiſdem temporibus habitis, *Arelatenſi* nimirùm uno, & *Lugdunenſi* altero proſcriptam; rurſuſque ſeculo nono à Gotteſcalcho, viro natione Germano, & profeſſione Ordinis S. Benedicti, Orbacenſis Abbatię Monacho recoctam, & iterùm pariter à duobus Conciliis aliis *Moguntino* ſcilicèt, & *Cariſiaco* damnatam; tandem his non obſtantibus per Lutherum renovatam, & per Calvinum, Calvinique diſcipulos ad noſtra uſq; tempora propagatam novimus. Hi ſunt præcipui Prędeſtinatianorum errores.

1. Dicunt, quòd ſicut Deus quoſ-

dam ad vitam æternam, ita quoſdam prædeſtinavit ad mortem æternam: undè inferebant bona opera nihil prodeſſe reprobis, nec mala nocere prædeſtinatis. R. Ex Sacra Scriptura Ezech. 33. *Vivo ego, dicit Dominus: nolo mortem impij, ſed ut convertatur à viâ ſuâ, & vivat*. Deum hic juraſſe obſervat Tertullianus lib. de Pœnitentiâ cap. 4. ut nempè promptiorem fidem obtineat. *Jurans etiam* (inquit) *vivo dicens, cupit eredi ſibi. O beatos nos quorum causâ Deus jurat! O miſerrimos, ſi nec juranti Domino credimus!* Porrò ſi Deus mortem impii, id eſt damnationem non vult, neceſſe eſt velit ſalutem omnium, nullius damnationem: Deus enim, ut legitur Sapientiæ 1. *Mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*, ſed, ut ait D.Petrus in ſua 2. Epiſtola Canonica cap.3. *Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti*, ad Rom. 2. Apoſtolus ait: *Tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.* Quâ propter meritò S.Auguſtinus lib.3. contrà Julianum cap.18. dicit: *Bonus eſt Deus, juſtus eſt Deus: poteſt aliquos ſinè bonis meritis liberare, quia bonus eſt, non poteſt quemquam ſinè malis meritis damnare, quia juſtus eſt*. Denique, ut alia multa omittamus, Concilium Arauſicanum II. Can. 25. ſic ſtatuit: *Aliquos ad malum Divina poteſtate prædeſtinatos, non ſolùm non credimus, ſed etiam, ſi ſunt qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus*. Idem repetitur in Concil. Valentino III. & in Trid. ſeſſ. 6. Can. 17. Ex quibus omnibus conſtat quàm impium ſit aſſerere cum Prædeſtinatianis, Deum ex ſolo beneplacito, & ſinè ullo prævio peccato prævíſo, nonnullos homines poſitivè reprobaſſe, ac æternis ſuppliciis deſtinaſſe; hæc enim tam perverſa doctrina bonos à bonis operibus avertens, & malos ad mala provocans, manifeſtè repugnat doctrinæ Chriſti dicentis Math. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*: & adverſatur Epiſt.2. Pet.cap.1. manifeſtè ſuadenti: *Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis*. Notandum eſt autem reprobationem duplicem à Theologis diſtingui; alteram negativam, alteram poſitivam. Prima conſiſtit in ſola non electione ad beatitudinem (ſivè actum poſitivum importet, ſivè non, juxtà diverſos) quam Deus nemini debet, & cui non dederit, nullám injuriam facit; cui dederit gratiam omninò facit, illum eligendo; non enim merita poſſunt præcedere electionem Divinam, quæ omnium meritorum eſt origo. Reprobatio autem poſitiva eſt excluſio à regno, & ordinatio Divinæ juſtitiæ in damnationem; ſcilicèt, eſt deſtinatio ad pœnam ſivè damni, ſivè etiam ſenſus. De hac reprobatione loquendo, Catholica ſententia eſt, quòd præcedunt illam reprobatorum demerita. De reprobatione verò negativâ diſputant Theologi, an demerita præcedant, an non? Diſputationis hujus provinciam ingredi, mei inſtituti non eſt; etſi fateri cogar, ſententiam Sanctorum Auguſtini, & Thomæ, quæ demerita non præcedere reprobationem negativam tenet, longè videri probabiliorem. Sed ad rem noſtram. Semper hæreticum eſt, & blaſphemum dicere, Deum aliquem ad malum prædeſtinaſſe. Undè *Prædeſtinati* dicuntur electi; reprobi verò, tantùm *præſciti*.

2. Dicunt Prædeſtinatiani, Deum nolle omnes homines ſalvos fieri, ſed tantum eos qui ſalvantur, quia ipſos prędeſtinavit. R. Primò, ex Sacra Scriptura: Chriſtus Math. 18. ait: *Non eſt voluntas antè Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis*. Ibidem verſ. 11. jam dixerat: *Venit filius hominis ſalvare quod perierat*, & cap.11. *Venite*, ait, *ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*. Irriſoria certè non eſt hæc Chriſti invitatio: Ergo quantum eſt ex ſe, paratus

eſt omnes accedentes reficere, ac ſalvos facere. Fateor, accedere ad ipſum neminem poſſe, niſi vires lapſæ naturæ ipſe conferat: ſed ſufficientes omnibus dat, ſaltẽ, ut rectæ rationis ductũ ſequantur; ut illis cõtingit, quibus fides non eſt prędicata; nimirùm voluntatem roborat, mentem illuminat, ad agendum excitat, in opportunitatibus, & tribulationibus adjuvat; ità quidem, ut nemo niſi propriâ culpâ careat aut agendi virtute, aut orandi facultate. Qui fidem habent, aut norunt, ad vitam, ad ipſamque amplectendam fidei doctrinam excitantur. Qui illam prorſus ignorant, ſi rectam ſequantur rationem, vocatione non carebunt ad fidem. Non quia rectitudo humanorum hujuſmodi operum habeat rationem meriti ad vocationem, aut diſpoſitionis ad illam; ſed quia miſericordia Dei neminem deſerit, niſi deſeratur. Quamobrem illi etiam, quibus Euangelium non eſt prędicatum, ſunt etiam hujus miſericordię participes; quia licèt ad opera ſalutaria potentes non ſint, cum credere non poſſint quod non audierunt; tamen ſi rectè ſecundùm naturalem rationem operentur, correſpondentes auxiliis Dei, quibus ad hoc ſufficienter adiuvantur, piiſſimè creditur, quòd Deus illos illuminaret ſupernaturaliũ myſteriorum cognitione, & elevaret ſupernaturali agẽdi facultate: quemadmodùm docet S. Thom. qu. 14. de verit. art. 10. ad 1. ubi ait id certiſſimè eſſe tenendum: *Sto ad oſtium, & pulſo*, ait Apocal. 3. *Tota die expandi manus meas ad populum incredulum*. Iſaiæ 65. *Quid eſt quod debui ultrà facere vineæ meæ, & non feci?* Iſaię 5. 23. Demùm decretoria eſt Apoſtoli ſententiâ 1. ad Tim. 2. *Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Quæ ſanè verba proprio ac literali ſenſu (& ſi aliqui etiã Catholici alitèr interpretentur, quibus non aſſentior) intelligenda ſunt, de verâ & interiori Dei voluntate, non de illâ, quæ dicitur eſſe meri ſigni figura, & metaphorica, quia juxtà receptam de interpretatione Scripturarum regulam, Scripturæ verba ad ſenſum figuratum, improprium & metaphoricum detorqueri nunquàm debent, niſi ſenſus litteralis aliquid contineat, quod ſit vel Deo indignum, vel pugnet contrà fidem, & bonos mores; porrò nihil tale hìc occurrit. Rationem verò & cauſam hujuſce voluntatis Dei pro ſalute omnium, iſtam reddit Apoſtolus verſu ſequẽti: *Unus enim Deus, unus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus*. Pariter hanc Dei voluntatem ad omnes & ſingulos homines extendi, demonſtrat & ipſa ratio: ſicut enim Deus, omnium planè, nullo excepto, hominum Deus eſt, ita & omnium Salvator & Redemptor. Quamobrem D. Thom. in Joann. explicans illud: *Eum, qui venit ad me non eiiciam foras*. Cap. 1. quærit ib. lect. 4. quâ ratione imputetur non venire ad fidem, & ſalutem ei, qui ſupernaturali auxilio non vocatur, aut trahitur. Et reſpondet: *Non imputatur eis, ſi abſque auxilio Dei ad fidem venire non poſſunt; ſed hoc ei imputatur, qui non venit; quia impedimentum præſtat, quòd non veniat, avertens ſe à ſalute, cujus via, quantùm in ſe eſt, omnibus eſt aperta*. Quamobrem etiam Gentiles, niſi ſe à Deo auctore naturæ averterent, Dei miſericordia vocarentur ex illa dumtaxat voluntate, quâ vult omnes homines ſalvos fieri, quæ dicitur voluntas ineſſicax & antecedens, atque conditionata. Vide Gonet. diſp. 4. de voluntate Dei.

R. 2. Duabus rationibus Theologicis. 1. Petitur ex firmitate ſpei Chriſtianæ, cujus fundamentum eſt ipſa Dei fidelitas in promiſſis, ac pro ſalute omnium voluntas: *Regeneravit nos in ſpem vivam*, ait S. Petrus Epiſt. 1. c. 1. *per reſurrectionem Jeſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſcibilem, conſervatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei*

Digitized by Google

cuſtodimini per fidem in ſalutem. Porrò quàm debilis, quàm infirma erit ſpes noſtra, niſi pro fundament ocertam hanc fidem, ac perſuaſionem habeat, eſſe in Deo veram ac ſinceram ſalvandi omnes voluntatem, & dandi omnibus auxilia gratiæ ſaluti aſſequendæ idonea & ſufficientia.

Secunda ratio petitur ex providentia Dei, cujus eſt res quaslibet ad fines ſuos per media idonea dirigere ac perducere: *Hoc quippè ad Divinã providentiam pertinet*, ait S. Thomas quæſt.14. de verit. artic. 11. *ut cuilibet provideat de neceſſariis ad ſalutẽ*. Porrò qui confert media ad finẽ conſequendum apta, & ſufficientia, ille procul dubio finem illum velle cenſendus eſt; intentio quippè finis, movet ad mediorum electionem: vult autem Deus media ad ſalutem, nempè mandatorum ſuorum, per auxilium gratiæ ſuę obſervationem. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*. Matth.19.

3. Dicunt Prædeſtinatiani, Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus, quod eſt veluti conſectarium ex duabus præcedentibus propoſitionibus jam confutatis; ſi enim Deus voluntate poſitivâ aliquos deſtinavit ad damnationem æternam, nec vult omnes homines ſalvos fieri, conſequens eſt, ut Chriſtus non ſit mortuus pro omnibus.

4. Aſſerunt demùm, liberum arbitrium in homine nihil eſſe, eo quòd ſivè ad bonum, ſivè ad malum Dei prędeſtinatio in hominibus operetur. R. verbo *Janſeniani*, *Lutherus*, *Calvinus*.

IV. Precatores. Vide *Maſſaliani*, ſic dicti, quòd ſemper actu orandum eſſe, ſuſtinerent: quod cum humanæ naturæ imbecillitate impoſſibile eſſe, nemo non videt.

II. Praepones, unus fuit ex Marcionis diſcipulis, qui acceptâ occaſione ex blaſphemiâ ſui magiſtri, etiã cathedram erexit. Idem præſtitere *Python*, *Siimereos*, qui omnes diverſis doctrinis præfuerunt; quorum impietates plurimi impugnarunt, quos recenſet Theodoretus hæretic. fabul. lib.1.

Presbyteriani. Vide *Puritani*.

Primianus, ſectâ Donatiſta, cadente ſeculo quarto creatur ope Donatiſtarum Carthaginenſis Epiſcopus; IV.
ſed cum propter objecta ſcelera ab ipſiſmet Donatiſtis fuiſſet depoſitus, & in ejus locum Maximianus ex Diacono Donatiſta ſuffectus, jam pridem à Primiano damnatus, acerrimum ſchiſma factum eſt in Eccleſiâ Donatiſtarum, ad quod ſedandum celebrarunt Donatiſtę generale Concilium in Civitate Bagai, *Bagajenſe* dictum in Provinciâ Numidiæ, trecentorum decem Epiſcoporum, in quo, cum cauſa Primiani & Maximiani definiretur Præſide Primiano, ibi Maximianus abſens, fuit à prędicto Primiano damnatus; ſed contrà Primianum convocatis aliis duobus Donatiſtarum conciliabulis, nempè Cavernenſi, & Cebarſuſſenſi, utrobique Primianus retulit damnationem; undè tanta diſſenſio orta eſt intèr Primianiſtas, & Maximianiſtas, ut hinc indè cędibus, & incendiis omnia replerentur. Dicti etiã ſunt Donatiſtæ à quodam Claudio *Claudianiſtæ*, & à quodam Rogato *Rogatiſtæ*, qui licèt ſectâ Donatiſtæ, eo quòd cum cæteris Donatiſtis diſſidentibus communicare renuerent, multa ab ipſis Donatiſtis, Maximianiſtis ſcilicèt & Primianiſtis paſſi ſunt: ex quo patet, in quot partes ſciſſa ſit ſynagoga Donatiſtica, quarum ſingulæ aſſerebant, (ut perperàm gloriabantur) apud ſe tantummodò verum Baptiſmum remanſiſſe. Ex S.Auguſtino lib. contrà Creſſ.

Priſca, fuit una ex propheti- II.
ſſis Montani, quarum altera erat Maximilla, hæ ſiquidem fœminæ cum eſſent opulentæ, Montani ludibria ſequutæ, propheticum ſpiritum ſe habere mentiebantur. Sunt qui referant, mulierculas unâ cum Montano ſuſpendio interiiſſe.

Priſcilliani. Hoc etiam nomi- II.
ne diſtincti fuerunt, qui ſequebantur

tur Priſcam, ſivè Priſcillam unam ex Montani prophetiſſis. Ex Epiph. hæreſ.49.

IV. Priscillianus, nobilibus ortus natalibus, natione Hiſpanus, facundus fuit & eruditus, ſed vanitatis, captandique honoris avidiſſimus, magicis artibus ab adoleſcentia deditus, Gnoſticorum hæreſi imbutus, Hiſpaniam ſuis erroribus corrupit,poſt medium ſeculi quarti:damnatus proindè in Synodo Cęſarauguſtanâ, ſed nihilominùs ab Epiſcopis ſuæ perfidię conſortibus Epiſcopus Abulenſis creatus, edicto Gratiani Imperatoris ab Hiſpania ejicitur. In Italiam ſecedens, à Damaſo Papa, & Ambroſio Mediolanenſi rejectus fuit: ſed ſubrepto ab Imperatore edicto, ſuę Eccleſiæ reſtituitur. Mortuo Gratiano, damnatus in Synodo Burdigalenſi, provocat ad Maximum, qui Imperium uſurpaverat: ſed cognitâ Piſcilliani perfidia, juſſu Maximi tunc Treviris commorantis, ob ſcelera, quorum convictus fuit, capite plectitur. Priſcilliani ſectam *Inſtantius*, & *Salvianus* Epiſcopi, facta cum Priſcilliano conjuratione ſuſceperant; quam *Sympoſius* & *Dictinius* pariter Epiſcopi ſunt ſecuti. Priſcillianiſtę videntes contrà eos excitatum juſtum judicium, ut ſe occultarent, conſueverunt cum Catholicis communionem accipere; ſed Euchariſticum panem non conſumentes,graviorem ſacris Myſteriis inferebant injuriam. Itidem ſamiliare fuit Priſcillianiſtis, ad turpitudines ſuas occultandas, hoc dogma: *Jura,perjura, ſecretum prodere noli*. Plura Concilia contrà Priſcillianiſtas congregata, ſunt,Toletanum anno 400. Bracarenſe ann.569.Ex pręfato axiomate inſerebant Priſcillianiſtę,mendaciū,etiam juncto perjurio, non eſſe peccatum. R. verbo *Pauliciani* quoad mendacium, ex quo conſtat à fortiori illicitum eſſe perjurium, quod Deus expreſsè prohibet *Levitici* 19. Tum quia magna eſt irreverentia Deum adhibere teſtem mendacii,quaſi Deus falſitatem teſtificari velit, aut veritatem non cognoſcat: ex quo conſtat nunquàm licere pejerare.

1. Unam eſſe Patris, Filii, & Spiritus ſancti perſonam aſſerebant. R. verbo *Sabellius*.

2. Quaſdam virtutes ex Deo procedere prædicabant, quas Deus habere cœperit, & eſſentiâ ſua ipſe pręceſſerit. R. Quidquid enim eſt in Deo, eſt Deus, & eſt ab æterno: virtutes Dei ab eſſentia Dei ſunt omninò indiſtinctæ, & unum & idem ſunt cum Dei eſſentiâ; cęterùm non eſſent infinitæ, Deus autem in omni virtute eſt infinitus, alioquin non eſſet Deus, ſi Dei virtutes infinitæ non eſſent: ex quo ſequitur, Deum non poſſe habere virtutes, quas habere cœperit, & eſſentiâ ſuâ ipſe præceſſerit.

3. Chriſtum ideò dici Unigenitum Dei aſſerebant, quia ſolus ſit natus ex Virgine, cæterùm alios quoque ex ſummo Patre genitos Filios volebant, quorum Chriſtus ſolus fuerit natus ex fœmina, & ideò dictus Unigenitus, quia hanc naſcendi conditionem, alius Filiorum Dei nemo ſuſceperit. R. Ex Euangelio, ubi Verbum *Unigenitum Patris* ab æterno eſſe dicitur, & in tempore ex Virgine natum in carne. Unigenitus dictus, quia ſolus à Patre natus, antè omnia ſecula, ſicut ſolus à Virgine in carne genitus in tempore. Nullibi Scriptura de aliis æterni Patris Filiis mentionem facit. Tum quia Verbum eſt infinitum, & totam virtutem generativam Patris adęquat, ex quo ſequitur, Patrem non poſſe habere niſi unicum,æternum, & infinitum Filium.

4. Animam hominis eſſe Divinæ ſubſtantiæ, nec à natura Creatoris ſui, animæ noſtrę diſtare naturam. R. verbo *Dicaritæ*, *Apocaritæ*.

5. Animas, quæ informant corpora, olim in cælis peccaſſe, & pro diverſitate peccati, diverſa informare corpora, virtute aerearum, & ſiderearum poteſtatum, ita ut fatalibus ſtellis animas, & corpora hominum crederent eſſe adſtricta. R. Ex

iis, quę dicta ſunt contrà *Flagellantes*, *Origenem*, & *Cęcum*.

6. Animam dividebant in partes, quarum unaquęque diverſæ poteſtati eſſet ſubjecta, ſicut etiam diverſis poteſtatibus corporis membra ſubjiciebant, & duodecim cæli ſignis reſpondere corpora, conſtituentes in capite arietem, taurum in cervice, geminos in humeris, cancrum in pectore &c. R. Ex iis,quę dicta ſunt contrà Cęcum, ubi oſtendimus, hominem non eſſe ſubjectum fato, & ſtellis. Animam autem hominis eſſe indiviſibilem, nec partes habere, probatur ex ſpiritualitate animæ, cui repugnat principium extenſionis, & corruptionis, & conſequenter nequit dividi in partes; habet quidem potentias, ſed ſivè ab animæ ſubſtantia diſtinguantur, ſivè non (quod Philoſophis diſputandum relinquimus) tamen ipſę non ſunt partes animæ, ſed neceſſariæ perfectiones ejus; atque ideò anima in illas dividi non poteſt. Item,ut anima poſſet dividi in partes, deberet eſſe compoſita; ſed anima eſt pura ſubſtantia ſpiritualis, & ſimplex, alioquin non poſſet cum corpore in compoſitionem hominis venire, ergo &c.

7. Diabolum nunquàm fuiſſe bonum, non eſſe à Deo creatum, ſed omnis mali eſſe principium. R. verbo *Manichæi*. Diabolum autem eſſe à Deo creatū,evincitur ratione Theologicâ; nam nihil poteſt ſibi dare eſſe. Aſſeitas ſoli Deo competit: ſi diabolus non eſſet à Deo creatus, eſſet à ſe, eſſet Deus; ſed unus tantùm Deus eſſe poteſt, ergo &c.

8. Damnabant nuptias, & cum adoptivis fœminis habitabant, dicentes non eſſe libertatem turpitudinis, ubi ſervatur pudor Matrimonii: quòd in aliquo ſenſu poſſet admitti, ſi in ſano ſenſu ab ipſis acciperetur ratio Matrimonii, aut ſi verum Matrimonium agnoſcerent. Item plaſmationem corporum dicebant diaboli eſſe figmentum, ideò femina conceptionum,dœmoniorū operâ in mulierum uteris figurari aſſeverarunt; proptereà reſurrectionem carnis non eſſe credendam, quia creatio corporis non ſit congruens animæ dignitati. Hinc deducebant, filios promiſſionis ex mulieribus quidem natos, ſed ex Spiritu ſancto eſſe conceptos. Carnes, tanquàm cibum immundum rejiciebant: in die Dominico, & Natalis Domini jejunabant, & apocryphis Scripturis ſua probabant commenta, quæ deliria potiùs nuncupanda eſſe, nemo ſanæ mentis non videt, itaut in eorum reprobatione fruſtra ſit immorari. Conſule S. Aug. hæreſi 70.

PRIVATUS. Adverſus Privatum III.
hereticum congregatum eſt Concilium Lambeſitanum nonaginta Epiſcoporum, qui unanimiter eundem damnarunt, quod & præſtitit S. Fabianus Papa, qui Privatum excommunicavit. Qui nam autem eſſent Privati errores, non conſtat, potiùs alienæ hæreſis ſectator, quàm novæ inſtitutor creditur. Cum adversùs eundem S. Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus calamum ſtrinxiſſet, ipſe Privatus congregata Pſeudo-Synodo eumdem Cyprianum exauctorare eſt auſus, & adversùs eum creavit Pſeudo-Epiſcopum *Fortunatum*, Schiſmaticum. Legationem miſit ad Cornelium Papam, quæ ab eodem rejecta fuit.

PROCLUS, Montani ſectator, III.
poſtmodùm Montaniſtarum dux, & Cataphrygum, vixit circa initium ſeculi tertii. Contrà eundem coram Zephyrino Romano Pontifice diſputavit Cajus vir eruditiſſimus, qui plura edidit ſcripta, & Proclum confudit teſte Euſebio Cæſarienſi, Eccleſ. hiſt. lib. 6. cap. 18. Adversùs Proclum etiam ſcripſerunt Miltiades, Apollonius, Serapion Antiochenę Eccleſiæ Epiſcopus. Ex hoc Proclo ſecta Montaniſtarum dicta eſt *Kataproclum*. Creditur etiam auctorem fuiſſe lapſus Tertulliani.Inter alia docuit Proclus concupiſcentiam carnis, reluctante ſpiritu eſſe peccatum. R. verbo *Calvinus*.

PROCLIANITÆ. Appellantur II.

etiam *Prodianitæ*, & *Herminianitę*. Emerſerunt circa annum 182. fuerunt natione Galatæ, diſcipuli *Seleuci*, & *Hermiæ* hæreticorum. Utebantur ad ſuos confirmandos errores quodam libro *Sapientiæ* inſcripto, à quodam nomine *Sirach* compoſito, longè poſt tempora Salomonis. *Ex S. Aug. hæreſ.* 60. Librum ergo illum, eum germano filii *Sirach*, qui Eccleſiaſticus dicitur, opere, quod *Sapientiæ* etiam nomine ſæpius donatur, hęretici illi confundebant, aut ejus loco ſubrogabant, ut conicctari fas eſt.

1. Negant Chriſtum veniſſe in carne, & eſſe de Virgine natum. R. verbo *Eutyches*, *Albanenſes*.

2. Negant futurum judicium. R. verbo *Borboriani*.

3. Negant reſurrectionem carnis. R. verbo *Baſilidiani*.

4. Illum locum Ezechielis de quatuor animalibus perperam accipiunt, interpretantes per Leonem Regem paſtorum, per Vitulum Regem Ægyptiorum, per Aquilam Regem Romanorum, per Hominem verò, piiſſimorum denotari ſimilitudinem arbitrantur.

V. Proculus, licèt hęreſis inventor non fuerit, ſed tenaciſſimus Arianiſmi profeſſor ſolummodò extiterit, nihilominùs ſilentio præteriri non debet; ſiquidem cum odio fidei Catholicæ, rapaci ſacrilegâque manu cuncta depopulari auſus fuerit, de pallis Altaris ſibi camiſias, & ſemoralia faciens, in tanti ſceleris pœnam fruſtatim comedens linguam, in brevi turpiſſima conſumptus eſt morte. Ex Bar. ann. 456.

XV. Procopius Rasus, Pſeudo Presbyter, ac præcipuus Thaboritarum dux, circa annum 1411. unâ cum *Nicolao de Pehliſſimon* eorundem Thaborenſium prætenſo Epiſcopo, impias & horrendas blaſphemias in ſacroſanctam Euchariſtiam, Doctores Eccleſiæ, & ſancta alia Catholicorum dogmata evomit, quæ omnia horrendum hic eſſet recenſere, aperit tamen, & confundit Joannes de Perzibram, vir doctus, & magnæ quondã apud Thaboritas auctoritatis, ſed ab ipſis deficiens, ad ſaniorem frugem, & veram Romanam Eccleſiam eſt regreſſus, ut videre eſt apud Cochlęum in hiſtor. Huſſit. lib. 6.

II. Prodicus. Ex pravo genere Carpocratis circà annum 120. propagata eſt Adamitarum ſecta, cujus auctor fuit Prodicus, qui inter omnes hæreticos fœdiſſimus, Carpocratianorum, & Gnoſticorum deliramenta ſecutus, alia de novo addidit, de quibus actum verbo *Adamitę*. Quatuor elementâ, Solem etiam & Lunam Deos eſſe dicebat. Ex Theoderet. hæret. fab. lib. 1.

Protopaschitae. Iidem, ac Sabbatiani. Vide *Sabbatius*.

XVI. Protestantes. Plura de Proteſtantibus circà appellationes, revolutiones, conjurationes ab ipſis factas, & etiam circà eorum ad invicem diſſenſiones, videre eſt apud Spondanum ab anno 1529. uſque ad 1609. hìcque ad rem recolendum, quæ verbo *Confeſſioniſtæ* notavimus. Proteſtantes itaque, ſivè Confeſſioniſtæ dicuntur, qui ſunt de ſectâ Lutheri, vel ex eà pullulantes alii Novatores hæretici, qui Confeſſionem Auguſtanam profitentur & tenent; de quâ Confeſſione Auguſtana, ſub nomine *Confeſſioniſtæ* egimus. Igitur cum Carolus V. Imperator pacificandæ Germaniæ ſtuderet, & unitas ſubditorum vires Turcis Hungariam invadentibus opponeret, durâ neceſſitate coactus, decretum edidit in Comitiis Spiræ, quo pręcipiebat, ut ubi edictum, quod promulgari fecerat contrà Lutherum, debitam obedientiam obtinuiſſet, firmum ita maneret: ubi autem prævaluiſſet hominum pervicacia, nihil uſque ad futurum Concilium innovaretur; proſcriptis interim cæteris erroribus; ſcilicèt Sacramentariorum, & Anabaptiſtarum, & injuncto præcepto Miſſas ubique celebrandi. Contrà hoc Cæſaris decretum proteſtati ſunt varii Principes, cum quatuordecim

civitatibus conantibus in conſcientiæ libertatem, ſeu liberam religionis electionem, uſque ad Concilium. Et ab hoc proteſtationis actu ann. 1529. *Proteſtantium* nomen ortum habet. Poſteà in Comitiis Auguſtanis oblata fuit Imperatori Proteſtantium Confeſſio, adhęrentibus aliis, & Proteſtantium nomen propagatum. Nam *Proteſtantes* dicti ſunt cæteri deinceps eiſdem adhærentes, & ſequentes Melancthonis *Confeſſionem, Auguſtanam* dictam, à Catholicis omnibus meritò repulſam, & exploſam. Quamvis autem, ut innuimus, *Proteſtantes* dicti fuerint à proteſtatione Spirę facta, & Confeſſione, ut illi vocant, fidei Auguſtanę; poſtremis tamen hiſce temporibus, hoc vocabulo ſcriptores appellavere quaſcumque Lutheranorum, & Calviniſtarum ſectas, quæ licèt in doctrinâ fidei intèr ſe diſcrepent, ut optimè demonſtrat ſapientiſſimus Boſſuetus Meldenſium Epiſcopus, in ſuâ eruditiſſimâ Hiſtoriâ variationum hæreſum Proteſtantium; in hoc tamen ſpurię fidei articulo, qui Proteſtantium eſt conveniunt, nimirùm, ſe miſſos à Deo ad reformandam Eccleſiam. Hinc aliis nominibus vocantur, *Novatores*, *Sectarii*, *Reformatores*, *Euangelici*, ſeu potiùs dicendi *Deformatores*, & *Pſeudo-Euangeliſtæ*. Solemne eſt illis aſſerere ſuam, non illam Catholicorum eſſe veram Chriſti Eccleſiam; eandem reformatam falſò nomine vocant, obſtinatè defendunt. In hoc fundamentali veluti dogmate, ſi erroris convincantur, utique & noſtra & illorum cauſa finita erit, cum enim penès veram Chriſti Eccleſiam infallibile ſit controverſiarum fidei judicium; ac hujuſmodi decretoriâ pronunciandi poteſtate polleat; ſemel admiſſo ſolam Romanam Eccleſiam, (id eſt, quæ ſub Romani Pontificis magiſterio per univerſum Orbem diffunditur) hanc veram eſſe Chriſti Eccleſiam; ſtatìm hoc unico ictu omnia illorum perverſa dogmata corruere neceſſe eſt, utpotè quæ veræ Eccleſiæ fidei opponuntur. Igitur opere pretium eſt, ut limites pręſcriptæ brevitatis tranſgredientes, in hoc fundamentali principio paulò longiùs inmoremur, demonſtrando nimirùm ſolam Romanam Eccleſiam, non verò Proteſtantium ſocietatem, veram eſſe Chriſti Eccleſiam. De vera Eccleſiâ, & ejus notis conſule Franciſcum Leytam Soc. Jeſu in Synopſi de Eccleſiâ militante; nos autem minùs prolixè, quæ ſatìs eſſe opinamur, ſubiicimus.

Probatur ergo. Illa ſola eſt vera Chriſti Eccleſia, quæ ſola habet veræ Chriſti Eccleſiæ notas, ſivè proprietates; atquì ſola Romana Eccleſia, ſumpta pro univerſo Fidelium cœtu, qui adhęret Romano Pontifici tanquàm legitimo Petri ſucceſſori, & Chriſti in terris Vicario habet veræ Eccleſiæ notas. Intèr varias ſiquidem à diverſis aſſignatas veræ Eccleſiæ Chriſti notas, inſigniores & pręcipuę (ad quas Bellarmino teſte de notis Eccleſię lib. 4. reducuntur cęteræ) ſunt quatuor iſtæ, nimirùm quòd ſit *Una*, quòd ſit *Sancta*, quòd ſit *Catholica*, quòd ſit *Apoſtolica*; atquì ſola Romana Eccleſia has habet notas, cum ſit *Una*, *Sancta*, *Catholica*, *Apoſtolica*, non ſic ſocietas Proteſtantium, ergo &c. Minor, in quà tota difficultas ſita eſt, ſic per diſtinctos paragraphos demonſtratur.

Eccleſia Romana *Una eſt*, non ſic ſocietas Proteſtantium. Probatur prima pars. Quia unitas, quæ eſt nota, & caracter veræ Eccleſiæ, in tribus potiſſimùm conſiſtit: nempè in univerſali fidei & doctrinæ conſenſu, ſimili ubique regimine, & communione cum uno capite viſibili Romano Pontifice; atquì hæc tria occurrunt in Eccleſiâ Catholicorum; eſt enim una unitate capitis, cum omnia ejus membra uniantur ſub uno, & eodem viſibili capite Romano Pontifice, eique pareant, ut Paſtori ſupremo, & legitimo Chriſti Vicario: eſt una unitate, ſeu ſimilitudine regiminis, omnes enim particularium Eccleſiarum Fideles ſubditi ſunt ſuis

Digitized by Google

Paſtoribus, Epiſcopis, quos Chriſtus poſuit regere Eccleſiam ſuam, quam acquiſivit Sanguine ſuo;eſt una unitate fidei, & doctrinæ, cum in eâ eandem fidei doctrinam, ubique & ſemper fideles profiteantur omnes. Ergo &c.

Probatur ſecunda pars, nempè Reformatorum Eccleſiam non habere hanc unitatem. Ac primò non habent illi conſenſionem in doctrinâ. Non habent quidem in articulis, ſeu dogmatibus fidei. Nam, ut de multis taceamus, in quibus infinitæ propemodùm fuere variationes, tum apud Lutheranos, tum apud Calviniſtas, ſicut eruditè & eloquentèr demonſtravit Boſſuetus prælaudatus, unum duntaxat articulum præſentiæ Chriſti realis in Euchariſtiâ,in cæterorum exemplum hìc attingimus. Anno 1631. in Pſeudo-Synodo nationali Charentonianâ, noſtri Reformatores decreto ſolemni ſanciverunt fœdus, & pacem cum Lutheranis Confeſſionis Auguſtanæ, nihilque eſſe in eorum cultu, quod perfectæ unioni, atque eorundem Sacramentorum participationi obſtare poſſet, declaraverunt. Hinc Dallæus in Apologiâ hujus Synodi, cap.7. & in Epiſtolâ ad Monglatium, fatetur doctrinam de præſentiâ reali nullum continere venenum, nec eſſe contrariam pietati, ac gloriæ Dei. Quæ porrò in hoc articulo conſenſio? Antè hanc Synodum palam dicebant, hoc momentum eſſe unicam ſuæ ab Eccleſiâ Romanâ ſeparationis cauſam. In actis eorum, ut vocant, Martyrum, quid frequentiùs legitur, quàm ob ſolam realitatem, tot ſuſtineri tormenta, per quam ipſius fidei, & pietatis fundamentum ſubverti exiſtimabant? Quid ſæpiùs in eorum libris legimus, quàm horrendam eſſe Catholicorum doctrinam, quos *Cyclopes*, hoc eſt carnis humanæ voratores, *Antropophagos*, paricidas, humanę Chriſti naturæ, & ejus aſcenſionis in cælum hoſtes & inimicos, Idololatras vocant? Quid etiam, vel hoc pro tempore à nobis alienos magis facit eos, qui ex ipſis hanc variationem non audierunt,quàm doctrina præſentiæ realis? Ita ut plurimi ex ipſis ingenuè confeſſi fuerint, facilè nobiſcum in aliis omnibus conſenſuros, ſi præſentiæ duntaxat ſpiritualis opinionem non damnaremus.

Non habent conſenſionem in Confeſſionibus, quæ variæ ſunt, & contrariæ apud Lutheranos, & Calviniſtas. Lutherani, ſeu defenſores ſenſus literalis,primam ediderunt anno 1530., quæ Auguſtana dicta eſt. Poſteà anno 1537. articuli Smalcaldenſes collecti fuerunt, qui Concilio Tridentino, quod Mantuæ à Paulo III. indictum fuerat, offerri debebant. Alia deindè, quæ dicta eſt Saxonica, Synodo Tridentinæ oblata anno 1551. Alia Wittembergenſis anno ſequenti eidem Concilio oblata; quæ quidem omnes, licèt intèr ſe in plurimis contrariæ, ab universâ tamen Reformatorum ſocietate ſubſignatę fuerunt; ita ut in eàdem Saxoniæ Provincia,intra decem annos prodierint contradictoriæ ſententiæ publico nomine, decretiſque publicis conſignatæ de re omnium graviſſimâ. Nam in Synodo Dreſdenſi ann.1571. communi ſenſu rejecerunt ſententiam Brentii, Illyrici, & aliorum de perſonâ Chriſti, & tamen illam ipſam ſententiam, tametſi priùs à ſe damnatam, publicè receperunt in libro Concordiæ; & tam Synodus, quàm ipſa Concordia, Wittembergæ impreſſa fuerunt, publica auctoritate.

Defenſores autem ſenſus figurativi, aliam quoque Carolo V. eodem tempore obtulerunt fidei Confeſſionem, quę vocatur Argentinenſis. Parùm & illa ſuis placuit. Helvetii quatuor ſucceſſivè ſcripſerunt. Galli, & Gebennenſes ſuã quoque peculiarem habere voluerunt. In Angliâ duæ etiam eodem fermè tempore viſæ ſunt, & duæ aliæ ſub nomine Eccleſiarum Scotiæ. In Belgio fuit etiam conſcripta alia, quę in Synodo Dordracena approbata fuit: nec de fuit ipſis etiam Polonis ſua, quæ in

Sy-

Synodo Sendomirienſi edita eſt anno 1570. Legi poſſunt omnes illę Confeſſiones variæ, in unum corpus collectæ, Typis excuſæ Geneve apud Petrum, & Jacobum Choijet anno 1612. In hac porrò tantâ dogmatum, & Confeſſionum fidei varietate, quæ conſenſio eſſe poteſt? Nulla planè. Hinc mirum non eſſe debet, ſi Proteſtantium ſocietas ex variis, innumerabilibuſque ſectis coaleſcat: Hoc enim contingere ſolet omnibus hæreticis, ut vix nati, in plures ſectas ſcindantur, ac dividantur, ut obſervarunt ex ſanctis Patribus illi, qui ex profeſſo calamum contra ipſos ſtrinxerunt. Sanctus Irenæus lib. 1. cap. 21. & ſequ. narrat hæreſim Simonis primi hæreſiarchæ mox diviſam, & indè natas eſſe ſectas *Menandrianorum*, *Saturnianorum*, *Baſilidianorum &c.* Item libro 1. capitulo 5. ſcribit de Valentinianis, quòd cum eſſent plurimi, vix duo, aut tres inter ſe conveniebant in omnibus dogmatibus. De Donatiſtis ſcribit Auguſtinus lib. 1. de Baptiſ. cap. 6. hæreſim Donatiſtarum in multa minutiſſima fruſta conſciſſam fuiſſe ſuo tempore. Marcionitas mox diviſos fuiſſe, & indè natos *Lucianiſtas*, *Apellianos*, *&* *Severianos* docet Epiphanius lib. 1. contra hæreſes. Montaniſtas diviſos eſſe in *Pepuſianos*, *Arthotyritas*, *Phrygiaſtas*, ſcribit idem Epiphanius lib. 2. Manichęos quoque in ſectas diviſos, teſtatur Auguſtinus lib. 1. de hæreſibus cap. 46. Meſſalianos autem diviſos in *Martyrianos*, *Satanianos*, *Enthuſiaſtas*, docet Epiphan. hæreſi 80. Ariani mox diviſi ſunt in *Acacianos*, *Macedonianos*, *Eunomianos*, ut patet ex Rufino lib. 10. hiſt. cap. 25. Iidem etiam Ariani ſingulis ferè annis fidem mutabant, ut ſcribit Hilarius in utroque libro ad Cōſtantiū; & ita de aliis hæreticis, ac præcipuè Lutheranis, & Calviniſtis. Nulla ergo datur conſenſio in Confeſſionibus, apud hæreticos, qui tot diviſi ſunt in factiones.

2. Proteſtantes non habent regimen ſimile, & caput viſibile, quemadmodùm Catholici habent Romanum Pontificem: aliud quippè regimen eſt apud Lutheranos, aliud apud Calviniſtas. Inter Lutheranos etiam non idem eſt regimen, ut videre eſt in Germaniâ, ubi diverſę prorsùs ſunt Eccleſiarum adminiſtrationes. Calviniſtæ nullam habent Hierarchiam, apud quos nulli ſunt Epiſcopi, nulli Presbyteri, nulli tandem ex ipſis agnoſcunt Epiſcopū Romanū, tanquam centrū unitatis, cum quo ſervent communionē tantoperè neceſſariam in Corpore Chriſti, quod eſt Eccleſiâ, quodque ipſi dilacerant.

Eccleſia Romana ſancta eſt, non ſic ſocietas Proteſtantium. Probatur, quia Sanctitas, quæ eſt nota propria, & ſingularis Eccleſiæ Chriſti, poſita eſt præſertim in tribus, ſcilicèt in ſanctitate Doctrinæ, & profeſſionis, in ſanctitate eorum, qui primùm eam fundaverunt, in gloria miraculorum, quibus unitatem, & ſanctitatem Chriſtianæ Eccleſiæ confirmavit Dominus; atqui ſocietas Catholicorum triplicem illam habet ſanctitatem: habet inquam ſanctitatem, doctrinę, & profeſſionis, quia nihil docet, quod non ſit ſanctiſſimum: de fide, nihil proponit credendum, niſi vel ſcriptum ſit in ſanctis libris, vel conſtanti, ac perpetuâ traditione ad nos tranſmiſſum, ac Conciliis definitum: unicum Deum in ſpiritu ac veritate colit: verum agnoſcit mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Jeſum; & ſi quos in cultu Dei uſurpat ritus, non alio fine hoc præſtat, quàm ut mentem hominum ad cæleſtia erigat. Nos enim qui ſenſibilem habemus naturam, & ſenſibus ad intelligendum utimur, ſenſibilibus etiam Divini cultus inſtitutionibus faciliùs ad inſenſibilia excitamur. Hac ratione in lege veteri ipſe Dominus ritus, & ceremonias inſtituit, quibus ab hominibus coleretur; quas tamen Eccleſiæ ſuæ rationabiliter inſtituendas permiſit, propter Chriſtianæ Eccleſiæ dignitatem in comparatione ſynagogę. Nam ſervis ceremonialis ordo inſerviendi

Do-

Dominis, etiam in humani cultus ratione præſcribitur, ſed non filiis: quibus quidem, etſi neceſſarium ſit parentes externè colere, modus tamen iſte, vel ille colendi, liber eſt, quia liberi ipſi ſunt. Sumus autem nos filii liberæ, non ancillæ, ut antiquus populus. Vide D. Thom. 1. 2. qu. 108. art. 1. & 2. Inſuper, non aliam habet Eccleſia moralem doctrinam, quàm, quæ à Chriſto Apoſtolis, & SS. PP. tradita eſt, cętera verò, quę diſputantur de rebus Divinis, tanquam probabiliter ex revelatis deducta, rationalique lumini, fide elevato conſentanea, laudat, & commendat; quatenùs ad Deum magis cognoſcendum, operaque ejus dignoſcenda, & diſcernenda faciunt; atque quatenùs ad tuendam fidem a calumniis hominum ſunt opportuna. Cogitationes autem hominum, vehementer damnat & improbat, ſi in his diſputandis à recta fidei, vel morum regulâ deviare contingat. Præterea illa doctrina eſt ſancta, quæ ejus eſt virtutis & efficaciæ, ut ipſa ſanctitatem & ſapientiam hominibus inſpiret, ac convertat animas; atqui talis eſt doctrina, quam profitetur Eccleſia Catholica. Norunt enim omnes, quos progreſſus fecerit in univerſo Orbe, ſtatim atque annuntiata eſt; & quidem nullis hominum ſuffulta pręſidiis, per Apoſtolos externa ſpecie contemptibiles, ſinè vi, ſinè ullâ arte, aut verborum pompâ; quanquàm ea doceret, quæ naturæ dura planè ſunt, & adverſa, ac longo uſu obfirmatos in vitio reperiſſet hominum animos. Neceſse igitur eſt, Divinam planè eſſe ſanctitatem doctrinæ, quæ tantam vim habuit, & efficaciam.

Non ita certè in ſectis hæreticorum. Nullum enim ferè eſt flagitii, ac turpitudinis genus, cujus rei non fuerint veteres Gnoſtici, Carpocratiani, Montaniſtę, ut videre eſt apud ſacros Annaliſtas. Non ne & ipſi Reformatores noſtri, ex religione ſuſtulere quæ dura ſunt, & oneroſa jejunia, carnis macerationes, vota &c. Catholicos, ex religioſo imaginum cultu, Idololatrię arguunt; Confeſſionem auricularem, crudelem carnificinam vocant; Summum Pontificem, Antichriſtum appellant. Quid plura? Docent. 1. Deum eſſe auctorē peccati. 2. Deum ab æterno certos homines ad damnationem prędeſtinaſſe, ſinè ullâ ipſorum culpâ. 3. Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus. 4. Chriſti Corpus non eſſe pręſens in Euchariſtia. 5. Filios Fidelium ſalvari ſinè Baptiſmo. Hæc à Calvino, & Calvini ſectariis. Inſuper ſimul à Luthero, & Calvino docetur. 6. Hominem, liberum non habere arbitrium. 7. Dei mandata impoſſibilia eſſe. 8. Bona opera nullius eſſe meriti. 9. Solam ſufficere fidem. Hęccine eſt doctrina ſancta, immaculata, & ad convertendos, ac ſanctificandos homines apta? Imò impia, blaſphema, & ad pervertendos, perdendoſque Fideles ab inferis excitata.

Habet Eccleſia Romana ſanctitatem in primis ſuis fundatoribus. Habet enim in Chriſto, qui eſt primus auctor, fons & origo totius ſanctitatis & juſtitiæ. Habet in Apoſtolis, & SS. Patribus, qui contrà ſingulas hæreſes ſuorum ſeculorum dimicaverunt. Habet in Martyribus, qui firmo & conſtanti animo, pro Chriſto occubuere. Habet in tot Epiſcopis & Paſtoribus; in tot Religioſorum Ordinum Inſtitutoribus, eximiæ virtutis ac pietatis: nihil verò tale apud ſe eſſe probare poſſunt Proteſtantes. Proferre non poſſunt pro auctoribus ſuarum reſpectivè ſectarum, niſi homines flagitioſos, libertinos, ac voluptatibus deditos, ut patet Lutheri, Calvini, Zuinglii, Bezæ & aliorum vitas percurrenti. Quis valeat abſque rubore eorundem vitia & exceſſus in apertam lucem deducere? At charitate potiùs, quàm exprobratione invitandi ſunt hæretici, ut ad communis matris Eccleſiæ ſinum, undè receſſerunt, ſe ſe recipiant. Quapropter hæc & ſimilia ſilentio prætermimus. Dole-

mus ſuper ipſos, & in Domino hortamur, ut ſaltē animadvertant, ſe doctrinarū ſuarū non alios fontes oſtendere poſſe, niſi hominum liberas cogitationes; atque ut ſeriò examinent, an eorum inſtitutores coluerint concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ; ſi enim tales fuerunt, ut verè fuerunt, horrendum erit tales homines, electos arbitrari à Spiritu Sancto, ad reformationem Eccleſię.

Habet ſanctitatem doctrinæ, miraculis à Deo confirmatam, imò ſola eſt Eccleſia Romana, quæ vera habuerit miracula, & tam indubitata, ut ab ipſis etiam noſtris adverſariis negari non potuerint. Habuit primo ſeculo miracula Chriſti & Apoſtolorum, in ſacris libris numerata. Secundo ſeculo, miracula militum Chriſtianorum in exercitu Marci Antonini Imperatoris, quæ referuntur à Tertulliano in lib. ad Scapulam, cap. 4. & Apologetyci cap. 5. ab Euſebio lib. 5. hiſt. cap. 5. Tertio ſeculo, miracula Gregorii Thaumaturgi apud S. Baſilium, lib. de Spiritu ſancto c. 29. apud S. Gregorium Niſſenum in vita ejus, apud S. Hieronymum lib. de Viris Illuſtribus. Quarto ſeculo, miracula Antonii, Hilarii, Martini, Nicolai, apud S. Athanaſium, Hieronymum, Sulpitium. Quinto ſeculo miracula, quæ deſcribuntur, à S. Auguſtino lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8., & quæ ſuo tempore Carthagine, & Mediolani contigiſſe narrat. Sexto ſeculo miracula, quæ narrantur à Sancto Gregorio Magno in ſuis Dialogis, & multa alia, ſicuti Annales Eccleſiaſticos percurrenti conſtare facilè poterit. Miracula adeò certa, adeò ſtupenda, omninò diſſimulare non potuerunt Magdeburgenſes in ſuis Centuriis, quibus priorum Eccleſiæ ſeculorum hiſtoriam ſuo modo complexi ſunt. In ſingulis enim Centuriis, cap. 13. notant, ac referunt ex auctoribus illorum temporum varia miracula; imò plura in ſingulis ſeculis inveniuntur, in confirmationem præcipuorum capitum doctrinæ Catholicæ, ut Confeſſionis Sacramentalis, præſentiæ realis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ; Invocationis Sanctorum, ſanctarum Reliquiarum, & Imaginum. Ipſi etiam ejuſmodi titulos præfigunt; & quamvis poſteà ſubjungant, illa omnia meras fuiſſe dœmonum prçſtigias, aut falſas narrationes; nihil tamen afferunt, quo id probent, niſi quòd hæc miracula pugnent cum novis Lutheri, & Calvini placitis. Si eâ prudentiâ, eaque humilitate, quę decent hominem Chriſtianū, res conſiderarent, non ſinè rubore rejicerent tot tantorumque hominum, qui illa teſtantur, fidem & veritatem; quamvis vellent non jam pietati, ſed humanæ modeſtiæ juribus ſubeſſe. Nam vel inter Gentes ea habita eſt viris apud eos commendabilibus, veneratio.

Verùm, ſi hæc omnia rectè perpendantur, facilè apparebit ex omnibus planè circumſtantiis, vera procul dubio fuiſſe miracula, quæ à tot, & tam ſanctis viris, tam frequenter facta ſunt, in teſtimonium fidei, quam nunc quoque eandem cum ipſis profitemur; ac proindè, illa meritò reponi à S. Auguſtino lib. de Utilitate Credendi cap. 17. & lib. contrà Epiſtolam fundamenti cap. 4. inter illa ſocietatis Chriſtianæ, *Clariſſima vincula*, quibus dicebat ſe ſe teneri in Eccleſiæ Catholicæ ſinu. Hinc eſt etiam, quòd Richardus à S. Victore, lib. 1. de Trin. cap. 2. Dominum ſic alloqui non dubitat. *Domine, ſi error eſt* (quod credimus) *à te ipſo decepti ſumus: iſta enim in nobis tantis ſignis, & prodigiis confirmata ſunt, & talibus, quæ non niſi per te fieri poſſunt*. Ubi autem ſunt miracula, ibi & vera fidei doctrina: Deus quippè miraculorum auctor, mendacii & erroris teſtis, & aſſertor eſſe non poteſt.

Norunt & ipſi prætenſæ Reformationis auctores, quantùm ponderis habeant miracula, ad comprobandam veram Eccleſiam, ut non dubitaverit Lutherus, ab illis iterùm iterumque

rumque

rumque aliquod ſuæ doctrinæ præſidium emendicare, de tota Eccleſiâ Romanâ ſuo judicio triumphaturus, ſi vel unicum impetraſſet. Itaque, teſte Cochlæo in vita Lutheri, dum quemdam nomine *Neſenum*, in Albi ſubmerſum comperiſſet, ſpei plenus accurrit, preces prolixas ingeminat, ſed nihil proficit; ſacra carmina demortui auribus inſuſſurat, ſed & hęc ſurdo canit: denique cum nihil intentatum relinqueret, ut cadaveri vocem aliquam, aut motum extunderet, non aliud, quàm ſpectantium riſum, & opprobria impetravit. Hæc, & alia ſimilia ſunt miracula, quæ in confirmationem ſuæ doctrinæ, proferre poſſunt Proteſtantes. Quamobrem illis illudebat Eraſmus, aliàs non bonę notæ vir, dicens, Reformatores iſtos Eccleſię, ſanare non potuiſſe nec equum claudum.

Eccleſia Romana Catholica eſt, non ſic ſocietas Proteſtantium. Probat. Quia, ut Eccleſia Romana ſit verè Catholica, ſatis eſt quòd illa Fidelium ſocietas, quæ Romano Pontifici, ut capiti ſuo adhęret, ſit verè univerſalis, hoc eſt ſemper fuerit, & in omnem locum diffuſa: atqui talis eſt ſocietas, de qua agitur. Ac primò quidē, ſemper fuit illa ſocietas, quam Chriſtus ipſe fundavit, cum voluit primum intèr Apoſtolos Petrum ſedere, ejuſque ſucceſſores, primos eſſe inter Epiſcopos. Tum quia ſemper, & omnibus ſeculis ſpectata eſt illa communio cum Sede Romanâ, tanquam ſignum veræ ac Catholicæ Fidei certiſſimum. Deindè in omnem locum diffuſa eſt illa ſocietas. Tum quia fidem SS. Patres, qui declarant Eccleſiam Chriſti in totum terrarum orbem eſſe diffuſam, eandem cum Epiſcopo Romano, communione conjunctam eſſe aſſeverant. Ita S. Irenęus. Tertullianus, S. Cyprianus, S. Optatus, & S. Auguſtinus. Tum quià, re verâ ſocietas, quæ Romanum Pontificem agnoſcit ut caput ſuum, in omnes hujus Orbis partes latè diffunditur, eſt in Oriente apud Indos, apud Perſas, apud Sinenſes, Japonitas, Siamenſes, & in omnibus fermè Inſulis maris. In Occidente apud utriuſque Americæ incolas, & in tota Europâ, in cujus majori parte florentiſſima eſt, quanquā in quibusdam aliis partibus perſecutionem patiatur. In meridie habuit olim illuſtriſſimas Sedes, & notiſſimas, frequenti Epiſcoporū numero Synodos; & licèt nunc à Barbaris occupentur hæ regiones, habet tamen & ſuos in his fideles, qui hujus antiquæ fidei etiam nunc ſunt cultores. Nec eſt quòd recentiores miniſtri hanc univerſalitatis, ſeu Catholicitatis notam, Eccleſiæ Romanæ negare contendant, eò quia diffuſa non eſt in Angliâ, Scotiâ, Provinciis fœderatis, Daniâ, Sveciâ, majori parte Germaniæ, Tranſylvaniâ, Moldaviâ, Valacchiâ, Ruſſiâ, Moſcoviâ; vixque occurrit eadē apud Græcos, Armęnos, Ægyptios, Abiſſinos &c. Refelluntur enim, quia diffuſio illa Eccleſiæ in omnem orbem terrarum, ad illius Catholicitatem requiſita, non ſtrictè & in rigore metaphyſico, ſed moralitèr ſumenda eſt; hoc eſt, pro majori parte orbis terrarum, & præcipuis mundi partibus: quemadmodùm enim, cum Scriptura, Jerem. 34. & Danielis capite 2. dicit Regem Nabuchodonoſorem occupaſſe omnia Regna terræ, & Daniel. cap. 2. & 8. Alexander dicitur Imperaturus univerſæ terræ, non eo ſenſu intelligenda eſt, quaſi alteruter Imperator in univerſo Orbe regnaturus eſſet, cum numquàm id contigerit: imò Alexander mediam ad ſummum partem Aſiæ ſubiiecit, in Europâ autem, & Africâ longè minores provincias occupavit; ſed ſignificat tantùm, utriuſque Imperatoris dominationem, in plurimas terrę partes diffuſam fuiſſe. Hanc diffuſionem Eccleſiæ, non alio modo intellexerunt SS. PP. atque inter alios S. Auguſtinus, qui docet Eccleſiam ſuo tempore nundum ubique conſtitutam, neque ad extremum terræ venturam antè finem hujus mundi, ut videre eſt in Epiſt. 93. alias 98. & aliis locis.

Eccleſia Romana Apoſtolica,eſt non ſic ſocietas Proteſtantium. Probatur. Apoſtolica dicitur Eccleſia,quę ab Apoſtolis originem ducit, eandem cum ipſis doctrinam profitetur, & cujus Paſtores legitimam miſſionem, & ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, non interruptam; atqui hujuſmodi conditiones reperiuntur in Eccleſiâ Romanâ. Ac primò quidem. Eccleſiam Romanam eandem eſſe cum Eccleſiâ quinque priorum ſeculorum, quam verè Apoſtolicam fuiſſe, non diffitentur adverſarii, patet, tum ex unione ipſius cum Papali Cathedrâ, quam ut teſſeram, & centrum communionis Eccleſiaſticæ habuit tota antiquitas. Tum ex publicâ ipſius profeſſione, quâ ſupremum Eccleſiæ univerſalis tribunal in cauſis fidei, & religionis diiudicandis agnoſcit; hæc enim duo potiſſimùm ſpectari debent in Eccleſiâ veteri, nempè unitas capitis, & auctoritas Eccleſiæ, quam propugnant Catholici, ut maximè neceſſariam ad fidei conſervationem.

Patet etiã ex eo, quòd ſi à priori & Apoſtolicâ Eccleſiâ, noſtra defeciſſet ſocietas, ſi facta fuiſſet in eâ aliqua mutatio, certè aliqua ex iis, quæ in omnî inſigni mutatione obſervantur, demonſtrari poſſent, ſcilicèt auctor hujus defectionis prætenſæ, vel novum aliquod dogma, vel tempus quo cœpit, vel locus ubi cœpit, vel quis eam initio oppugnaverit; vel denique exiguus ab initio cœtus, ex quo cœperit, & undè paulatim aliorum acceſſu creverit: hæc enim omnia poſſunt deprehendi in illâ celebri, & glorioſa Eccleſiæ mutatione, cum auctore Chriſto, à ſtatu veteris, tranſiit ad ſtatum novi Teſtamenti. At qui defectionis hujus ab Eccleſiâ priſtinâ, atque inſignis mutationis in noſtrâ ſocietate, nullum ex prædictis ſignis proferri poteſt ab adverſariis noſtris, ergo &c. Sed etiam mirum, imò ſtupendum eſſet, quòd, cum de Eccleſia Chriſti tot tantaque fuerint antiquitùs prænuntiata, mutationem tamen, quam hęretici blaterant, & defectionem nemo prænuntiaverit. Defecturam Synagogam, ſacræ veteris Teſtamenti paginæ paſſim loquuntur. An minoris pretii Eccleſia Chriſti, ut caſus adeò turpis de illa ſileretur? Imò æternum duraturam, utrumque Teſtamentum docet nos, atque ipſius Teſtamenti Divini auctor, nobiſcum ſe manſurum promiſit, uſque ad conſummationem ſeculi. Credimus illi, nam cælum, & terra tranſibunt; verba autem ejus non præteribunt.

Secundò, ſocietatem, noſtram Apoſtolicam eſſe ratione doctrinæ, ab Apoſtolis ad nos uſque derivatæ, duplici via oſtendi poteſt. Primò, comparando noſtræ fidei capita cum illis, quæ quinque prioribus ſeculis vetus & Apoſtolica Eccleſia propugnavit, & oſtendendo, eandem planè, & illis & nobis eſſe fidem, quod facili negotio pręſtant Catholici, ubi de ſingulis capitibus diſputant cum Novatoribus. Secundò poteſt oſtendi ex ipſis noſtris adverſariis, qui non diſſimulant ſe ab antiquâ Eccleſiâ diſſentire in illis capitibus, quæ fatentur nobis cum antiquis eſſe communia. Sic V. G. Calvinus lib. 3. Inſtit. cap. 4. num. 38. ait: *Omnes ferè veteres, quorum libri exiſtunt, ubi de ſatisfactione agitur, aut hâc in parte lapſos fuiſſe, aut nimis aſperè & durè locutos.* Ibidem cap. 5. num. 10. dicit: *Antè mille & trecentos annos uſu receptum fuiſſe, ut precationes fierent pro defunctis, ſed in errorem lapſos eſſe veteres.* Ita etiam loquitur circà cœlibatum Sacerdotum, circà pœnitentiam publicam, quę olim in Eccleſia vigebat, circà jejunium Quadrageſimale; & ait, veterum auſteritatem immodicam, & ſuperſtitionem circà hęc capita, nullatenùs excuſari poſſe; neque ipſi Auguſtino parcendum exiſtimat, quem aliàs tamen tanti facere videbatur, quòd nempè votum matris, de Sacrificio pro ſui memoriâ & requie offerendo adimpleviſſet, contra (ut ait) Scripturæ normam. Prætermittimus alia multa, quæ paſſim occurrunt apud Calvinum, & multos alios recentiores;

res; quibus omnibus conſtat Eccleſiam Romanam, Apoſtolicam eſſe, quià priorum Eccleſiæ Chriſti ſeculorum doctrinam, ab Apoſtolis derivatam, quam Novatores explodunt, firmiſſimè, & invincibilitèr defendit, & tuetur.

Tertiò. Paſtores Romanę Eccleſiæ legitimam habere miſſionem, patet. Tum quia legitima miſſio nihil aliud eſt, quàm vocatio, ſeu ordinatio ad miniſterium Eccleſiaſticum, facta per impoſitionem manuum Epiſcopalem; qualis legitur in Scripturis ab Apoſtolis uſurpata, cum miniſtros ordinarunt. Actor. 6. ad Tim. 1. & 5., ad Titum 1. qualis etiam ſemper in Eccleſiâ fuit adhibita, ut optimè oſtendunt Theologi, ubi de Sacramento Ordinis. Tum quia, quoties in aliqua ſocietate perfecta eſt ſubordinatio miniſtrorum, & membrorum cum capite, toties eſt legitima Paſtorum ejuſdem ſocietatis miſſio; ut enim hæc legitima ſit, ſatis eſt, quòd fiat ab habentibus legitimam auctoritatem: atqui in ſocietate Catholicorum, eſt perfecta ſubordinatio miniſtrorum & membrorum cum capite, ergo &c.

Quartò. In Eccleſia Romana vigere ſucceſſionem non interruptam Paſtorum, præſertìm verò Romanorum Pontificum, patet Eccleſiaſticos Annales percurrenti. Tum quia ſana & ſancta doctrina, à ſucceſſione legitimâ ſeparari non poteſt; imò in ipsâ includi debet; ſi ergo in Eccleſiâ Romana perſeverat ſana doctrina, ab Apoſtolis accepta, ut probavimus, ergo non alitèr perſeverat, quàm per legitimam Paſtorum, ac pręcipuè Romanorum Pontificum ſucceſſionem. Undè ad ſectarios quoſcumque hæreticos, etiam recentiores, Lutheranos videlicèt, ac Calviniſtas meritò dici poteſt, quod olim ad Donatiſtas ajebat Auguſtinus: *Numerate Sacerdotes, vel ab ipsâ Petri Sede, & in illo ordine Patrum, quis cui ſucceſſit.* Vel quod Optatus Milevitanus ad Parmenianiſtas: *Veſtræ Cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare.* Quod cum non poſſint Novatores efficere, profectò ſunt extrà Eccleſiam: undè nobis adversùs ipſos, quod olim à S. Cypriano adversùs Luciferianos dictum fuit, uſurpare licèt. *In eâ Eccleſiâ eſt nobis permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, uſque in diem hanc ſucceſſivè durat, & ſemper durabit.* Talis eſt Eccleſia Romana; & licèt Sedes Petri fuerit aliquando Avenionem translata, ubi ſeptem ſucceſſivè ſederunt Petri ſucceſſores Pontifices, nimirùm Clemens V. Joan. XXII. Benedict. XII. Clemens VI. Innocentius VI. Urbanus V. & Gregorius VI., ibi tamen reſidebant ut Romani Pontifices, eoque nomine tantùm, ut Petri ſucceſſores, & Chriſti Vicarii legitimi univerſam regebant Eccleſiam; & rigorosè loquendo, nunquàm Avenionem translata fuit Sedes Petri, ſed ſemper Romæ fixa remanſit, ac proindè nunquam alia fuit Petri Sedes, nunquàm alia vera Chriſti Eccleſia, quàm Romana. Non enim à loco, ubi Pontifex reſidet, habet nomen, aut rem nominis Eccleſia; ſed à loco Sedis, pro cujus impletione eligitur, & ordinatur, & in quâ ſuccedit.

Deſinat ergo temerario auſu ſe jactare ſocietas Proteſtantium, quæ veros habere Chriſti Eccleſiæ, *unitatis* nimirùm *Sanctitatis*, *Catholicitatis*, *& Apoſtolicitatis* caracteres, gloriari non poteſt.

Ac primò, non habet antiquitatem doctrinę ab Apoſtolis derivatæ, quia eam propugnant, & renovant Novatores doctrinam, quam vetus & Apoſtolica Eccleſia in antiquis Eccleſiis Simonianis, Pelagianis, Novatianis, Donatiſtis, Arianis jamdudum proſcripſit. Momentum hoc fusè pertractatum legi poteſt apud Coccium in Theſauro, lib. 8. De ſignis Eccleſiæ art. 3. & Bellarminum De notis Eccleſiæ lib. 4. cap. 9. Tum quia fatentur ipſi Reformatores Proteſtantes, ut ex Calvino mox audivimus, ſe in multis ab antiquâ quinque priorum ſeculorum Eccleſiâ diſſentire.

Secundò, non habet ſocietas Proteſtantium antiquitatem originis. Hujus enim ſocietatis & auctor, & tempus quo nata eſt, & locus & dogmata conſignari facilè poſſunt; quod in omnibus hæreticis, & Novatoribus obſervari poſſe declarant SS. Juſtinus in Dialogo cum Tryphone, Irenæus lib. 1. cap. 23. Hieronymus adversùs Luciferianos in fine. Præterea, cum fateantur noſtri temporis Reformatores, ſe in communione Catholicorũ antè ſuam ſeparationem vixiſſe, neceſſe eſt etiam ut fateantur, aut illam ſocietatem fuiſſe veram Eccleſiam, & tunc ſchiſmatis rei arguentur, cum ab eâ ſocietate receſſerint; aut ſe novam inſtituiſſe; & tunc originis ſuę novitatem demonſtrabunt: aut alicui tandem, quę antiquior eſſet, ſe adjunxiſſe. At nullam aſſignare poſſunt, cum quà conſortium, & ſocietatem habere ſolliciti fuerint.

Tertiò, non habet ſocietas Proteſtantium legitimam in ſuis Paſtoribus miſſionem nec ordinariam, nec extraordinariam. Non habet ordinariam; quia vel hanc miſſionem ordinariam accepiſſent ab Eccleſiâ Romanâ, in cujus communione vivebant, vel ab aliquâ alia Eccleſiâ, in cujus ſocietatem admiſſi ſunt: atquì neutrum dici poteſt. Non ſecundum, cum nuſquam aſſignaverint, nec aſſignare poſſint Proteſtantes hujuſmodi ſocietatem, cui adiuncti fuerint, & ſi aſſignarent, adhuc urgeret argumentum contrà illam ſocietatem aſſignatam. Neque primum, vel enim Eccleſia Romana tempore primorum Reformatorum fuit hæretica, vel non fuit; ſi fuit hæretica, ergo non fuit vera Eccleſia; adeoque nec habuit poteſtatem regendi, & miniſtros mittendi; ac proindè nec eam poteſtatem, quam non habebat, potuit in primos Reformatores transferre; neque potuerunt fieri legitimi miniſtri, qui non niſi ab hęreticis ordinati fuiſſent: Certum enim eſt ex totâ antiquitate, hæreticos omni ſemper auctoritate, & juriſdictione in Eccleſiâ Chriſti privatos fuiſſe. Si verò non fuit hæretica, ergo Reformatores & hæretici fuerunt, & ſchiſmatici, cum & ipſius ſocietatem deſeruerint, & dogmata ejus fidei contraria profeſſi fuerint; adeoque eo ipſo ab omni auctoritate regendi Eccleſias, & legitimos miniſtros conſtituendi exciderint, quamvis in Catholicâ Eccleſiâ ordinati fuiſſent Epiſcopi.

Non habent etiam miſſionem extraordinariam: hæc enim miraculis confirmari debet, qualis fuit miſſio Moyſis, Prophetarum, Apoſtolorum, Chriſti ipſius; aut ſaltem debuit in Scripturis talis miſſionis futuræ mentio fieri; ut nempè hoc pacto diſtinguantur, qui verè mittuntur à Deo, ab intruſis. Etenim tanti momenti ſunt ea, ad quæ ſe miſſos aſſerere debent Reformatores, ut niſi miraculis miſſionem hanc confirment, ſeductores, & falſi prophetæ habeantur neceſſe eſt.

Quartò, non habet ſocietas Proteſtantium ſucceſſionem Apoſtolicam in ſuis Paſtoribus. Ubi quęsò erat Calviniana ſecta, antè Calvinum? Ubi Lutherana antè Lutherum? Ipſis igitur meritò dici poteſt, quod ſui temporis hæreticis dicebat Tertullianus De præſcriptionibus, capit. 32. *Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum, evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverit, habuerit authorem, vel anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ, cenſus ſuos proferunt.*

Ex hactenùs dictis, optimè colligitur per legitimam conſequentiam, Eccleſiam Romanam Romano Pontifici, tanquam legitimo Petri ſucceſſori, & Chriſti in terris Vicario adhærentem, eſſe veram Chriſti Eccleſiam, utpotè cui omnes Chriſti Eccleſiæ caracteres, unitatis nimirùm, Sanctitatis, Catholicitatis, & Apoſtolicitatis mirum in modum

conveniunt etiam hodiè, velint nolint Lutheranę, ac Calviniſtę ſectæ profeſſores, fingentes Romanam Eccleſiam poſt quingentos primos annos defeciſſe; contrà quos etiam in hoc puncto paulò infrà inſurgemus.

ERROR PROTESTANTIUM.

DUm inſolubilibus argumentis convincuntur Reformatores eſſe extra Eccleſiam, novum ſibi finxerunt diſcrimen inter articulos fide Divina credendos; ut alii ſint, qui ſubſtantiam fidei conſtituant, alii verò ſint accidentales, ſivè levioris momenti, quos liberum ſit admittere, vel repudiare, ſalvâ fidei integritate. Hanc autem diſtinctionem moliuntur eo conſilio, ut perſuadeant, diſſidia inter varias ſectas Proteſtantium, aliorumque Novatorum, non tollere neceſſariam unitatem veræ Eccleſiæ, nec conſiſtere in fidei fundamentis, quę cuilibet ad ſalutem ſufficiant. R. Primò. Hæc diſtinctio circa articulos fidei, nulla veritatis ſpecie defendi poteſt. Quia omnia quæ Deus loquitur, & hominibus proponit, ſunt æqualiter vera, & certa, propter infinitam Dei revelantis authoritatem, cui æqualiter innituntur; atquì omnes fidei noſtræ articuli, quos Proteſtantes vocant accidentales, Dei loquentis auctoritate proponuntur: hoc enim ſi negant, jam fruſtrà ſupponunt illos inter articulos fidei ullo modo numerari. Ergo articuli, quos vocant accidentales, ęqualem cum fundamentalibus veritatem, certitudinem, ac Dei revelantis auctoritatem ſortiuntur: Ergo ſinè ullo dogmatum diſcrimine, Deo relevanti iniurioſus, & æternæ damnationi obnoxius eſſe convincitur, qui vel unum articulum, quem cognoſcit à Deo revelatum, admittere recuſat. Videatur D. Thom. 2. 2. qu. 5. art. 3.

Ulteriùs aſſero prorſus impoſſibile eſſe, ut Deus velit, aut poſſit nos eximere ab obligatione, firmiſſimâ fide credendi quemvis articulum, licèt exiguum, quem conſtat ab illo nobis fuiſſe propoſitum, ac revelatum. Hæc enim duo apertè repugnant, Deum homini aliquid aſſerere, & hominem ſinè gravi iniuriâ, rem à Deo aſſertam reiicere poſſe, ac repudiare. Sed quamvis gratis admitteretur iſta diſtinctio inter articulos fidei fundamentales, & non fundamentales, impoſſibile adhuc foret ſectario diſcernere, qui nam articuli dici deberent fundamentales, quorum aſſenſus, cęteris excluſis, ad ſalutem ſufficeret. Tum quia quivis ſectarius, ut ſit veri nominis Chriſtianus, habere debet hunc aſſenſum: *Credo omnibus, quæ Deus revelavit*. Ergo non poteſt ullum articulum, quem conſtat in Scripturis contineri, à ſua fidę excludere: aliàs profiteretur ſe omnia à Deo revelata amplecti, & ſimul aliquid à Deo in Scripturis revelatum repudiaret. Tum etiam quia, ut ſectarius articulos fundamentales à cęteris diſcernat, neceſſe eſt, ut aliquam diſcernendi regulam in promptu habeat. Non Scripturam; quia & ſi hanc centies evolvant Proteſtantes, nuſpiam numerum, aut nomen articulorum fundamentalium definitum invenient. Non Eccleſiam; quia illorum Eccleſia ex variis ſectis conflata, nunquam hactenùs in ſenſu Scripturarum, & præcipuis fidei articulis, potuit convenire. Supervacaneum autem puto, plurima inter Proteſtantes dogmatum diſſidia commemorare; cum enim neque in Eccleſiæ ſuæ capite, quod non habent, neque in corpore, neque in Sacramentis conveniant, quo pacto in neceſſariis fidei fundamentis coaleſcant?

ERROR PROTESTANTIUM.

IN tanta ſectarum inter ſe diſſidentium colluvie, familiare eſt apud Proteſtantes hoc ratiocinium: Non ego talis ſum, ut poſſim certò divinare, quænam ſocietas prę cęteris omnibus integram fidei veritatem obtineat; ſi enim id proprio examine, & experimento velim inveſtigare, non eo præditus ſum ingenii acumine,

mine, ut poſſim cunctas ſectarum differentias ad trutinam revocare; ſi verò doctorum judicio ſtare velim, quem præ cęteris veracem ſeligere potero, cum unuſquiſque ſtet pro ſua ſectâ? Quid ergo ſupereſt (ajunt) quàm, ut ego meæ ſectæ inhæream, in quâ ab incunabulis nutritus ſum, & pro quâ in dubio tam implexo, ſtat apud me diuturni temporis poſſeſſio, ne veritatis incertus, dum veritatem inquiro, in deteriorem partem incidam? R. Primò, quia admiſsâ Dei providentiâ, vera religio talibus notis inſignita eſſe debet, ut à quovis intellectu benè diſpoſito facilè diſcernatur. Si enim Deus mundum gubernat, evidens eſt, illum religionem veram inſtituiſſe, quæ ab hominibus coli debeat. Fruſtrà autem illam inſtituiſſet, ſi non ordinaſſet ſigna, & argumenta idonea, ſeu motiva credibilitatis, quibus facilè illa vera religio, à falſis diſcerneretur: Frivolum enim foret proponere finem, & nihil certi ſtatuere de mediis, quibus ad illum pervenire oporteat. Hoc autem fieret, ſi pro denotandâ verâ Religione, ſigna non ſuppeterent multò illuſtriora, quàm quę poſſint pro quacumque falsâ exhiberi. Nam, ſi ſigna illa aliquo modo permanerent æqualia, nullum ſupereſſet medium, quo poſſit vera religio à falsâ diſcerni; atque adeò hominum errores ex hac parte, in ipſum Deum referendi eſſent, quod impium eſt, & blaſphemum. R. Secundò ex obligatione certâ, quà quilibet obſtringitur ad veram religionem præ falsâ amplectendam. Hæc autem obligatio nulla prorſus foret, ſi vera religio non eſſet præ falſis ſectis ſatìs explorata. Tanto rationum pondere preſſi Novatores, præeunte Luthero, ad aliud effugium ſe convertunt. Interim monerem eos, ut ſincero corde lumen veritatis à Deo perſeveranter peterent, qui nec illuminationem negabit, nec piam affectionē & motionem, niſi reſiſtant ipſi Spiritui ſancto, aut multiplicando peccata, magis à Deo recedant.

Error Protestantium.

Aſſerunt Proteſtantes, veram Chriſti Eccleſiam eſſe inviſibilem, ſolique Deo cognitam. Sic ait Lutherus in libro de Abrogandâ Miſsâ privatâ, parte prima: *Quis Eccleſiam nobis monſtrabit, cum ſit occulta in ſpiritu, & ſolùm credatur? ſicut dicitur, Credo Eccleſiam Sanctam*. R. Primò ex Scripturis, in quibus conſtantem hanc Eccleſię viſibilitatem prædixerunt Prophetę, docuit Chriſtus, confirmaverunt Apoſtoli. Prophetę prædixerunt viſibilem Eccleſiam. Iſaiæ 2. Eccleſia montis nomine proponitur, qui obvius ſit omnibus, & ab omnibus conſpici poſſit: *Erit* (inquit) *in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes &c.* Quem montem, S. Hieronymus in hunc locū, explicat de Eccleſiâ. Danielis 2. verſ. 35. lapis qui percuſſit ſtatuam, dicitur: *Factus mons magnus, & impleviſſe univerſam terram*. Quem locum de Chriſto & Eccleſiâ, intelligit paritèr S. Hieronymus. Chriſtus etiam docuit viſibilem eſſe ſuam Eccleſiam, primò parabolis, quibus eam expreſſit: *Arcę, Agri, Sagenę*. 2. cum in eâ Paſtores inſtituit, Joann. 20. *Sicut miſit me Pater, & ergo mitto vos*. Matth. 5. *Vos eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt Civitas abſcondi ſuprà montem poſita.. Sic luceat lux veſtra &c.* Quæ Chriſti ad ſuos Apoſtolos exhortatio, eo præſertim fundamento nititur, quòd Eccleſia non poſſit abſcondi; ideoque nec Paſtores, qui eam conſtituunt: quæ verba explicantur à S. Auguſtino de Eccleſia, lib. de Unitate Eccleſię, & paſſim alibi. Tùm quia Chriſtus *ſuprà petram ædificandam* Eccleſiam promittit, ſivè enim nomine petræ, intelligatur Chriſtus, aut fidei confeſſio, aut ipſe Petrus, evidens eſt, ipſum Eccleſię fundamentum eſſe viſibile, ac proindè Eccleſiam viſibilem eſſe, non minùs quàm ędificium ſuprà pe-

tram. Tum quia Chriſtus jubet adiri Eccleſiam, hoc eſt ſuperiores Eccleſiæ, ubi fraterna correctio privata, ob contumaciam delinquentis nihil proficit. Matth. 18. At quomodo adiri poteſt, ſi ſit inviſibilis? Denique Chriſtus in Eccleſiâ inſtituit Sacramenta viſibilia, quorum communi participatione, tanquam certiſſimo vinculo inter ſe, & cum capite Chriſto colligantur fideles. Apoſtoli hoc ipſum docuerunt, nimirùm, viſibilem eſſe Eccleſiam, atque inter alios Sanctus Paulus Actor. 20. ubi advocatis ex Epheſo Presbyteris, eos hortatur, ut vigilantes ſint in regenda Eccleſiâ, & univerſo grege, in quo Dominus poſuerat eos Epiſcopos. Quis autem regere poteſt, quod non novit? Idem docet Apoſtolus aliis locis, quę brevitatis gratiâ omittuntur, ſicut & plurimæ SS. Patrum authoritates idem probantes.

R. Secundò ratione Theologicâ; ſed priùs obſervandum eſt, Chriſti Eccleſiam duobus modis conſiderari poſſe. Primò, ſecundùm ſuum ſtatum interiorem, ſeu ſecundùm eam partem, quam metaphoricè nominare poſſumus animam Eccleſiæ, quatenùs nempè dicit ſocietatem eorum, qui veræ fidei in Chriſtum, & ſinceræ charitatis vinculo intèr ſe conjuncti ſunt: atque hoc ſenſu tota inviſibilis eſt Eccleſia, & ſoli Sancti & juſti ad eam ut viva, & vera membra pertinent. Secundò conſiderari poteſt ſecundùm ſuum ſtatum exteriorem, ſeu ſecundùm corpus, & quatenùs ſocietas eſt eorum, qui publicâ ejuſdem fidei profeſſione, eorundem Sacramentorum participatione, & Paſtorum communione conjuncti ſunt: atque hoc ſenſu certum eſt viſibilem eſſe, ac conſpicuam Eccleſiam. His pręmiſſis, jam probatur contrà Lutherum Chriſti Eccleſiam viſibilem eſſe, ſic. Ut Eccleſia vera dicatur, & ſit natura ſua viſibilis, ſatis eſt, quòd una ex ipſius partibus eſſentialibus ſit viſibilis, & conſpicua; quemadmodùm enim homo non dicitur inviſibilis, licèt habeat animam, quę ex naturâ ſuâ videri non poteſt: quia nempè conſtat ex corpore, ſeu ex iis partibus, quæ cadunt ſub ſenſibus; & aliunde anima ſe ſe ſuis externis operationibus prodit ac manifeſtat: ſic Eccleſia conſtat ex fidelibus externa fidei profeſſione, iiſdem Sacramentis, & iiſdem Paſtoribus intèr ſe unitis: hæc pars viſibilis eſt; hos enim fideles ubique gentium diffuſos, facilè quiſque conſpicere poteſt. Pars autem ejus interior, & inviſibilis, ſuis etiam operationibus aſpectabilis eſt: licèt enim in membris particularibus non ſint certiſſima ſincerę fidei, pietatis & charitatis argumenta, utpotè quæ vel in hypocritis occurrere poſſunt; certi tamen ſumus, quòd in illa ſocietate, in quâ ſunt fides exterior in Chriſtum, Sacramenta, & Paſtores legitimi, ſit quoque charitas ſincera & fides, juxtà Chriſti promiſſionem: *Ego vobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſeculi.*

Hæc momenta, non tantùm probant Eccleſiam eſſe viſibilem, ſed etiam eſſe permanenter viſibilem. Probant etiam illam nullatenùs poſſe deficere; nam quando Reformatores aſſerunt Eccleſiam poſſe deficere, non ità intelligunt, quaſi poſſit abſolutè deficere, ſeù omninò extingui, & interire, ſed hoc intendunt, quòd poſſit aliquandò latere, & ſic deſinere eſſe viſibilem, & conſpicuam: quod ex hactenùs dictis falſum eſſe evidentiſſimè conſtat.

ERROR PROTESTANTIUM.

NIhilominùs hęretici, ut in ſua obſtinatione indurati perſiſtant, alia quærunt effugia, ut probent ſe adhùc intrà veram Eccleſiam exiſtere, quantvumis eorum fidei profeſſio aliquem errorem involueret, quia ſcilicèt (aſſerunt) poteſt vera Eccleſia errare. R. Ex verbis Chriſti Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; quibus verbis promittit Chriſtus, ſe ædificaturum Eccleſiam ſuprà fundamentum omninò firmiſſimum, quod labi & deficere non po-

teſt: deficeret autem, ſi definiendo res fide, aliquando erraret; tota enim Eccleſiæ integritas, in integra fidei veritate conſiſtit: hac veritate ſemel deficiente, ipſam Eccleſiam deficere neceſſe eſt. Promiſſionem hanc perǵit Chriſtus urgentiſſimis verbis iterùm confirmare: *Et portæ inferi non prævalebunt adversùs eam*. Prævaleret autem poteſtas inferorum adversùs Eccleſiam, ſi ullo unquàm tempore in decernendis fidei controverſiis in hæreſim incideret, quod nunquàm eventurum, Chriſtus apertè pollicetur. Ex quibus manifeſtè ſequitur, vel Chriſtum in promittendo fallacem fuiſſe, quod impoſſibile eſt, vel Eccleſiam à Chriſto viſibiliter fundatam, numquàm in fide defecturam. Hanc Eccleſiæ viſibilis infallibilitatem, ex his Chriſti promiſſis clarè intellexit, & declaravit Apoſtolus primâ ad Timot. 3. *Ut ſcias quomodò te oporteat converſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis*. Si Eccleſia in quâ oportet converſari, eſt *Columna* firma, imò ipſum *fundamentum veritatis*, quomodò poteſt in docendo à veritate fidei deflectere? ſi enim errori ſemel ſuccumberet, hoc ipſo lapſa & proſtrata jaceret; quam tamen ipſa veritas petram fidei, numquàm ab inferorum poteſtatibus convellendam, ipſam columnam, ipſum firmamentum veritatis appellat.

Error Protestantium.

Adhuc inſtant hæretici, aſſerentes veram Eccleſiam Romanam, ſcilicèt ſucceſſu temporis, de facto à vera fide defeciſſe. R. Hic error: ſequeretur enim ex hâc doctrinâ Lutheranâ, & Calvinianâ, Eccleſiam Romanam à verâ fide aberrare, adeoque impiam, & ſacrilegam eſſe; ac proindè Chriſtianos, qui vixerunt à tempore, quo ajunt defeciſſe Eccleſiam, nempè per integra duodecim ſecula antè Lutherum, in æternum periiſſe, ac omnes noſtros majores, qui per tot ſecula Eccleſiam tantùm Romanam agnoverunt, à verâ fide, & ſalute æterna excidiſſe. Niſi quis impiè fingat Chriſtum permiſiſſe ſuam Eccleſiam viliorem, per duodecim ſecula, invicibili verè fidei ignorantiâ altè ſopitam jacere. Hæccine ſunt promiſſa Chriſti de duratione ſuæ veræ Eccleſiæ: *Portæ inferi non prævalebunt adversùs eam &c.* quam ipſi ſectarii admittunt, ſaltem quatuor primis ſeculis fuiſſe Romanam. An ergo à fide, & ſalute aberrarunt omnes illi, qui pro Divino cultu in totâ Europâ, & reliquo orbe Chriſtiano tot templa, tot cœnobia, tot Religionis Chriſtianæ monumenta per duodecim ſecula ſumma pietate, ac ſtudio erexerunt; qui ſua bona, ac ſe ipſos totâ vitâ Divino obſequio manciparunt? Perierunt ergo quotquot eo tempore vixerunt viri ſanctitate, ac miraculis toto orbe celebrati, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciſcus, aliique Sancti innumeri, quorum virtus & vita tot cœleſtibus prodigiis probata fuit? Perierunt tot Martyrum millia, qui pro tuenda Religione Romana contrà Tyrannos decertarunt, ſuum ſanguinem, ac vitam profuderunt, niſi fortè aliquos invicibilis ignorantia excuſaverit?

Quòd ſi dicant, hæc nullo modo admittenda eſſe, ac potuiſſe ſemper ſanctos majores noſtros, etiam in Religione Romana ſalutem conſequi, ad majores anguſtias redigentur hoc pacto. Omnes omninò tam Catholici, quàm ſectarii fatentur in Eccleſia Romana poſſe ſalutem obtineri: omnes autem Catholici, omni tempore, & uno ore affirmant me in ſectâ Lutherana, vel Calviniana, non poſſe ſalvari: ergo ſi volo eſſe certus, & ſecurus de ſalute æterna, debeo eligere Eccleſiam Romanam, in quâ omnes fatentur me poſſe ſalvari, non verò Lutheranam, aut Calviniſticam, aut aliam, in quâ maxima pars orbis Chriſtiani abſolutè negat ſalutem poſſe obtineri. Hoc argumento Henricus IV. Galliarum Rex, poſtquàm apud ſuos miniſtros rem

fidei

fidei diligenter examinaſſet, profeſſus eſt, ſe ad Eccleſiam Romanam ſuiſſe converſum, uti videre eſt apud Hiſtoriæ Gallicæ Scriptores.

ERROR PROTESTANTIUM.

Rationibus reſiſtentes hæretici, prętendunt ſe in vera Chriſti eſſe Eccleſia, cujus veras notas docent eſſe veram Chriſti doctrinam, ac legitimum uſum Sacramentorum. R. Illæ veræ nec ſunt, nec dici poſſunt Eccleſię Chriſti notæ, quæ non habent conditiones ad veram Eccleſiæ notam prærequiſitas: atqui neque vera (ut illi putant) Chriſti doctrina, neque legitimus, ut jactant, Sacramentorum uſus habet conditiones ad veram Eccleſię notam prærequiſitas. Iſtæ enim ſunt omninò tres, 1. Debent eſſe proprię, non communes. 2. Debent eſſe notiores, & clariores re, quam ſignificant. 3. Debent eſſe ſenſibiles, & obviæ, & omni hominum generi atque conditioni accomodatę: Atqui conditiones hujuſmodi non habent vera illa prętenſa Chriſti doctrina, & ille pntatus legitimus Sacramentorum uſus.

Non habent primam conditionem. Quia nulla fuit unquàm hæreticorum ſecta, quę non jactaret ſe puram habere Chriſti doctrinam, & ejus Sacramenta: nulla fuit, quæ errorum ſuorum patrocinium ex Scripturis non repetierit; nulla pariter ſecta fuit, quæ non contenderit veram eſſe apud ſe Eccleſiam: *Singuli quique hæreticorum cœtus ſe potiſſimùm Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant*, ait Lactantius lib.4. Inſtitut. c.29. Id ipſum, Auguſtino teſte, prętendebant Donatiſtę. Porrò, quomodò fieri poteſt, ut doctrinæ veritas, quam tot diverſæ hęreticorum ſectæ ſibi vindicare præſumunt, & de quà diſputatur, propria eſſe poſſit veræ, & unius Chriſti Eccleſię nota? quaſi una & vera Chriſti Eccleſia, intèr tot errorum monſtra & portenta ſubſiſtere poſſit. Dignoſcenda eſt ergo fides ex Eccleſia, non minùs quàm Eccleſia ex fide. Ita enim ſibi correſpondent, ut manifeſtæ utriuſque notiones ſeparari non poſſint. Quamobrem ſola vera fides eſt, quæ cum Eccleſiæ notis conjuncta reperitur; nempè quam ipſa Eccleſia ſic notis manifeſta proponit, & in verâ capeſſenda Religione, via auctoritatis præcedere debet, quam deindè ſubſequitur via diſcuſſionis, & examinis doctrinæ. Undè meritò dixit Auguſtinus lib. de quantitate animæ cap.7. *Auctoritate credere magnum compendium eſt, & nullus labor.* Et S. Hieronymus Dialogo adversùs Luciferianos in fine: *Poteram* (inquit refellens Luciferianos) *omnes propoſitionum rivulos uno Eccleſiæ ſole ſiccare.* Et idem Auguſt. lib. contrà epiſtolam fundamenti cap. 5. *Ego* (inquit) *Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas.*

Secundò, non habent tum veritas doctrinæ, tum legitimus Sacramentorum uſus ſecundam conditionem neceſſariam ad veram Eccleſiæ Chriſti notam. Nam ſi tam obſcurum ſit, imò magis, dignoſcere quænam ſit pura Chriſti doctrina, quænam pura ejus Sacramenta, quàm quæ ſit vera ejus Eccleſia, utique dici non poteſt hæc duo notiora eſſe, ac clariora ipsâmet Eccleſiâ: atqui tam obſcurum eſt, imò longè magis, dignoſcere quæ ſit pura Chriſti doctrina, & quæ ſit vera Eccleſia; ut enim certò cognoſcatur quæ vera ſit Chriſti doctrina, tria certò conſtare debent. 1. Verbum Dei, in quo illa doctrina continetur, eſſe re ipſa Verbum Dei. 2. Verſiones librorum, in quibus legitur hoc Verbum Dei, eſſe fideliſſimas; & ipſos fontes ab omni errore, ſaltem fundamentali eſſe liberos. 3. Quinam ſit ſenſus illius Verbi, quæ ſit legitima interpretatio: Atqui difficile admodùm & arduum eſt, ne dicam impoſſibile, hæc omnia ab uno quoque privato dignoſci, & explorari, cujus prorſus incapaces ſunt ruſtici, plebeii, & illiterati: Quin & literati ipſi ac docti de hiſce tribus, graves habent inter ſe concer-

tationes, quæ privatorum judicio, ac auctoritate finiri, ac terminari nunquam poſſunt. Certum eſt quòd nonnullos omnes Scripturę libros, tamquàm canonicos agnoſcit Lutherus, quos tamen Calvinus admittit. V.G. Epiſtolam ad Hebręos, Epiſtolam S. Jacobi, Apocalypſim. Non minùs etiam diſcordes ſunt circà ſenſum, & interpretationem Scripturę. Lutherus in iſtis Chriſti verbis: *Hoc eſt corpus meum*, deprehendit realem, ac ſubſtantialē Corporis Chriſti in Euchariſtiâ præſentiam; Calvinus è contrà realem abſentiam, & figuratam dumtaxat pręſentiam. Quis litem intèr ipſos componet? Nemò certè, niſi judicem Eccleſiam audire voluerint. Ergo vera doctrina ex Eccleſia, magis quàm Eccleſia ex verâ doctrinâ dignoſcenda eſt.

Tertiò denique, nec poſtrema conditio ad veram & propriam Eccleſiæ notam requiſita, convenit veræ Chriſti doctrinæ: quippè ſenſibilis non eſt, nec obvia, nec omni hominum generi, atque conditioni accomodata. Tum quia ſimplices, ruſtici, illiterati, plebeii prorsùs incapaces ſunt diſcuſſionis, ſeu examinis doctrinæ; tenentur tamen illi, ſi ſalvi eſſe velint, veram Chriſti Eccleſiam agnoſcere, & ad eam ſe ſe recipere. Tum quia vera Chriſti doctrina cognoſci non poteſt ſolo lumine naturali, & per cognitionem ortam à ſenſibus; quia tauta eſt myſteriorum ejus ſublimitas, ut omnem humanæ rationis captum longè ſuperet. Ergo Chriſti doctrina (quæ omnia eodem modo convincunt de legitimo, ut ajunt, Sacramentorum uſu) non ſunt notę veræ Eccleſiæ. Ergo vera fides ex Eccleſia, non autem vera Eccleſia ex ſomniatâ illorum fide dignoſcenda eſt.

IV. Psatyriani, ex infelici Arianæ hæreſis radice progeniti, circà medium ſeculi quarti impiè blasphemabant, prout refert Theodoretus hęr. fab. lib.4.

Idem eſſe in Deo gignere, atq; creare. R. Quia creatio non poteſt fieri niſi in tempore; & ſi idem eſſet in Deo gignere, atque creare, Filius æterni Patris non eſſet coæternus Patri. Tum quia, ut ait Joannes, omnia per Verbum, ſcilicèt Filium Patris facta ſunt, ergo Verbum per quod creata ſunt omnia, non potuit eſſe creatum: ergo idem non eſt in Deo gignere, atque creare. Quod argumentum egregiè promovet S. Auguſtinus contrà Arium, Tract.4. in Joan. Tum quia creare, eſt aliquid ex nihilo de novo producere: gignere, eſt ſibi ſimile in naturâ producere: ſed ſolus Filius eſt ſimilis Patri; ergo productio Verbi in Divinis non eſt creatio, ſed generatio.

Psalliani, iidem ſunt ac Meſſaliani, quaſi ſedulò, ac continuò orantes, Pſalliani dicti.

Psellus (de quo mentionem facit Coccius) vixit circà medium ſeculi undecimi. Dixit Angelos eſſe corporeos. R. Ex Scrip. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*. Tum quia ſi Angeli eſſent corporei, non eſſent rationales, & purè intellectivi; nam intelligerent diſcurrendo, & deducendo ex notitiis à ſenſibus acceptis; alioquin quid prodeſſent corpora eorum, ſi intelligendi facultati non inſervirent, ſicut nobis inſerviunt? Undè nulla eſſet diſcretio inter homines, & Angelos, quam diſcretionem ſæpè docent ſacræ Paginæ. Animadvertendum tamen, non eſſe hæreticum aſſerere, Angelos habere corpora, licèt alterius rationis à noſtris, ſubtiliſſima, & indiſſolubilia. Quà de re vide Ferdinand. Velloſillum in ſuis advertentiis ad SS. PP., ſcilicèt ad S. Gregor. quæſt.13. & ad S. Auguſt. in 1. tom. quęſit.3. & in 4. tom. quæſit.6. Tamen communis jam Theologorum ſententia, & Eccleſiæ ſenſus eſt, Angelos eſſe ſubſtantias ſimplices, ſpirituales, à quo ſenſu nemo ſinè gravi nota temeritatis, & erroris poteſt modò diſcedere. Vide D.Thom. 1. p. qu.50. & 51. Melchiorem Canum De locis Theolog. lib.8. XI.

Pseudo-Irenici. Vide *Pacificatores*.

Pseu-

XVI. Pſeudo-Eccleſiaſtæ, etiam dicti Pſeudo-Euangelici. Quidam Proteſtantes Zuingliani vocantur à Reſcio, Pſeudo-Eccleſiaſtæ, & à Sandero, Pſeudo-Euangelici.

Dicebant, Eccleſiam eſſe inviſibilem, ſoli Deo cognitam: poſtmodùm mutatâ ſententiâ, ut moris eſt, pro levitate, & volubilitate hæreticorum, dixerunt, Eccleſiam eſſe quidem in ſe viſibilem, ſed aliquandò ita obſcurari, ut penitùs interiiſſe videatur. R. verbo *Inviſibiles Proteſtantes*.

XVII. Pſeudo Michael Thuringus. Sub initium anni 1614. in Urbe Laugenſalts, Provinciæ Thuringiæ, Saxonię Duci ſubditæ, quidam Juvenis, ſcholæ Laugenſaltſenſis, Rectoris filius, Ezechielis Medenſis nomen ſibi aſſumens, puellamque, quæ *Barbara* vocabatur, mutato nomine, Mariam de Meden appellans, ſibi conſociatam, unâ cum aliis ſequentia deliramenta promulgavit, & pertinaciter propugnavit.

1. Se eſſe magnum illum Principem Michaelem, aliàs Verbum Dei nuncupatum.

2. Non unum dumtaxat eſſe Verbum Dei, ſcilicèt eſſentiale, æternum, & vivum, quod eſt Chriſtus Jeſus, ſed alterum præterea verbum vocale, ſcriptum & prædicatum, idque nullius momenti.

3. Suam, ſuorumque doctrinam ſibi in ſomno tradi occulta revelatione à Spiritu ſancto, qui eam ipſi aperuit.

4. Se ipſos legem Dei perfectè adimplere, eique in omnibus ſatisfacere.

5. Miniſterii verbi officium non eſſe à Deo, quando per homines peccatores exercetur.

6. Baptiſmum à Lutheranis adminiſtrari ſolitum, eſſe veneficium, cum verum Baptiſma per ſpiritum Dei perfici debeat.

7. Filios ſuos naturâ ſanctos eſſe, & eam ob rem Baptiſmo minimè egere, quòd ab ipſis, qui peccati omnis expertes eſſent, progeniti ſint.

8. Cœnam in Lutheranis Eccleſiis fieri ſolitam, non eſſe veram cœnam, ſed veneficium, veram autem cœnã eſſe eam, de quà in Apoc. 3. 20. *Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo*.

9. Eccleſiam Chriſtianam debere in terris eſſe ſanctam, & culpæ immunem.

10. Chriſtum in ſe perſonaliter, atque eſſentialiter exiſtere, ſeque, quòd eſſet magnus Princeps Michael, ſuo in corpore eandem carnem gerere, quam Chriſtus in Mariæ Virginis utero ſumpſerat, & in quà paſſionem tulerat; eâque ratione quæcumque ipſi facerent, Chriſtum unà cum ipſis facere, ac ſe propterea abſque peccato eſſe.

11. Se perſonalis hujus cohabitationis virtute eſſe immortales.

12. Nullam eſſe reſurrectionem mortuorum, nullam vitam ęternam, ſibi quidem ſemel moriendum eſſe, Chriſtum verò ipſis pollicitum fore, ut in ſuis veris corporibus vitæ æternæ gaudio perfectè fruantur: quæ mera eſſe figmenta & deliria, nemo rationis compos non videt.

Pſeudo-Apoſtolici. De his hæreticis actum verbo *Apoſtolici* ex tertiâ ſpecie, qui enim ſibi falsò Apoſtolicorum nomen aſſumpſerant, à Catholicis meritò Pſeudo-Apoſtoliçi ſunt dicti. Præter errores verbo *Apoſtolici* recenſitos, adhuc ſequentes effutiebant inſanias, nempè, ſoli Chriſto ſe, ſuoſque ſubjectos eſſe; nec Papam, aut alium habere in ipſos poteſtatem; totam enim auctoritatem ſpiritualem translatam eſſe in ſectam ipſorum aſſerebant, quòd eadem perfectione viverent, quà vivebant Apoſtoli. Item, nullum Papam habere poteſtatem abſolvendi à peccatis, niſi ita ſanctus ſit, ut fuit S. Petrus. Omnes Prælatos Eccleſiæ, à tempore S. Silveſtri fuiſſe prævaricatores, & ſeductores; excepto Cœleſtino V. Neminem poſſe ſalvari extrà illorum ſocietatem. Commiſceri XIII.

inter

intèr ſe carnaliter, quando tentatio ſubrepit, non eſſe peccatum. Licere mentiri in omnibus, & juramentum in nullo caſu eſſe licitum, niſi pro defenſione articulorum fidei. Mendicabant, & comedebant publicè, tunicâ altâ longo funiculo cincta, pallioque albo ſuperinduti, criniti, nudo capite, ac nudis pedibus incedebant, pœnitentiam prædicantes, ut ſub veſte hypocriſis ſua faciliùs propagare poſſent figmenta. Ex Spondan. anno 1297.

XVII. Pseudo-Propheta Angliæ, nomen ſibi fecit ineunte ſeculo 17. cumque ſe omnium Prophetarum ſpiritu imbutum crederet, illorum ſententias identidem, tanquàm ſuas ad terrendos, docendoſque alios uſurpabat: multos ſcripſit libros adversùs hæreticorum duces, eoſque plenos ſacris comminationibus, quas dicebat eſſe gladios Verbi Dei.

XVII. Pseudo-Propheta Indiarum. Eò Nebulonis hujus ſuperbia aſcendit, ut ſe Deum terræ, & à Deo cœli miſſum proclamaret; omnemque ſuis ſectatoribus impunitatem, ac protectionem adversùsChriſtianos promitteret. Circà initium ſeculi decimi ſeptimi debacchavit.

Pseudo-Synodici. Pſeudo-Synodus eſt vocabulum Grecum, compoſitum ex voce *Pſeudo* quæ ſignificat *falſum* (quam Mortierius ait extrà compoſitionem non inveniri) & voce *Synodus*, quæ idem ſignificat ac *Congregatio* ſivè Concilium: Latino uſo *Pſeudo-Synodus* dicitur Conciliabulum, nomen diminutivum, quaſi per ſpretum ſic dictum, quod idem eſt ac conventiculum: nullamque diſparitatem inter vocem Pſeudo-Synodum, & conciliabulum cenſeo intercedere, cum indifferenter aſſumi ad idem ſignificandum ab omnibus ferè Scriptoribus comperrerim, quod & ex ipſa vocum ethymologiâ comprobatur. Conſeſſus legitimi, in quibus Epiſcopi, quos poſuit Chriſtus ſub ſuo Vicario Romano Pontifice regere Eccleſiam Dei, in Spiritu ſancto congregantur, ut plenariâ poteſtate ſibi à Deo traditâ definiant ad bonum regimen in rebus fidei, morum, & ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantibus, vocantur *Synodus*, *Concilium*. Illegitimi verò conſeſſus, in quibus Epiſcopi ſinè debita dependentiâ à capite, ſcilicèt Romano Pontifice conveniunt, vel annuente Chriſti Vicario convenientes, poſtmodùm contrà ejuſdem ordinationes, & mentem conſeſſus proſequuntur, & decreta promulgant, vocantur *Pſeudo-Synodus*, vel *Conciliabulum*, & aliquando *Conventus*. Quicumque ſint Eccleſiæ congregatæ conſeſſus, ſivè Œcumenici, id eſt univerſales, ſivè Nationales, ſivè Provinciales, ut ſint legitimi, debent à Romano Pontifice permitti: Canones verò, qui in Conciliis emanati, à Summo Pontifice approbati promulgantur, in Eccleſiaſticâ Republica tantæ ſunt auctoritatis, ut quiſquis contrà eoſdem aliquid docere præſumpſerit, ſtatim tanquàm degener filius, qui ſub lege matris Eccleſiæ eſſe recuſat, cum ſuâ doctrinâ reprobetur. Hinc eſt, quòd ad diſcernendos & convincendos hæreticos, auctoritate ſacræ Scripturæ, & Canonum, tanquàm lapide lydio, ſemper Eccleſia uti conſuevit. Hinc etiam oritur, quòd cum ſatis compertum habeant hæretici, nullum poſſe dogma in materia Religionis ſubſiſtere, quod auctoritate ſacræ Scripturæ, vel ſanctorum Canonum non validetur, ut ſuos valeant tutari errores, etiam ad ſacræ Scripturæ teſtimonia, ſed perperam ab ipſis accepta, & intellecta, effugium habeant; ſicut etiam ad aliquos Canones, qui tamen cum à legitimis Conciliis promulgati non fuerint, nullius conſequenter in eorum causâ poſſunt eſſe ſubſidii. Ut autem qui diſputationem cum hæreticis incunt, diſcernere facili negotio valeant, an Canones ab hæreticis in ſuorum defenſionem errorum aſſumpti, à legitimis Conciliis ſint promulgati, ideò opportunum duxi in hoc opere potiorum conciliabulorum ſeriem contexere, quam hactenùs, quod ſciam, à nemine vidi

brevi

Google

brevi & chronologico ordine, ſicut infrà, copioſè collectam. Quod neceſſarium duxi, maximè cum de aliquibus Conciliis oriatur quæſtio, an inter legitima, vel illegitima ſint reponenda, & conſequenter, an eorundem Canones habere valeant vim legis Eccleſiaſticæ. Hujuſmodi ſunt Canones numero tres ſuprà centum, à Synodo Quiniſextâ nuncupata, ſed meliùs *erratico* conciliabulo dictâ, promulgati, tanquàm ſuppletivi quintę & ſextæ Synodi (*vide infrà in conciliabulo de quo agitur ſub anno* 692.) Licèt præfatos Canones 1. numero 103. plures mordicùs ſuſtinere voluerint fuiſſe ab univerſali Eccleſia receptos, & à diverſis Pontificibus confirmatos, contrarium tamen evidenter evincitur ex actibus Sergii Papæ, Joannis VII., & Conſtantini Pontificum, ſicut perhibet Anaſtaſius Bibliothecarius: quare cum hujuſmodi Canones non à Concilio Generali, ut contendunt hæretici, ſed à Conciliabulo erratico, Quiniſexto dicto, editi proferuntur, tanquàm illegitimi fœtus ſpurii Concilii, ſunt reiiciendi. Nec obſtat quòd aliquando Summi Pontifices, veluti Gregorius II., & Hadrianus, aliquos ex pręfatis Canonibus Synodi Quiniſextę citaverint, ad probandum de facto præfatos Canones fuiſſe ab Eccleſiâ receptos: ſiquidem id egerunt, ut ſuis ipſorum gladiis hæreticos jugularent: cum enim Græci Iconoclaſtæ contrà cultum ſacrarum Imaginum inveherentur, Summi Pontifices, ut eos ad ſanam mentem reducerent, contrà Iconoclaſtas citarunt Canonem octogeſimum tertium Synodi Quiniſextæ, in quo decernebatur, Imaginem Salvatoris pingendam ſub formâ hominis, quod præſtiterunt, ut faciliùs, ſicut ſuprà dictum eſt, hæreticos convincerent: non verò ut præfata citatione Canones Synodi Quiniſextę ſuâ auctoritate, tanquàm ab Eccleſiâ receptos declararent: quemadmodùm & Paulus Apoſtolus, ut Ethnicos confunderet, aliquàndo etiam Ethnicorum teſtimoniis uſus eſt. Hæreticorum auctoritatibus contrà hæreticos uti licere, Gelaſius Pontifex docuit, & quotidiana Eccleſiæ conſuetudine eſt approbatum.

Cum verò oppoſita juxtà ſe poſita, meliùs fiant perſpecta, ad Conciliabulorum naturam clariùs diſcernendam, de Conciliorum legitimorum qualitatibus opportunum erit, occaſione arreptâ, breviter hic diſſerere, ut faciliùs ſit illegitima à legitimis ſegregare. Cauſę potiſſimæ, ob quas Concilia celebrantur, ſunt quatuor. Prima eſt hæreſis pullulans, de quâ nunquàm judicium fuit latum; cum enim, ait S. Bernardus Epiſt. 189. ad Innocentium *Epiſcoporum ſit miniſterii de dogmatibus judicare*, ideò ad Concilium convocantur Epiſcopi. Secunda, eſt ſchiſma, ad quod reprimendum, nullum validius remedium, quàm celebratio Conciliorum. Tertia, eſt reſiſtentia hoſtibus Eccleſiæ. Quarta, eſt reformatio abuſuum, quotidie in Eccleſia, ſparſo diaboli ſemine pullulantium; ad hoc enim videmus cuncta penè Concilia, plures Canones ſanxiſſe. Porrò nullis hiſce de cauſis, ſaltem ſubſiſtentibus, licèt fortè apparentibus, congregata fuerunt Conciliabula, in quibus patet eorundem indictores, non niſi ad proprium commodum, & privatum intereſſe reſpexiſſe. Quamvis autem propter ſuprà recenſitas cauſas, conſtet utiliſſima eſſe Concilia, non tamen dici poſſunt ſimpliciter neceſſaria, vel ad judicandum in rebus fidei, aut ad extirpandas hæreſes, ſivè ad reformandos mores: hoc enim poteſt per ſe pręſtare Summus Pontifex, qui omnium controverſiarum in cauſa Eccleſię eſt Judex ſupremus, à Chriſto conſtitutus: quod expreſsè aſſerit S. Bernardus Ep. 189. *Verùm tu, ò ſucceſſor Petri, judicabis an debeat habere refugium ad Sedem Petri, qui Petri fidem impugnat. Tu providebis quomodò liberes ſponſam à labiis iniquis. Suſcitavit Deus furorem ſchiſmaticorum tuo tempore, ut tuo opere contererentur.* Nihilominus magnæ

gnæ utilitatis eſt, Epiſcopos congregari; quia in unam ſententiam, etiam verbis cum Romano Pontifice convenientes, oſtenditur eſſe omnium Paſtorum cor unum, & animam unam in Domino; atque ad propria revertentes, eaſdem veritates, eodem modo omnes ubique docent.

Cum autem ſolius ſit Romani Pontificis Concilia congregare œcumenica, & ipſo permittente indicere Nationalia, vel Provincilia: hinc etiam facilè erit Concilia à Conciliabulis ſecernere. *Plenitudo ſiquidem poteſtatis ſuper univerſas orbis Eccleſias, ſingulari prerogotivâ Apoſtolicæ Sedi donata eſt. Poteſt, ſi utile judicaverit, à finibus terræ ſublimes quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas evocare, & cogere ad ſuam præſentiam, non ſemel aut bis, ſed quoties expedire videbit. S. Ber. Ep.* 131. Ex quo Doctoris Melliflui ſenſu, ſatis evincitur, ſolum Pontificem poſſe Concilia congregare: quod aſſeruit Marcellus Papa epiſt. 1. ad Epiſcopos Antiochenſes, ubi ait. *Apoſtolos, eorumque ſucceſſores inſpirante Domino conſtituiſſe, ut nulla Synodus fieret, præter Sedis Apoſtolicæ auctoritatem*. Hinc ſequitur illegitima eſſe quæcumque Concilia, quæ præter Sedis Apoſtolicæ auctoritatem congregantur; quam veritatem novit Valentinianus Imperator, qui cum rogaretur ab Epiſcopis (*Ex Sozomeno*) ut permitteret eis celebrare Concilium, reſpondit: *Mihi, qui ſum in ſorte plebis, fas non eſt talia curioſiùs perſcrutari. Sacerdotes, quibus iſta curę ſunt, quocumque loco conveniant.* Scimus quòd Theodorico Regi, dicenti ſe in cauſa Symmachi Synodum convocaſſe, reſponderunt Epiſcopi in Concilio Romano quarto, *à Papa, non à Rege convocandum eſt Concilium*. Nec voluerunt Epiſcopi Regi acquieſcere, dicenti, ſe conſenſu Pontificis Synodum congregaſſe, donec per Pontificias literas de ejus mente certiores efficerentur. Conciliabulum ergo eſt, non Concilium, quęcumque Epiſcoporum congregatio, ſinè conſenſu Pontificis facta. Verum quidem eſt, quòd Imperator & Reges, hortante Pontifice, ſuam interponunt auctoritatem, ut citiùs Concilia congregentur; in quo ſenſu ſcripſerunt Ruffinus, Conſtantinum congregaſſe Concilium Nicęnum: Theodoretus, Theodoſium ſeniorem, Conſtantinopolitanum primum: Theodoſium juniorem, primum Epheſinum.

Quia verò ſoli Epiſcopi habent in Conciliis ſuffragium deciſivum: conſtat Conciliabula fuiſſe, non Concilia, omnes conſeſſus, in quibus aut laici pręſederunt, aut deciſivum ſibi arrogarunt ſuffragium: ex quo patet, quàm impudenter Lutherus & Calvinus, etiam Laicis auctoritatem ſuffragii in Conciliis competere aſſerant: *Epiſcoporum eſt miniſterii de dogmatibus judicare. S. Ber. ep.* 189. Undè *Actorum* 15. legitur. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis*. Proindè falſum eſt, licere unicuique, ut aſſerunt præfati hæretici, decreta Concilii examinare, & recipere, vel non recipere, prout ſibi placuerit, reclamante Scriptura, *Deuteron.* 17. *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio morietur homo ille. Et Matth.* 18. *Si Eccleſiam non audierit: ſit ſibi tanquam Ethnicus, & publicanus*. Neque probat laicos poſſe in Conciliis habere ſuffragium, quòd legitur in Actibus Apoſt. 15. *Convenerunt Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc*. Et infra. *Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia*. Nam in illo Apoſtolorum Concilio, laici interfuerunt, non vocati ad dicendum ſuffragium, ſed ſimpliciter potuerunt adeſſe, tanquam auditores: legitur enim. *Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Paulũ & Barnabam ... Tunc placuit Apoſtolis*. Undè conſtat ſolos Apoſtolos fuiſſe judices. Quòd autem legitur. *Placuit Apoſtolis & ſenioribus cũ omni Eccleſia*: ſenſus eſt, quòd omnes adſtantes libenter ſe ſubmiſerunt placito Apoſtolorum; ſicut & nunc quæ in Conciliis decernuntur, pla-

cent Eccleſiæ, atque ejus nomine rectè enunciabuntur.

Conſtat etiam contrà Novatores, illegitimum eſſe Concilium Generale, quandocumque huic non præſidet Pontifex, vel per ſe, vel per ſuos Legatos: illius enim eſt præſidere, qui omnes in Eccleſiâ dignitate antecellit: hic eſt Romanus Pontifex: *Qui parem ſuper terram non habet* S.Ber. lib.2. de conſid. *Cujus curæ ac diſpenſationi univerſus orbis ſubmiſſus eſt. De conſid. lib.1. cap.1.* Corpus enim ſinè capite monſtrum eſt, aut cadaver; quâ propter Petrus in primo Concilio Jeroſolymis coacto, intèr omnes præſedit, ſicut affirmat S.Hieronymus. Ratio etiam poſtulat Conciliis præſidere illum, cujus fides non poteſt ſentire defectum; quâ propter Concilia à Summo Pontifice confirmata, nulli poſſe errori eſſe obnoxia nec in fide, nec in moribus, tenet fides Catholica; probat ipſa experientia, quæ docet nullum Concilium, Sedis Apoſtolicæ permiſſu coactum, Summi Pontificis auctoritate confirmatum, nunquàm in ſuis ſanctionibus fidem, aut mores concernentibus, defeciſſe: ubi è converſo, conſeſſus ſinè Pontificis auctoritate coactos, ut plurimùm in fide, & moribus aberraſſe, comprobant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Quòd verò Concilia à Summo Pontifice approbata errare nequeant, meritò roborandum eſt ex eo, quòd unicuique Fidelium præcipit Dominus. *Facies quodcumque dixerint qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & ſequeris ſententiam eorum. Deuter.17.*

Videtur tamen ex dictis oriri dubium, an Papa ſit ſuprà Concilium, vel Concilium ſit ſuprà Papam; evincitur tamen in favorem primæ partis; nam cum certum ſit, Papam eſſe à Chriſto conſtitutum ſuprà univerſam Eccleſiam, etiam eſt conſectaneum, Papam abſolutè eſſe debere ſuprà Concilium. Neque aliquid in contrarium evincit diſtinctio de Eccleſia diſperſa, & congregata, quâ mediante, aliqui concedentes Pontificem eſſe ſuper univerſam Eccleſiam diſperſam, negant tamen eſſe ſuprà Eccleſiam congregatam, & conſequenter ſuprà Concilium. Nam Eccleſia ſivè diſperſa, ſivè congregata, ſemper eſt ovile Chriſti, & paſtor ſemper eſt ſuprà ovile; conſequenter Pontifex, qui eſt paſtor Eccleſiæ, ſemper eſſe debet ſuprà Eccleſiam, ſivè diſperſam, ſivè congregatam: ceterùm, ſi Eccleſia congregata eſſet ſuprà Pontificem, ovile eſſet ſuprà paſtorem; & paſtor tranſiret in ovem, oves autem tranſirent in paſtorem, quod patet quàm ſit erroneum dicere. Nec videtur inſtantiam pati poſſe replicam; nam vel Eccleſia in Concilio collecta eſt ovile, vel paſtor; ſi ovile, ſemper erit ſub poteſtate paſtoris: ſi paſtor, recurrit argumentum. Præter quam quòd, Chriſtus nunquam dixit Eccleſiæ congregatæ, ſed Petro: *Paſce oves meas*. Inſuper Eccleſia congregata in Concilio habet ſupra ſe Chriſtum, ergo habet ſupra ſe Pontificem, qui eſt Vicarius Chriſti: quis enim congregato Concilio depoſuit Pontificem à ſuo Vicariatu? Adde, quòd Eccleſia congregata eſt unum corpus viſibile, ergo debet habere ſuum caput viſibile, ſinè quo eſſet corpus acephalum. Tum quia Eccleſiæ ſeorſim ſumptæ, & reduplicativè ut tales conſideratæ, non ſunt corpus, ſed membra, & ſolùm collectivè acceptæ ſunt corpus, ergo Eccleſia collectivè accepta, ſivè in Concilio congregata debet habere ſuum caput. Demum, ſi non interveniente auctoritate Pontificis, non ſubſiſtit Concilium; eſt autem validum, ſi Papa confirmat geſta Concilii, conſequens eſt, ut Papa ſit ſupra Concilium. His delibatis, ut faciliùs poſſit lector diſcernere inter Concilia, & Conciliabula, poſtremorum collectionem ſubnectimus, cum priorum amplam notitiam exhibeant Binius, Arduinus, Labbe, & plures alii, qui ſummo labore, & multiplici eruditione eadem collegerunt.

214 Zephyrini PP. anno XIII. Antonini

niniCaracallęImperatoris III. Agrippinus Epiſcopus Carthaginenſis, ibidem Conciliabulum habuit, in quo decrevit rebaptizandos hæreticos, qui ad fidem Catholicam accedebant. Ex S. Cypr. Ep. 71. & 72.

217 Zephyrini Papę anno XVI. Antonini Caracallę VI. adminiſtrantibus Conſulatum Æmilio, & Anicio, Agrippinus pro eadem causâ, de qua ſupra, Epiſcoporum Aſiæ, & Numidiæ novam collegit Pſeudo-Synodum. Ex Bar. anno 217.

303 Marcellini Papæ VIII. Diocletiani Imper. XX. Cirtæ in Numidia conveniunt Epiſcopi pro electione ſucceſſoris, in locum defuncti Antiſtitis, ubi pariter cognita eſt causa Traditorum Epiſcoporum, qui à Numidię Primate, in Concilio Pręſide, ad ſua privata commoda reſpiciente, non modò abſolvuntur, ſed ſinè debitâ, juxta ſacros Canones pœnitentiâ, in communionem recipiuntur. Recitat acta hujus Pſeudo-Synodi Optatus lib. 1. contra *Parmen.*

306 Marcelli Papæ III. Conſtantini I. congregantur Donatiſtę Epiſcopi, numero 70. ad Conciliabulum Carthagine celebrandum, contra Cęcilianum Epiſcopum Carthaginenſem, qui diſciplinæ Eccleſiaſticæ zelantiſſimus, contra ſe concitaverat Lucillam ęquè factioſiſſimam, ac ditiſſimam fœminam, quam Cęcilianus ipſe, utpotè Chriſtianæ religioni, quam profitebatur, minùs addictam redarguerat: ex quo irâ excandeſcens Lucilla, ſchiſma excitavit, & Cęcilianum, licèt abſentem, in hoc conciliabulo exauctorari curavit. S. Aug. contrà Creſc.

309 Euſebii Papæ I. Conſtantini IV. Ab Epiſcopis ſchiſmaticis in Africa, junctis Traditoribus, pertractis Numidiæ Epiſcopis, ſollicitatis Mauritanis, collectum eſt Concilium ducentorum ſeptuaginta Epiſcoporum, qui in favorem Traditorum, contra ſtabilita decreta Eccleſiaſtica, in hac causâ jam emanata, promulgarunt ſententiam. S. Aug. Ep. 48. ad Vinc.

Silvestri anno XIII. Conſtantini XXI. Ariani Epiſcopi Ceſareæ Synodum inſtituunt contra Athanaſium, ad quam renuit, quamvis vocatus Athanaſius accedere, quippè qui noverat eſſe congregationem malignantium; quapropter furioſa Synodus re infectâ eſt diſſoluta. *Ex Labbe Tom. 2.* 316

Silvestri XXII. Conſtantini XXX. Mareotide Ægypti civitate, Theognis Nicęę Epiſcopus, unâ cum aliis Arianæ factionis, conventiculum habuit, in quo Iſchirionem S. Athanaſii accuſatorem, Mareotidis Epiſcopum elegit, & obiecta crimina contra abſentem Athanaſium, tanquam certa recepit. *Labbe Tom. 2.* 335

Silvestri XXII. Conſtantini XXX. Euſebius Nicomedienſis Antiochiam ſe confert, & Synodum inſtituit contra Divinum Symbolum, & B. Euſthatium, crimina falſa illi obiiciens, eumque deponens. *Labbe Tom. 2.* 335

Silvestri XXII. Conſtantini XXX. Ab Euſebianis Epiſcopis adversùs Athanaſium, Tyri in Phænicia habitum eſt conciliabulum, conſpirantibus unâ cum Euſebianis, Meletianis, & Colutianis, præſidente conciliabulo Dionyſio Comite, juſſu Imperatoris militibus ſtipato, quibus Epiſcopos in Synodo congregatos cinxit, quos numero 60. fuiſſe teſtatur Socrates. Miſſus quoque fuit ad conciliabulum Archelaus Comes, qui unâ cum Dionyſio Synodo pręſideret. Vocatus ad Synodum Athanaſius, adeſſe diſtulit, quia noverat eſſe concilium malignantium. Sed poſt plures menſes, tandem acceſſit, unâ cum 47. Epiſcopis Ægyptiis, ne adverſariis ulteriorem anſam præberet in ipſum inſultandi. Productæ in hac Synodo plures in Athanaſium accuſationes de Calice fracto, de muliercula violata, de Arſenio mutilato, à quibus facilè Athanaſius innocens ſe expedivit. Nihilominus tanquam reus damnatur, & deponitur. Hujus conciliabuli acta referunt Sozomenus & alii. 335

335 Silvestri Pontificis XXII. Conſtantini Imperatoris XXX. Epiſcopi, qui ad conciliabulum Tyri convenerant, Jeroſolymam ex Imperatoris juſſu properarunt, ad dedicandam inſignem Baſilicam *Martyrium* dictam: qua occaſione Epiſcopi congregati, omnes ferè ſectâ Euſebiani concilium in Encęniis celebrarunt, quod valdè commendat Euſebius, Nicęno Concilio fermè adęquans. Sed potiori jure Athanaſius exordium Synodorum Arianorum illud nominat, in quo ſublato à fidei Symbolo, verbo *Conſubſtantialis*, Arius & Ariani fuere recepti, quod narrat ipſe Athanaſius.

336 Marci Papæ I. Conſtantini XXXI. Convocantur Conſtantinopoli proximi Epiſcopi Arii, & Euſebii ſectatores, qui Marcellum Ancyræ in Galatia Epiſcopum, in exilium pellunt, Epiſcopatu abdicant, eo quòd Marcellus, utpotè Orthodoxus, utroſque tam Arianos ſcilicet, quàm Euſebianos ſemper oppugnaverit. Calumniæ contra Marcellum ab hæreticis contextæ, ex Synodo Sardicenſi, quæ hanc cauſam diligenter examinavit, colliguntur, ſicut & earundem inſubſiſtentia.

337 Julii Papæ I. Conſtantini ultimo. Epiſcopi, qui Mareotide convenerant, Bizantium proficiſcentes, ibidem Athanaſium inveniunt, qui de illatis ſibi injuriis, ſciſcitabatur ab Imperatore juſtitiam: ſed obſtavit Euſebius, qui iterum Imperatori quatuor calumniatores contra D. Athanaſium exhibuit, petens, ut Conſtantinopoli ſynodicè examinarentur; & facto hæreticorum conſeſſu, Athanaſius, licèt innocens, Treviros Galliæ in exilium pellitur, quam pœnam alii quoque Epiſcopi Athanaſio adhęrentes ſubiere. Ex *Labbe Tom. 2.*

340 Julii Papæ IV. Conſtantis IV. Euſebiani convenientes Antiochiæ, inſimulantes magnum Euſthatium, Epiſcopum verè Orthodoxum Sabellianiſmi, deque aliis falſis criminationibus accuſantes, à ſua Sede expulerunt, & exilii pęna ab Imperatore mulctari curarunt, quę geſta narrat *Theodoretus*.

341 Julii Papæ V. Conſtantis V. convocati fuerunt Antiochiæ ad Encęnia, Epiſcopi numero ferè nonaginta, ex quibus 36. Ariani, quorum numerus, licèt Orthodoxis inferior, nihilominus favore Principum prævaluit contra Catholicos: quapropter in hoc conciliabulo, ſolis Arianorum ſuffragiis abdicatus fuit Athanaſius. Non adfuit in hoc conciliabulo per ſuos Legatos Romanus Pontifex, qui proinde in ſuis literis teſtatur, à ſolis 36. Arianis Epiſcopis, reluctantibus Orthodoxis, totam machinam in favorem Arii, adversùs Athanaſium fuiſſe conflatam. De hac Synodo ſcribunt *Socrates*, *Hilarius*, *Sozomenius*, apud quos fuſiùs, quæ acta ſint videri poſſunt.

344 Julii Papæ VIII. Conſtantis VIII. Antiochię ab Arianis aliud conciliabulum habitum eſt, in quo Ariani novam fidei formam, cęteris prolixiorem promulgarunt, ut ſe ab Ariana hęreſi apud Catholicos alienos eſſe oſtenderent. Sed præfata fidei formula ab Occidentalibus non fuit recepta, quippè qui detexerunt, diverſis quidem, & prolixioribus verbis, ſed eàdem perfidia, Arianam hæreſim in contexta formula profiteri. Ex *Var.*

347 Julii Papæ XI. Conſtantis XI. Epiſcopi Ariani Sardicâ, ubi damnati fuerant regreſſi, Philippopoli in Thraciâ convenientes, temerè uſurparunt nomen Concilii Sardicenſis, & factâ fidei formulâ, hæreſim Arii continente, hanc fuiſſe fidem, quam in Concilio Sardicenſi profeſſi ſunt Patres Orthodoxi, impudenti calumnia, ſub Imperatoris favore publicarunt: renovatiſque antiquis decretis, quę impietas Ariana contra Athanaſium jam alibi congregata promulgaverat, primi omnium in hoc conciliabulo auſi ſunt excommunicare Romanum Pontificem. Ut autem Ariani Philippopoli congregati, faciliùs inſinuarent fidelibus ſuam fidei formulam, & il-

lum eandem eſſe, quam Sardicenſes Patres amplexati ſunt, probarent, atque etiam, ut ab hæreſi Ariana ſe alienos eſſe ſimularent, in Epiſtola Synodica, ab ipſis perperam promulgata, ſub nomine Patrum Sardicenſium, doloſè poſitiones quaſdam Arii damnaverunt: & hinc factum eſt, ut ex tunc Semiarianorum ſurculus ab Ariana hæreſi dimanaret. Ex Socr. lib. 2. cap. 16.

348 Julii Papæ XII. Conſtantis Imper. XII. Stephanus, impius Antiochiæ Epiſcopus, hæreticorum conſeſſum, calumniis redundantem collegit. *Labbe Tom. 2.*

350 Julii XIV. Conſtantii II. Athanaſio, & Paulo honorificè ad ſua ovilia proficiſcentibus, impietatis anteſignani Synodum Jeroſolymis collegerunt, Maximum Orthodoxum abiicientes, & Cyrillum Arianum ſubſtituentes. Ex *Labbe Tom. 2.*

353 Liberii Papę II. Conſtantii XVII. Convenerunt Arelate Epiſcopi, præſente ipſo Imperatore Conſtantio, ut in damnationem Athanaſii ſubſcriberent; in quo Concilio Apoſtolicæ Sedis Legati miſerè prævaricarunt, nam graves contumelias paſſi ab Imperatore, eo quòd ejus ſenſui contra Athanaſium non acquieſcerent, tandem contumeliis victi, & miſerè cędentes, promiſerunt ſe ab Athanaſii communione abſtinere. Epiſcopi verò, qui contrà Athanaſium ſubſcribere viriliter recuſarunt, inter quos fuerunt Paulinus Trevirenſis Epiſcopus, & Lucius Annęus Moguntinus, in Phrygiam ſunt relegati; quæ verò poſt hæc in hoc conciliabulo ſancita fuere ab Arianis, deſcribit *Severus*.

355 Liberii IV. Conſtantii XIX. Convenerunt Mediolani pluſquàm 300. Epiſcopi Occidentales, cum aliquibus Orientalibus, Pręſide ipſo Imperatore, Arianorum fautore. Statim ac in Eccleſiâ congregati fuerunt, petierunt Epiſcopi Orthodoxi, ut omnes fidei Nicęnę ſubſcriberent, quod renuentes Ariani peragere, Concilium converſum eſt in clamorem; & timentes Ariani plebem, fidei Catholicæ addictiſſimam, ab Eccleſiâ in Palatium ſe receperunt, ibique Epiſtolam ſub Imperatoris nomine, omni pravitate refertam cenſuerunt. Reliqua, quæ in hoc conciliabulo peracta ſunt, exponit *Athanaſius Epiſtola ad Solit.* E quamvis hoc conciliabulum Eccleſiaſtici Concilii nomen pręſetulerit, veriùs tamen tyrannicæ conſultationis nomen promeretur; quippè cui præſedit unà cum ſatellitio Imperator, ſpirans minarum & cædis in Orthodoxos.

Liberii V. Conſtantii XX. Favente Imperatore, à Saturnino Arelatenſi, Arianorum in Galliâ anteſignano, celebratum eſt Bitterenſe conciliabulum, in quo damnatus fuit Hilarius, & in Phrygiam relegatus. *Ex D. Hieron. in Chron.* 356

Liberii VI. Conſtantii XXI. Sirmienſe Concilium Conſtantius indixit. Cauſa hujus indictionis, fuit Arianos à labe hæreſis (jam enim communiter hæretici nuncupabantur) purgare, & modum invenire, quo in conſpectu orbis, Orthodoxi apparerent; quapropter Ariani ibi congregati, duas fidei formulas conſcripſerunt, unam contrà Photinum, ut Catholici viderentur, in qua nomen *Subſtantiæ* adhibuerunt; aliam verò in favorem Arii, in qua *Conſubſtantialitatis* vocem omninò reticuerunt. Plura de hac Synodo videre eſt apud *Hilarium & Socratem.* 357

Liberii VI. Conſtantii XXI. Perfęſi Sirmianæ perfidiæ Orientales Epiſcopi, in qua Ariani Filium conſubſtantialem Patri eſſe negarunt, Sirmio recedentes, in Aſiam commigrarunt, atque Ancyrę in Galatiâ convenientes, damnarunt formulam Sirmienſem, reſtituto in Filio Dei *Subſtantiæ* nomine. Qui convenerunt Ancyrę, fuerunt Epiſcopi ſectâ Semiariani; proindè contra Arium admiſſo *Subſtantię* nomine, vocem nihilominùs *Conſubſtantialis* reticuerunt: quos proindè Hilarius hortatus eſt ad recipiendam vocem *Conſubſtantialis*, ſinè quâ nomen quoque *Subſtan-* 357

ſtantiæ periclitari poſſe videbatur.

359 Liberii Papæ VIII. Conſtantii XXIII. quo Arimini celebrata eſt Synodus, etiam Seleuciç congregatum eſt concilium, de quibus breviter, prout noſtri eſt inſtituti, agimus. Indicta quoque fuit jubente Conſtantio Synodus Conſtantinopolitana, de qua ſæpè meminerunt Baſilius Magnus, lib. 1. adversùs Eunomium, & Gregorius Nazianzenus, lugens ingentem cladem ex hujuſmodi ſatanæ conventibus univerſæ Eccleſiæ illatam. Convenerunt itaque ad præſentem Conſtantinopolitanam Synodum, ex proxima Bithyniæ Provincia Epiſcopi numero 50. ſtimulante congreſſum Accaſio, à quo Accacianorum congreſſus præſens eſt nuncupatus: Accitiſque ad Synodum etiam decem Epiſcopis, qui à Seleucienſi conciliabulo miſſi erant Legati ad Imperatorem, celebravit Accacius Conſtantinopolitanum præſens conciliabulum, in quo ex Accacianorum ſententià, ſcripta eſt nova fidei formula, quam novam eſſe aſſerit Socrates, ab hæreticis compactam, poſt Nicçnum Generale Concilium. In præſenti fidei formula damnatum eſt ſilentio, in perſonis Divinis nomen *Hypoſtaſis*, ſivè *Subſiſtentiæ*, & nomen *Subſtantiç* in Filio. Sed illud prætereà ridiculum, & impium factum eſt in hac Synodo, ut duplici fidei formulç, Ariminenſi ſcilicèt, & Conſtantinopolitanæ Epiſcopi ſubſcriberent, licèt inter ſe eſſent diverſæ, ſic jubente Imperatore, qui pro libito concilia congregabat & diſſolvebat. Altercationes in hoc malignantium congreſſu ſecutas, iniuſtas damnationes promulgatas, narrant Theodoretus & Sozomenus.

359 Liberii VIII. Conſtantii XXIII. plures Epiſcopi ad Urbem Niçæ in Thracia traducuntur, ubi ſimpliciores Prçſules, per fraudem & terrores impulſi ad abiiciendam vocem *Subſtantiæ* & *Conſubſtantialis*, formulam fidei, Sirmianç tertiç conſonam ediderunt, ſolâ diverſitate, quòd in Sirmianâ Filius dicitur Patri *per omnia ſimilis*; in iſta verò tantùm *ſimilis*. Hìcque non erit abs re breviter perſtringere Arianorum lapſus, qui primò reſutantes vocem *Conſubſtantialis*, tanquam exoticam, retinuerunt ſimpliciter nomen *Subſtantiæ*; deindè etiam hoc ablegantes, appoſuere *per omnia ſimilis*; mox ſolam vocem *ſimilis* adhibuerunt: demum vocem *diſſimilis* uſurparunt. Hujus Conciliabuli acta reſert Theodoretus.

Liberii VIII. Conſtantii 359
XXIII. Eodem tempore, quo Arimini celebratur Concilium, conveniunt Imperatoris juſſu Seleuciç Epiſcopi 150., partim Accaciani, partim Ariani, alii Semiariani; interſuit huic Synodo S. Hilarius, adeſſe compulſus. Magna contentio orta eſt inter congregatos, quippe qui diverſarum opinionum erant fautores: quapropter ſe invicem damnarunt: & Deo afflante, his contentionibus prçſens eſſe compulſus ſuit S. Hilarius, ut fidem Orthodoxam, ſicut viriliter præſtitit, propugnaret. Referunt hujus conciliabuli geſta Theodoretus, Epiphanius, & Socrates. 359

Liberii VIII. Conſtantii XXIII. mandavit Imperator Tauro Præfecto, ut collectos in unum omnes Epiſcopos, Arimini congregaret; quod & prçſtitit, miſſis per Illyricum, Italiam, Africam, Hiſpaniam, & Gallias nuntiis, qui Imperatoris hoc de congregando Concilio, voluntatem Epiſcopis ſignificarēt. Supra quadringentos Ariminum conveniſſe, teſtatur Sozomenus, inter quos ſectà Arianos, octoginta. In hoc Concilio fides Nicçna probata eſt, & iterum damnatus Arianiſmus, unà cum ſuis fautoribus Urſacio & Valente. Publicatà Concilii ſententià coram Vincentio Capuano Epiſcopo, Liberii Papæ Legato, opportunum cenſuere Patres legationem mittere viginti Epiſcoporum ad Imperatorem in Oriente commorantem, qui eidem ſignificarent, abſolutam jam Synodum Ariminenſem; proinde Patres ſacultatem expoſcere ad propria remeandi:

ſed

ſed ęgrè accipiens Imperator Arianis adhęrens, exploſam fuiſſe à Patribus in Ariminenſi Concilio Arii ſententiam, coegit Legatos Concilii, ut ſupra dictum eſt, numero viginti, Nicęæ cum Arianis Epiſcopis illic congregatis ſe adjungere, & Arianum dogma, contra decretū Concilii Ariminenſis ſubſcribere; quod & imprudenter prçſtiterunt: quo peracto, dimiſſis Legatis, ut Ariminum reverterentur, mandat Imperator Tauro Præfecto, ut neminem ex Epiſcopis Arimini congregatis abire permittat, donec acta Synodalia, Nicęæ facta ab Arianis, ſubſcriberent, quæ Ariminenſes Legati revertentes deferebant. Adventarunt interim ex Oriente Legati Ariminenſes, qui miſerè Nicęæ pro Ariano dogmate ſubſcripſerant, vim regiam in ſui defenſionem, ſed fruſtrà cauſantes. Cum verò Epiſcopi Arimini exiſtentes, nec diſcedere permiſſi, plurium incommoditatum tędio eſſent affecti, plures eorum incōmodis victi, dedere ſe adverſariis, & acta Synodalia, ex Nicęa à Legatis delata, juxta pravam Imperatoris mentem ſubſcripſerunt. Tunc eſt, cum totus ingemuit orbis, & ſe Arianum eſſe miratus eſt, quia ſcilicet Patres Arimini exiſteotes, ut incommoda longioris abſentiæ à ſuis reſpectivè diœceſibus effugerent, formulam fidei, ab Arianis in conciliabulo Nicęæ in Thracia dolosè compaginatam, ſubſcripſerunt, qua ſubſcriptione, eſto quòd Arianum dogma profeſſi non ſint, quod imò ſemper ſunt avverſati, nihilominus periculosę formulam fidei admiſerunt, in qua nulla de nomine *Subſtantiæ*, & voce *Conſubſtantialitatis* facta erat mentio: quæ voces, ad omnem antiquam cavillationem fugiendam, omnino ſunt adhibendę, ubi agitur de exprimenda ęqualitate Filii cum Patre: quapropter præfatis vocibus, cum ſancta Nicęna Synodus generalis omnino adhęſerit, & Patres Arimini ſubſcribentes, eaſdem non adhibuerint, anſam dederunt penè univerſo mundo credendi, quòd Arianę impietati conſenſum prębuiſſent. Quidquid autem ſit de ſubſcriptione per vim, dolum, & metum ab Arianis obtenta, & à Patribus Arimini adhuc exiſtentibus, poſt completum legitimum Ariminenſe Concilium facta, nihil inde contra Synodum Ariminenſem deduci poteſt, ad illam improbandam: Peracta enim, & concluſa fuerat Ariminenſis Synodus duodecimo Kalendas Auguſti; cum Patres Legatos ad Imperatorem deſtinarunt, ut ad propria remeandi facultatem obtinerent; qui nihilominus Arimini ad plures menſes, poſt expletum Concilium otiari coacti, quidquid tempore hujus otii compactum, aut ſubſcriptum eſt à Patribus, utique ab ipſis ſubſcriptum non fuit, tanquam ab Epiſcopis in Concilio congregatis. Concilium enim ut ſupra diximus, jam erat abſolutum; ſed ſubſcriptum eſt tanquam ab Epiſcopis in relegatione detentis, per vim, metum, & dolum, ut Imperatoris voluntati adhęrerent compulſis, hyemis ſeveritate, aliarumque pęnalitatum acerbitate fatigatis: quo tempore præfatam ſubſcriptionem contigiſſe deducitur. Quæ igitur peracta ſunt à Patribus poſt completum Concilium Ariminenſe, nempe poſt duodecimo Kalendas Auguſti, nullam prorſus cum Ariminenſi Concilio connexionem habere perhibentur, licèt ab Arianis ſub nomine Ariminenſis Concilii, ſed perperam, colligantur; quæ potiùs ſub nomine Ariminenſis conciliabuli ſunt exprimenda. Ex Bar.

Liberii Papæ X. Conſtantii XXIV. Ipſo Imperatore Antiochiæ exiſtente, ibidem habita eſt Synodus in cauſa Meletii, ad eundem perperam exauctorandum, & Euzoium ſubſtituendum: qua occaſione Synodus congregata, novam fidei formulam, eandemque omnium deterrimam condidit, in qua vocem *Simile* omninò reprobarunt congregati, & aſſeruerunt Filium Patri non ſolùm ſubſtantiâ, ſed etiam voluntate omninò eſſe diſſimilem; 161

quæ

quæ narrant Socrates & Sozomenus.

365 Liberii XIV. Valentiniani I. celebrant Semiariani, Lampſaci in Helleſponto Concilium contra Arianos, ſed ita, ut licèt Filium ſimilem Patri faterentur, Arianum dogma impugnaturi; nequaquam tamen Conſubſtantialem Patri profiterentur, ne Confeſſionem Nicęnam viderentur recipere. Fidei tamen formulam verſuti homines ita compegerunt, ut Liberius ipſe deceptus, eorum Legatos in communionem receperit. Socrates lib. 4. cap. 2.

366 Liberii XV. Valentiniani, & Valentis III. celebratum eſt in Caira, à 34. Epiſcopis Aſianis, ſectâ Macedonianis conciliabulum, in quo rejecto *Conſubſtantialis* vocabulo, formula fidei Antiochiæ & Seleuciæ edita, approbata fuit. Ex Sozomeno.

366 Liberii XV. Valentiniani, & Valentis III. Valens, & Urſacius Arianæ hæreſeos obſtinatiſſimi defenſores, unà cum aliis ejuſdem perfidię collegis, Singeduni in Myſia conciliabulum habuere, ut Semiarianos ad ſe traherent, quod tamen obtinere non valuerunt. Ex Bar.

383 Damasi XVII. Theodoſii IV. convocatam eſſe ab Imperatore Synodum, referunt Socrates, & Sozomenus, qui Scriptores, cum ſectâ fuerint Novatiani, in pluribus quæ referunt, ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantibus, cautè omninò legendi: plura enim in ſuæ ſectæ laudem cumularunt; quapropter, quæ de hac Synodo Conſtantinopoli acta referunt, inſubſiſtentia eſſe comprobantur: quod plures evincunt rationes. Et quidem illegitimum fuiſſe hoc concilium (quamvis in eo approbata fuerit Conſubſtantialitas Filii cũ Patre) ex eo patet, quòd in ea Synodo, in quâ fortiores hæreſum propugnatores audiendi erant, nępe Demophilus Arianus, Eunomius Eunomianorum coriphęus, Eleuſius Macedonianus, Agelius Novatianus, vocati haud quaquam fuerunt à Theodoſio Chatolici Epiſcopi, quorum judicio & prudentia poſſent cauſæ adducendæ definiri. Reliqua, quæ in hac Synodo geſta ſunt ab Imperatore juxta Agelii Novatiani mentem referunt Socrates, & Sozomenus præcitati.

Siricii II. Valentini II. Cum Ithacius Epiſcopus, hæreticorum Priſcillianiſtarum necem procuraſſet, eaque de cauſâ plures Epiſcopi ab Ithacii communione, tanquam ſanguinario abſtinerent, eundemque condemnarent, protectione Imperatoris fretus Ithacius, Trevirenſem Synodum, ab Epiſcopis ſuæ factionis congregari curavit; in quo conciliabulo tanquam innocens, à nocentibus abſolutionem obtinuit. 386

Siricii VII. Valentiniani Secundi 15. Angari, ſive Ancyræ à Novatianis celebratur concilium, in quo canonem conſtituunt, declarantes, licere cuilibet, abſque diſpendio chatolicę veritatis, Paſcha celebrare die quâ vellet. Ex Bar. 391

Siricii X. Theodoſii XVI. Maximianiſtæ conveniunt in concilio Cavernenſi propè Carthaginem, numero 53. pro cauſa, de qua agitur in Concilio Bagajenſi. 394

Siricii IV. Theodoſii XVI. iterum congregantur Maximianiſtæ Cebarſuti, numero 100. circiter, pro eadem cauſa, de quâ in antecedenti. 394

Siricii IV. Theodoſii XVI. ut refert S. Auguſtinus contrà Creſconium, celebratum eſt à Donatiſtis in Numidia generale Concilium, Bagajenſe dictum, in quo convenerunt 310. Epiſcopi, in cauſa Primiani, & Maximiani: coactum autem fuit hoc conciliabulum ab ipſo Primiano Donatiſta, Carthaginenſi Pſeudo-epiſcopo, qui Maximianum ejuſdem Civitatis Epiſcopum electum, licèt abſentem damnavit. Acta hujus Synodi, à Concilio Carthaginenſi legitimè congregato, irrita declarata fuerunt, & inſubſiſtentia. 394

Innocentii II. Arcadii IX. Theophilus Alexandrinus Antiſtes, cum 36. ſuæ factionis Epiſcopis, congregatur Chalcedone, loco ad Quercum dicto, inſtigante Eudoxia, ad condemnationem contra S. Joannem 403

Chry-

Chryſoſtomum promulgandam. Hæc Palladius.

404 Innocentii III. Arcadii IV. Jubente Eudoxia, quæ muliebri furore in Joannem Chryſoſtomum eſferuebat, eo quòd S. Epiſcopus ludos ſeculares, ab Eudoxia reſtitutos, jam Conſtantini Magni religione neglectos, non ſinè dedecore Chriſtiani nominis reviviſcentes, improbaret, congregatur Coſtantinopoli conciliabulum Epiſcoporum Orientalium, qui, ut furenti Imperatrici Eudoxiæ adularentur, fictis contra S. Præſulem criminationibus, eundem condemnarunt, conſentiente ad inſtantiam Eudoxiæ, injuſtæ condemnationi Arcadio. Potiſſima ex criminationibus objecta Joanni Chryſoſtomo fuit, quòd contra Canonem Concilii Antiocheni, in Encæniis celebrati anno 341. regreſſus eſſet ad reginen Eccleſiæ, à quo fuerat per Epiſcopos abſolutus. Sed contra Concilium citatum, & ejus Canones, ſtatim ſteterunt Epiſcopi, qui ſanioris erant mentis, in favorem Joannis, aſſerentes nullius eſſe roboris, conciliabuli Antiocheni Canones, utpotè ab Epiſcopis, hæreticali labe contaminatis, conſtitutos: nihilominus prævalente vi & furore, rationi & juſtitiæ, Joannes fuit ab urbe exire compulſus, unà cum ſibi adhærentibus Epiſcopis, numero 40. quæ omnia narrat ipſe Chryſoſtomus, Epiſtola ad Innocentium, & Palladius in vita Chryſoſtomi fuſiùs pertractat.

414 Innocentii XIII. Honorii XX. Cum Imperator legem promulgaſſet contra Donatiſtas, per quam infames, hæreditatis incapaces declarabantur, Donatiſtæ Epiſcopi, Carthagine numero 30. congregati, decreverunt Imperiales pœnas, voluntaria morte præveniendas, quod & plures ex ipſis præſtiterunt. Hoc advertens Dulcitius, Imperialis legis executor, S. Auguſtinum conſuluit, quid agendum: qui reſpondit: Præſtare, ut per mortem, etiam voluntariam paucorum, plures ſalvarentur. S. Aug. lib. 1. contra Gaudentium.

Cœlestini VIII. Theodoſii XXIV. Epheſi actum eſt conciliabulum, à Joanne Patriarcha Antiocheno, qui ægrè ferens Neſtorium amicum ſuum, ab Epheſinis Patribus retuliſſe damnationem, adjuvante Claudiano Comite, Neſtorii fautore, collectis paucis Neſtorianæ factionis Epiſcopis, auſus eſt condemnare Cyrillum, & contra Epheſinos Patres blaterare; quæ omnia in actibus Epheſinis deſcribuntur. 431

Leonis X. Theodoſii Secundi XLII. Dioſcorus Alexandriæ concito Concilio 90. Epiſcoporum, audet in Romanum Pontificem ſententiam excommunicationis proferre: ſed ſoli decem lacrymantes, & inviti ſententiam chirographo ſuo obſignarunt. Ex Liberato in Brev. cap. 12. 449

Leonis X. Theodoſii Secundi XLII. Epheſi habita eſt Synodus pro Eutychetis cauſà diſcutienda; ad quam Leo Pontifex ſuos deſtinaverat Legatos: quo non obſtante, non Synodus, ſed Pſeudo-ſynodus facta eſt; quandoquidem in ea, non Legati Pontificii, ſed Dioſcorus, auctoritate Imperiali præfuit, & interfuere Epiſcopi 128. Quæ vero ibidem pravè geſta fuerunt, quoad Eutychetis abſolutionem, Anatolii in Epiſcopum Conſtantinopolitanum intruſionem, & plura alia, fuſiùs pertractata inveniuntur in actibus Synodi Chalcedonenſis, in qua iſtius Epheſini conventus cuncta geſta, retractata fuere, & condemnata. Peſſimè habiti ſunt Apoſtolicæ Sedis Legati, qui præfati conventiculi impietatibus ſe oppoſuerunt, & dicta Synodus, jure fuit *Prædatoria* nuncupata. 449

Simplicii IV. Leonis XIV. quidam Pſeudo-monachus, ſolii Antiocheni invaſor, cum Epiſcopis Apollinariſtis Synodum habuit, in qua additionem illam hymni Triſagii *Qui crucifixus eſt pro nobis*, innovavit. Ex Labbe. 470

Simplicii VIII. Leonis Secundi I. Petrus Mogus, Eluri ſucceſſor, Alexandriæ convocato conciliabulo 475

S. Chalcedonenſem Synodum ana-
thematate notat, adiutore Accacio,
quod jam prȩſtiterat in alio concilia-
bulo Timotheus Elurus.

484 Felicis Tertii II. Zenonis Im-
peratoris II. Petrus Fullo, Alexan-
driæ convocata Synodo, Xenajam vi-
rum perditum, Hierapolis Epiſco-
pum deſſignat.

512 Symmachi XIV. Anaſtaſii Im-
peratoris XXII. convocatur Anthio-
chiæ Synodus prædatoria, in qua
Flavianus legitimus Epiſcopus à Se-
de eiicitur, & Severus Acephalus ſub-
ſtituitur, Synodo Chalced. anathema-
te notata. Ex Labbe Tom. 4.

515 Hormsidæ II. Anaſtaſii XXV.
Cum Imperator Timotheum Co-
lon hæreticum, in ſolio Conſtantino-
pol. Eccleſiæ conſtituiſſet, utpote ſibi
adhȩrentem, is congregata Synodo,
contra Chalcedonenſe Concilium
calcitravit. Ex Labbe Tom. 4.

540 Vigilii I. Juſtiniani XIV. Se-
ducto Imperatore ab hæreticis Ju-
liani Hilicarnaſſei ſautoribus, hære-
tica Synodus Conſtantinopoli con-
gregatur ad tutandum errorem, &
ablegandum celebrem Eutychium,
fidei Orthodoxæ defenſorem, ſuſ-
fecto pro Eutychio in Eccleſia Con-
ſtantinopolit. Joanne Scholaſtico, qui
impietati hæreticali adſtipulabatur.

587 Pelagii Secundi X. Mauritii
Imperatoris V. Joannes dictus *Jeju-
nator*, inſignis hyppocrita, ad Conſtan-
tinopoli Sedem evectus, Patriarchȩ
Œcumenici titulum ambiens, Con-
cilium convocat ſub prȩtextu deci-
dendæ cauſæ Gregorii Anthiocheni,
falsò accuſati ab Orientis Prȩfecto.
Scopus tamen coactȩ Synodi, fuit
præfati tituli Patriarchalis ambitio.
Quapropter Pelagius Romanus Pon-
tifex, cuncta hujus Synodi geſta,
præter ſententiam pro Gregorio la-
tam, abrogavit.

593 Gregorii Magni IV. Mauritii
XI., juſſu Gregorii celebratur Nu-
midiæ in Africa Concilium. Sed
cum comperiſſet Pontifex, in ea Sy-
nodo aliqua contra Eccleſiaſticos Ca-
nones fuiſſe ſtatuta, idem Conci-
lium nullum eſſe declaravit, ut con-
ſtat ex ejuſdem Gregorii Epiſtolis.

Honorii V. Heraclii XXI. Ser- 630
gius Conſtantinopoli hæretica inſti-
tutà Synodo, unam voluntatem, &
operationem in Chriſto eſſe impiè
docuit. Ex Bar. ann. 630. Hanc ſen-
tentiam de una in Chriſto voluntate,
Heraclius Imperator publico vulga-
vit edicto, *Ecthesis* nuncupato, quod
nomen Græcum idem ſignificat, ac
fidei expoſitio; hocque prȩſtitit Im-
perator, ſuadente Sergio Monothe-
liſmi ſautore, cui ſtatim reſtitit So-
phronius Jeroſolymitanus Antiſtes
Orthodoxus; quod cum moleſtè ferret
Sergius, ſcriptis ad Honorium Roma-
num Pontificem contra Sophronium
literis, ſcripſit & Sophronius ad Ho-
norium contra Sergium, virum ſpe-
cie tenus bonum, ſed hȩreſis veneno
infectum. Honorius receptis conten-
dentium, Sergii ſcilicet & Sophronii
Epiſtolis, cenſuit pro bono pacis ad
eoſdem reſcribendum, ut ab unius, vel
geminæ voluntatis vocabulo abſtine-
rent, donec in univerſali Synodo
quȩſtio ab Eccleſia definiretur. Sed
Sergius conventionis leges tranſgre-
diens, unam tantùm in Chriſto vo-
luntatem, ex ſententià Romani Pon-
tificis, ſed perperam, ſtatim prȩ-
dicavit. Ex quo orta eſt quȩſtio val-
dè celebris, an Honorius Pontifex
fuerit Monothelita, & ut talis à Con-
cilio Conſtantinopolitano ſeptimo
ſub Agathone damnatus: de qua
quȩſtione agimus infrà, ubi de con-
troverſiis.

Honorii V. Heraclii XXI. Cum 630
Sergius, abſente Imperatore in prȩ-
cedenti Synodo Monotheliſmum ſan-
xiſſet, in novo Synedrio, prȩſente
Imperatore confirmavit. Labbe to. 5.

Honorii VII. Heraclii XXIII. 633
Alexandriæ, à Cyro illius Civitatis
Epiſcopo colligitur Synodus, in qua
Cyrus Monotheliſmo viam aperuit,
eo ſimulato prȩtextu, quòd hæreti-
cos omnes, in Ægypto degentes, Ec-
cleſiæ unire facilè poſſet, ſi in
Chriſto tantùm *Dei virilis voluntai
& operatio* diceretur. Cyro adver-

ſatus eſt ſtatim Sophronius Jeroſolymorum Antiſtes. Synodale decretum, à Cyro promulgatum, *Satisfactio* fuit inſcriptum, in quo novem capita continentur, quibus non quidem apertè, ſed doloſè, & latenter Monothelismus profitetur. Ex Bar.

639 SEVERINI I. Heraclii XXX. Præſide Sergio, Conſtantinopoli Epiſcopo, ibidem in conciliabulo confirmatur impia Ecthesis, quam Severinus Pontifex, unà cum univerſo Clero Romano ſtatim eſt deteſtatus, & anathemate damnavit. Ex Bar.

685 JOANNIS Quinti I. Juſtiniani junioris I. inſtigante Ebroino præpotente in aula, à Theodorico Galliarum Rege convocatur Synodus, dicta *Tyrannica*, cujus ſcopus fuit ultionem ſumere de Epiſcopis, qui Ebroino omni jure ſe oppoſuerant, tempore Childerici Regis. Ultionem optatam fecit Ebroinus, abdicatione ab Epiſcopatu, exilio, & nece diverſorum Prelatorum: quæ omnia narrat Sigebertus in Chronic.

692 SERGII anno V. Juſtiniani junioris VIII. Præſide Callinico Conſtantinopoli Epiſcopo, celebratum eſt conciliabulum, quod juſtè dictum eſt à majoribus *Erratica Synodus*, in qua 103. canones ſanciti ſunt. Dicta eſt etiam Synodus Quiniſexta, quaſi ſuppletiva quintæ, & ſextæ Synodi Œcumenicæ, quarum ſexta decem annos, quinta verò, centum quadraginta circiter annos à celebratione hujus erraticæ Synodi fuerant concluſæ. Sed ſi neceſſitas poſtulabat congregandi Concilium, & promulgandi canones, ad quid eoſdem promulgare ſub nomine Conciliorum antecedentium, quaſi præterita Concilia Œcumenica, quintum ſcilicet & ſextum fuiſſent imperfecta? quaſi Patres legitimè in quinta, & ſexta Synodo congregati, ſatis luminis & aſſiſtentiæ ſupernæ non habuiſſent, ut, quæ tunc temporis opus erant pro Eccleſiaſtica diſciplina ſtabilienda, definirent; quaſi plus luminis, ſcientiæ, & ſufficientiæ habuiſſent Patres in erratica, & ſpuria Synodo congregati, quàm qui in nomine Chriſti, conſentiente ſcilicet Chriſti Vicario, in quinta, & ſexta Synodo convenerant; quaſi Spiritus ſanctus, Patribus in quinta, & ſexta Synodo congregatis, plenaria illuſtratione non adſtitiſſet, & abundantiam luminis ſolùm in Synodo Quiniſextà diſperſiſſet. Quis fatuitatem Patrum in hac Synodo congregatorum non diſcernat? Nihilominus non adeo fuerunt obcæcati, quin tantulum luminis ipſis ſupereſſet, quo diſcernerent ſuorum Canonum inſubſiſtentiam, niſi accederet approbatio Romani Pontificis. Itaque apud Juſtinianum egerunt, ut eoſdem canones confirmandos mitteret Romam ad Sergium Papam, quod & peractum eſt. Sed Romanus Pontifex conſtantiſſimè renuit confirmare canones, quos conventiculum ſatanæ promulgaverat; imò reiiciendos eſſe decrevit, quod & præſtiterunt Sergii in Cathedrà Romana Succeſſores, qui ſemper Quiniſextam Synodum, cum ſuis 103. canonibus ſunt averſati; quorum plures erant traditionibus SS. Patrum, & Conciliorum legitimorum decretis contrarii. De hac Synodo agit Anaſtaſius Bibliothecarius.

SERGII XI. Tiberii Abſim. II. 698
Aquilejæ contra quintam Synodum habitum eſt conciliabulum ad illam reſpuendam, eo quòd damnationem trium Capitulorum, in quintà Synodo factam, in odium Chalcedonenſis Concilii contigiſſe, Epiſcopi Aquilejæ congregati arbitrarentur. Ex Beda lib. de ſex ætat.

CONSTANTINI Papæ IV. Phi- 711
lippici I. congregatur Conſtantinopoli Synedrium, ad renovandam Monothelitanam hæreſim, Cyro ab Epiſcopatu rejecto, & Joanne ſuffecto.

CONSTANTINI Papæ V. Phi- 712
lippici II. Joannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Monothelitarum anteſignanus, conciliabulum indixit, in quo, convenientibus Orientalibus Epiſcopis damnata fuit ſexta Synodus Œcumenica.

CONSTANTINI Papæ VII. Ana- 714

ſtaſii

Digitized by Google

ſtaſii Secundi Imperatoris II. refe-
runt aliqui celebratam fuiſſe Londi-
ni in Anglia Synodum, in qua fuerit
promulgatum decretum de cultu ſa-
crarum Imaginum: ſed ad quid opus
hoc promulgare decretum, quan-
doquidem conſtat in toto Regno An-
glico, imo in toto Orbe Catholico
tunc temporis viguiſſe cultum ſa-
crarum Imaginum, qui jam tempori-
bus Apoſtolorum fuerat ſine contro-
verſia receptus; quapropter cum pro-
babiliori ſententia, hanc Synodum
credimus purum fuiſſe Iconoclaſta-
rum figmentum.

725 Gregorii Secundi XII. Leo-
nis Iſauri IX. Imperator nefandam
contra ſacras Imagines inſtituit Sy-
nodum ſuo in palatio, quo audito
Germanus, Orthodoxus Antiſtes urbis
Conſtantinopoli, depoſito humerali,
ſtatim à Synedrio diſceſſit: ex quo irà
excandeſcens Imperator, domi ſuæ
eum concluſit, & paulò poſt laqueo
ſuffocari mandavit, intruſo in Epiſco-
patu impio Anaſtaſio. Ex Bar.

754 Stephani Tertii anno III. Con-
ſtantini Copronymi XIV. intimatur
ab Imperatore Iconoclaſta Conſtan-
tinopoli conciliabulum, dictum ab
hæreticis Concilium ſeptimum Œcu-
menicum, celebratum in Templo S.
Dei Genitricis ad Blachernas, inter-
ventu 338. Epiſcoporum, qui om-
nes eadem hæreticali labe erant in-
fecti. Ad ſex menſes protractum fuit
conciliabulum, in quo impius Impe-
rator, propria auctoritate in Antiſti-
tem Conſtantinopoli impium elegit
virum, nomine Conſtantinum. Poſt-
modùm decretum eſt, ut ſacræ Ima-
gines idola, & earundem venerato-
res Idololatre nuncuparentur. Nulla-
tenus Sanctos nobis prodeſſe, nemi-
nem, ipſos etiam Apoſtolos, poſſe San-
ctum nuncupari; & plures additi
anathematiſmi in Orthodoxos. Dam-
natum poſtmodùm fuit hoc concilia-
bulum à Stephano Papa, à Patriar-
chis Orientalibus, itemque in ſepti-
ma Synodo Nicæna reprobatum.

759 Pauli Primi III. Conſtantini
Copron. XIX. actum eſt in Germa-
nià conciliabulum contra S. Othma-
num, S. Galli Abbatem, in quo falſi
criminis inſimulatus fuit Abbas ſan-
ctiſſimus, damnatus, & ignominio-
sè expulſus, inſtigantibus aliquibus
Alemanniæ Miniſtris, qui illius Ec-
cleſiæ bonis inhiaverant: quæ tradit
Strabo in rebus geſtis S. Othmani.

Leonis Tertii anno XI. Nice- 806
phori V. juſſu Imperatoris celebrata
eſt Conſtantinopoli Pſeudo-ſynodus,
paucorum tamen interventu Epiſco-
rum, quæ dicta eſt *Synodus adulte-
rantium*, ex eo quòd Epiſcopi in hac
Synodo congregati, comprobaverint
adulterium Conſtantini. Diſſerit de
hac Synodo Theodorus Studita in
Epiſt.

Leonis Tertii XIV. Nicepho- 809
ri VIII. Conſtantinopoli indicitur
conciliabulum, in cauſa cujuſdam Jo-
ſephi Sacerdotis, quem Tharaſius
Sacerdotio amoverat. Quamvis verò
aliqui hanc Synodum ab illa, de qua
actum anno ſuperiori, ſcilicet 806.
diſtinguant, eandem tamen proba-
biliùs fuiſſe creditur, in qua & Joſe-
phi cauſa diſcuſſa, & de Conſtantini
adulterio actum eſſe, colligitur ex
Epiſt. Theodori Studitæ ad Leonem.

Leonis Tertii XIV. Nicephori 809
VIII. præcipiente Imperatore, con-
vocatur in urbe Conſtantinopoli Sy-
nedrium, in quo unà cum Epiſcopis,
conſederunt & Magiſtratus: iterum
decretum, ut conjugium Conſtantini
cum Theodote, adhuc vivente le-
gitimà priori conjuge, dici deberet
ex diſpenſatione legitimum: itidem
ſancitum, leges Eccleſiaſticas nihil
poſſe adversùs Reges; unumquem-
que Epiſcopum diſpenſare poſſe in
ſacros Canones: itidem expulſi plu-
res Epiſcopi, & viri pietate eximii,
eo quòd hujus conciliabuli decretis
ſubſcribere fortiter recuſaverint; in-
ter quos Theodorus ipſe, præſen-
tium calamitatum ſcriptor recenſe-
tur, qui vocat hoc conciliabulum
Mœchoſynodum, & Mœchianos ipſi
adhærentes, quippe qui mœchiam
Imperatoris approbaverant.

Leonis Tertii X. Leonis Arme- 814

ni I. jubente Imperatore Iconoclaſta convocatur Synodus, ad quam concurrunt ferè omnes hæretici, & pauci ex Catholicis, ut hæreticos redarguerent. Confirmata eſt impia Synodus, habita in cauſa ſacrarum Imaginum ſub Conſtantino Copronymo, ejus imperii anno 14. & reprobatur Orthodoxa poſterior ſeptima Nicęna Synodus Œcumenica, in qua prior, ineptè dicta ab hæreticis *ſeptima*, omnium Patrum conſenſu damnata. Pręfuit huic Pſeudo-ſynodo *Theodorus Meliſſenus* dictus *Caſſiterra*, homo vitiis & luxuriis immerſus, ad Patriarchium Conſtantinopolitanum ab Imperatore, ęquè vitiis coinquinato aſſumptus: quę omnia pertractantur à Michaele Studita, in vita Theodori.

829 Gregorii Quarti II. Michaelis Balbi IX. Joannes Epiſcopus Conſtantinopoli, & Iconoclaſta, impiam in Blachernis Synodum congregat, in qua adoratores ſacrarum Imaginum anathemate confixit.

846 Sergii Secundi III. Michaelis Tertii V. Nomenojus Britonum Princeps, expulſis 4. Britannię Epiſcopis, propria auctoritate præfatos quatuor Epiſcopatus in ſeptem diviſit, & Archiepiſcopum pręfecit, quibus in Synodo congregatis, voluit in Regem inungi.

852 Leonis Quarti VI. Michaelis II. Habdarahgmam Saracenorum Rex, Pſeudo-ſynodum omnium regni ſui Antiſtitum cōvocat, in quo decretum eſt eos, qui non quæſiti, ſeſe morti ultrò pro fidei confeſſione offerrent, non eſſe inter Martyres computandos; contra quod decretum ſcripſit Eulogius *Apologeticum, & memoriale Sanctorum*.

858 Nicolai Primi I. Michaelis Tertii XVII. auctoritate Bardę Patritii, qui Ignatium Patriarcham, criminum vindicem juxta Eccleſiaſticos Canones ferre non poterat, congregatur Conſtantinopoli Pſeudo-ſynodus, quæ exturbato Ignatio Sanctiſſimo Epiſcopo, Photium Eunuchum, & laicum indignè ſuffecit. Ex Niceta.

859 Nicolai II. Michaelis XVIII. Photius, Thronum Patriarchale, quod injuſtè aſſumpſerat, ut firmiùs poſſideret, congregato malignantium conventiculo in Blachernis, præſente Ignatio legitimo Epiſcopo, ipſum deponit; & Pręſules, qui pravis ſuis nutibus ſubſcribere detrectabant, multis malis affecit, in inſulam Mitylenem relegato Ignatio, quem & in alia Synodo, licèt abſentem, & jam relegatum, anathemate damnat, factus accuſator & Judex. Ex Bar. anno 859. 860.

Nicolai IV. Michaelis XX. celebratum eſt Conſtantinopoli conciliabulum in Eccleſia SS. Apoſtolorum à Photio, cui interfuit Imperator tanquam Judex. Numero Epiſcoporum, non impar Œcumenicis fuit hoc conciliabulum, cui compulſi etiam intereſſe S. Sedis Legati Rodolphus & Zacharias, qui calamitatibus victi, per vim & metum prębuere conſenſum ad exauctorandum Ignatium, legitimum Patriarcham, & confirmandum Photium intruſum. *Synodum latrocinalem* hanc vocat Nicolaus Pontifex, ad Imperatorem ſcribens, temerè dictam à Photio, ejuſque ſectatoribus octavam Œcumenicam. Meditatus erat Photius opus, quod *Nomocanonem* inſcripſit, cui poſt hanc Synodum attexuit alios Canones, numero ſeptemdecim. Hujus conciliabuli acta paucos poſt annos Romę, & Conſtantinopoli combuſta fuerunt. 861

Nicolai VI. Michaelis XXII. Photius in urbe Conſtantinopoli conciliabulum collegit, præſide Imperatore, in quo producens falſa crimina adversùs Romanum Pontificem, & anathematis ſententiam in eum proferens, hac de re libellum compoſuit, in quo mille circiter ſubſcriptiones, falſarius Patriarcha inſeruit, cum tamen in præfato conciliabulo conſtet, ſolùm Epiſcopos numero viginti unum, Photii impietatis fuiſſe conſortes, cęteris omnibus Epiſcopis reclamantibus, Eccleſiæ caput non poſſe ab inferioribus judicari. Ex Anaſtaſ. Bibliot. 863

Ni-

853 Nicolai VI. Michaelis XXII. congregatur in Gallia Synodus Metenſis, converſa in conciliabulum, quandoquidem Apoſtolicæ Sedis Legati, pecuniâ corrupti, confirmarunt expulſionem Reginæ Theutpergæ, legitimæ uxoris Lotharii, introductâ Waldrade pellice: Ubi etiam diſſoluta eſt ſententia, lata à Sede Apoſtolica in Engeltrudem, libidinoſam Boſonis Comitis uxorem. Hujus Synodi acta, meritò *Proſtibulum* appellatę, à Nicolao Pontifice penitùs reciſa fuerunt in alia Synodo, hac de re in Laterano congregata, ſicut etiam mulctati Antiſtites, qui Metenſi conciliabulo interfuerunt. Herempertus in hiſt. Longobard.

867 Nicolai X. Baſilii I. Photius Synodum congregat, ut anathema inferat, quod & impiè præſtitit, in Romanum Pontificem, a quo juſtiſſimè Photius damnationis ſententiam acceperat: quæ, qua ratione geſta ſint, narrat Nicetas.

869 Hadriani Secundi. II. Baſilii Maced. III. occupat in Galliis Carolus Calvus Regnum, quod jure ſucceſſionis debebatur Ludovico, fratri Lotharii Regis defuncti. Hadrianus Pontifex in hac cauſâ legationem mittit ad Carolum, ut eum ab injuſta occupatione avverteret; ſed nondum pervenerant Legati, cum Carolus collecto Metis conciliabulo, conſentientibus Gallicanis Epiſcopis, Regis adulatoribus, coronam Regni capiti ſuo impoſuit. Ex Annal. Franc.

871 Hadriani Secundi. IV. Baſilii Imperatoris V. celebratum eſt apud Duziacum in Provincia Rhemenſi, ab Hincmaro Archiepiſcopo cōciliabulum, in quo Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus, falſis accuſationibus à patruo ſuo Hincmaro Rhemenſi gravatus, injuſtè condemnatur, deponitur, pœnis etiam vinculorum, carceris, imò & excæcationis affligitur, non obſtante appellatione ab Epiſcopo Laudunenſi facta ad Apoſtolicam Sedem: ita ut meritò hæc Synodus, in qua adeò immaniter Patruus ſęviit in Nepotem, *Synodus graſſatoria* poſtmodùm fuerit nuncupata. Ex Bar.

Joannis Octavi. VII. Baſilii 839
XIII. habita eſt Photiana Synodus, quam Photius, qui in octava Œcumenica Synodo legitimè fuerat depoſitus, mille verſutiis congregavit, accerſitis etiam Legatis Apoſtolicis, poſt deceptum Joannem Pontificem, qui tunc præſentibus Eccleſiæ calamitatibus ut conſuleret, arbitratus eſt expedire Photium ad communionem recipere, & Legatos concedere, qui Synodo præeſſent Conſtantinopoli, qui tamen non præeſſe, ſed ſolùm intereſſe permiſſi fuerunt, falſatis etiam Pontificis epiſtolis. Quapropter non Concilium, ſed conciliabulum actum eſt, perperam octavum Œcumenicum à Schiſmaticis nuncupatum, quod in ipſius Romani Pontificis ceſſit opprobrium, multorum malorum Eccleſiæ feraciſſimum, cujus acta Græcè ſcripta, in Vaticanâ aſſervantur: Deditque hoc conciliabulum anſam hæreticis, ut fabellam de Joanna Papiſſa confuerent, quia Joannes Papa contra Photium Eunuchum, ſeſe non oppoſuit, quemadmodùm utilitèr prædeceſſores Pontifices egerant. Abrogata eſt in hac Pſeudo-ſynodo octava Œcumenica Synodus.

Stephani Sexti. I. Leonis 897
Sexti XII. Acta hujus Romanæ Pſeudo-ſynodi, in cauſa Formoſi celebratæ, referuntur in Concilio Romano, habito ſub Joanne IX.

Martini Papæ II. Conſtantini 944
Octavi XXXIII. in conciliabulo Conſtantinopolitano Tryphon Patriarcha doloſè deponitur, & in ejus locum Theophilactus, Imperatoris filius ſubſtituitur. Narrat rem geſtam Curopalates.

Joannis Duodecimi VIII. Ni- 963
cephori Phocas I. Otho Imperator Occidentis, in Romanam Sedem infenſus, milite ſtipatus, jubet ab Epiſcopis apud S. Petrum Romæ celebrari concilium, ad quod præter Italos Præſules, convenere etiam non-

nulli

nulli ex Germania. In hoc Concilio depoſitur Joannes abſens, & Leo intruditur favore ipſius Othonis, cui adulabantur Epiſcopi. Abrogata fuerunt anno ſequenti acta hujus Pſeudo-ſynodi, quæ uberiùs narrat Sigebertus.

964 JOANNIS Duodecimi IX. Niceph. Phocas II. Leo, licèt Antipapa, à pluribus tamquam legitimus Pontifex recognitus, celebrat in Eccleſia Lateranenſi conciliabulum, in quo, ut ſe gratum exhiberet ſuo Protectori Othoni, Canonem promulgavit, quo facultatem fecit Othoni, ejuſque Succeſſoribus, eligendi Romanos Pontifices, & aliis Epiſcopis inveſtituras tribuendi. Quæ conſtitutio à Pſeudo-pontifice promulgata, incòſideratè nimis fertur apud Gratianum Diſt. 63. c. 23. iſta tractantem: ſed tamen falsò id ſcripſiſſe Sigebertum, atque inde deceptum Gratianum, multorum, cum Baronio, ſententia eſt.

992 JOANNIS Decimi Quinti VII. Baſilii, & Conſt. Imperatorum. XIII. Celebrata eſt apud Rhemos in Galliis Pſeudo-ſynodus, adversùs Ataulphum Rhemenſem Archiepiſcopum, quo depoſito, electus fuit Gerbertus, qui hujus conciliabuli acta deſcribit, ſinè Pontificis conſenſu congregati, meritò abrogati à ſequenti Synodo Rhemenſi, intervenientibus Apoſtolicæ Sedis Legatis coactà. Plura de hac Pſeudo-ſynodo videre eſt apud Baronium.

1046 GREGORII Sexti II. Conſtantini Monomach. IV. Henricus Germaniæ Rex Papiæ primùm, deindè apud Sutriam convocat conciliabulum, in quo temerè cauſam inſtituens contra Pontificem, falſis accuſationibus à malevolis impetitum, eundem deponit, & Sindigerum Saxonem, Bambergenſem Epiſcopum, ad Papatum ſublimari voluit, ſub nomine Clementis II. (qui tamen, quoniam Gregorius abdicavit, inter Papas legitimos numeratur.) quæ narrant Hermannus, Otho Friſingenſis, & alii.

ALEXANDRI Secundi. I. Conſtantini Ducas II. mortuo Nicolao II., oritur inter Romanos proceres diſſenſio pro Succeſſoris electione; in qua cauſa, convocat Rex Longobardus Baſileæ omnes Italiæ Epiſcopos, qui ſtatuerunt, aliundè eligendum non eſſe Romanum Epiſcopum, quàm ex Longobardorum natione, & in eodem conciliabulo Epiſcopi congregati, ferè omnes ſimoniaci, incontinentes, & facinoroſi audent condemnare Nicolaum Pontificem, & omnia reſcindere, quæ fuerant ab eo ſanctiſſimè geſta. 1061

ALEXANDRI Secundi XII. Michaelis Septimi II. Sigebertus Moguntinus Archiepiſcopus, Rege ſuadente, ſpe lucri animatus, in Erphisfurd conciliabulum indixit, in cauſa decimationum Thuringiæ, quas Rex, ut ſuis expleret voluptatibus, injuſtè contendebat. Labbe Tom. 9. 1073

GREGORII Septimi. IV. Michaelis Ducas V. Henricus Rex, Apoſtolico anathemate à Pontifice percuſſus, irà excandeſcens, Wormatiæ omnes Regni ſui Epiſcopos, & Abbates convocat, in quo congreſſu promulgatur ſententia, quòd Gregorius nec eſſet, nec fuiſſet Pontifex, quippe qui plurimis vitam probris commaculaſſet: ſed huic infami ſententiæ viriliter plures ex convocatis ſe oppoſuerunt. De hoc conciliabulo vide Spond. 1076

GREGORII Septimi III. Michaelis Septimi V. cum Romanus Pontifex anathema in Regem Henricum, eique adhærentes in Romana Synodo protuliſſet, convenerunt Papiæ Epiſcopi ſchiſmatici, Henrici fautores, & idem anathema in Romanum Pontificem auſi ſunt retorquere. In annal. Spond. 1076

GREGORII Septimi VII. Nicephori Botoniates III. ope Henrici, dignis de cauſis à Pontifice excommunicati, convocatur conciliabulum Brixienſe, quod primùm Moguntiæ fuerat indictum. Convenere igitur Brixiæ triginta Epiſcopi, qui temerario auſu in Gregorium Papam ſen- 1080

ten-

tentiam depoſitionis pronunciarunt, & Guibertum in Antipapam elegerunt. Narrat hæc S. Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, qui pro Gregorio vero Pontifice Apologeticum ſcripſit.

1085 Gregorrii Septimi XI. Alexii Comneni V. Epiſcopi, Guiberti Antipapæ fautores, in Synodo Quintilinburgenſi damnati, Moguntiæ conveniunt, unà cum Legatis Antipapæ Guiberti, & depoſitionem Gregorii, Guiberti verò ordinationem confirmant: Ex Sigeberto in Chron.

1086 Gregorii Septimi XII. Alexii Comneni VI. Wibertus, qui ſub Clementis nomine Antipapam agebat, Ravennam regreſſus cum Cardinalibus, & Epiſcopis ſchiſmaticis, in Æde Urſiana conventum habuit, in quo Ravēnatenſis Eccleſiæ privilegia confirmat, edito diplomate, quod refert Rubeus lib. 5. hiſt. Ravenn.

1095 Urbani Secundi VIII. Alexii Comneni XV. Guillelmus Rex Angliæ, S. Anſelmo Cantuarienſi infenſus, convocat apud Caſtrum Rothingehum, conciliabulnm contra Urbanum Secundum verum Pontificem, cui S. Anſelmus adhęrebat.

1098 Urbani Secundi XI. Alexii Comn. XVIII. ſchiſmatici Guiberto adhęrentes, quorum ingens Romæ erat numerus, ibidem congregantur, & Synodalem Epiſtolam conſuunt, pluribus ſcatentem mendaciis, maximè contra Gregorium Septimum. Ex Bar.

1101 Paschalis Secundi II. Alexii Comneni XX. Petrus Groſulanus ſimoniacè Archiepiſcopatum Mediolani conſecutus, ut in Cathedra ſe ſolidaret, Synodum collegit. Labbe Tom. X.

1130 Innocentii Secundi I. Joannis Comneni XII. Anacletus Antipapa celebrat Romæ conciliabulum, in quo ſolemni ritu excommunicat Innocentium verum Pontificem. Ex Bar.

1160 Alexandri Tertii II. Manuelis Comneni XVIII. indicitur a Friderico Imperatore Germanico Conciliabulum, Papiæ celebrandum in causà Octaviani Pſeudo-pontificis, ab Imperatore protecti contra Alexandrum III. Juſſerat Imperator, ut tam Itali, quàm Theutonici Præſules Papiam convenirent, ſed quinquaginta tantummodò acceſſere, licèt etiam ad Francos, Anglos, Hungarns, & Dacios indictorias literas tranſmiſiſſet. Septem diebus ventilata in hoc Conciliabulo cauſa Alexandri, ab Epiſcopis Friderici adulatoribus; damnatus proinde Alexander, & proclamatus Pontifex, ſub nomine Victoris, Octavianus. Ex Bar.

1164 Alexandri Tertii V. Comneni XXII. Convocat Henricus Rex Angliæ Clarenduni generale totius Regni Concilium, in quo D. Thomas Cantuarienſis, cęterique Epiſcopi compulſi fuerunt jurare, quòd Regias conſuetudines obſervarent, *bona fide* compreſſo verbo contentioſo *ſalvo ordine*. Sed cum D. Thomas poſtmodùm animadverteret, hoc juramentum pernicioſum eſſe immunitati Eccleſiaſticæ, ſtatim nuncium miſit ad Pontificem, pro abſolutione obtinendà, facto interim propoſito abſtinendi à Pontificali miniſterio. Alexander verò acceptis literis mœrentis Archiepiſcopi, & veniam depoſcentis, eundem eſt conſolatus, & à præſtito juramento abſolvit, quæ omnia narrantur in Hiſt. Quadrip. ipſius Archiep. acta omnia complectente.

1164 Alexandri Tertii. V. Manuelis XXII. Norhenſonam convocantur à Rege Anglo Epiſcopi contra S. Thomam, qui ibidem accuſatus, quòd Regias conſuetudines non obſervaſſet, deponitur, ab injuſta depoſitione appellante Archiepiſcopo. Ex vita S. Thom.

1166 Alexandri Tertii. VII. Manuelis XXIV. Principes, & Præſules Herbipoli à Friderico Imperatore convocantur, ad confirmandam Guidonis Antipapæ intruſionem, qui dictus eſt Paſchalis, juramento ab Imperatore, & congreſſu in Papam recognitus. Ex Bar.

1163 Alexandri Tertii VIII. Ma-

nuelis XXV. Chinone in Anglia conveniunt Epiſcopi, ut eludant S. Thomæ Epiſcopi Cantuarienſis, & Regni Primatis decreta. Ex Joann. Sareſber.

1283 Nicolai Tertii. III. ſub initio Imperii Andronici, celebrata eſt Conſtantinopoli Pſeudo-Synodus Præſide Gregorio Patriarcha, contra Joannem Beccum, ejuſque ſocios, qui latinum dogma de Proceſſione Spiritus ſancti profitebantur. In hac Pſeudo-Synodo facta eſt iterata deteſtatio unionis jam ſecutæ in Concilio Lugdunenſi inter Latinos, & Græcos: acta hujus Conciliabuli ſubſcripſerunt Epiſcopi numero 42.

1341 Benedicti Duodecimi. VII. Andronici IX. præſente Imperatore cogitur Synodus in templo S. Sophiæ, in qua Catholica doctrina, quæ Palamicæ Sententiæ contraria erat, damnata eſt. Ex Synopſi concil. Nili ſchiſmat.

1346 Clementis IV. Joannis Paleologi V. In Palatio Cæſareo Præſide Anna Auguſta, & filio adoleſcentulo, ſchiſmatici Epiſcopi, unà cum Lazaro Patriarcha Jeroſolymitano, conveniunt contra Joannem Patriarcham Coſtantinopolitanum, Fidei Catholicæ defenſorem, & nomen ejus è ſacris ejus expungunt, facto decreto, ne quis de cætero illum pro Patriarcha agnoſceret.

1378 Urbani Sexti. I. Fundis in Campania eligitur in Pſeudo-pontificem Robertus, ex Comitibus Gebennenſibus, ſub nomine Clementis VII. ex quo teterrimum ſchiſma ortum habuit, quod ad plures annos Eccleſiam dilaceravit. S. Antoninus tit. 22. cap. 2.

1450 Nicolai Quinti III. Conſtantinopoli in Eccleſia S. Sophiæ, poſt mortem Joannis Paleologi Imperatoris, ſub fratre ejus Conſtantino celebratur à ſchiſmaticis Pſeudo-Synodus, cujus ſeriem, & acta refert Labbe Tom. 13.

1722 Patriarchæ Græci, nempè Jeremias Conſtantinopolitanus, Athanaſius Antiochenus, & Chryſantus Jeroſolymitanus, unà cum duodecim Archiepiſcopis, & Epiſcopis novum conciliabulum congregarunt adversùs Latinos, de quo actum verbo *Græci moderni*, ubi ejuſdem conciliabuli Epiſtolam Synodicam exhibuimus. Poſtmodùm Silveſter Patriarcha Antiochenus, Sedis invaſor, contrà Cyrillum legitimum Præſulem, Synodum habuit, convocatis Epiſcopis Tripoli, Beriti, & Laodiceæ, unà cum multis Presbyteris, Cyrillus autem adhuc ſuperſtes in Monte Libano, quaſi exulare coactus ſe recepit. Contrà Orthodoxos magis, ac magis excandeſcentes hæretici, anno 1726. Menſe Martio noviſſimum conciliabulum Conſtantinopolitanum collegerunt, præſentibus tribus Patriarchis, Conſtantinopolitano, Jeroſolymitano, & Antiocheno, nempè Silveſtro intruſo, unà cum duodecim Epiſcopis.

Ptolomæus, inter Gnoſticos celebris fuit Valentini Hæreſiarchæ diſcipulus; vixit circà medium ſecundi ſeculi, ab Irenæo vocatur Floſculum Valentini. Hic, ut aliquid ſuprà Magiſtrum ſapere oſtenderet, novas etiam ſuis ſectatoribus hæreſes propoſuit. Diſtinxit nomina, & numeros Æonum in perſonales ſubſtantias, ſed extrà Deum determinatas, quas Valentinus in ipsâ ſummâ Divinitate, ut ſenſus, & affectus motus incluſerat. Duas Deo tribuit uxores, intelligentiam, & voluntatem, ex quibus alios Deos generare effutiebat, ſuamque doctrinam, tanquàm traditionem Apoſtolicam propoſuit. Ex S. Epiph. hæreſ. 35. II.

Dixit, Deum impoſſibilia præcepiſſe, nominatìm in indiſſolubili vinculo conjugii. R. Ab ipsâ experientia, quæ nos docet, innumerabiles homines laudabiliter cum ſuâ uxore, à juventute uſque ad decrepitam ſenectutem in continentia maritali convivere; quod non contingeret, ſi continentiæ maritalis obſervantia eſſet impoſſibilis. Tum quia ex vinculo conjugii ſcimus plures utilitates, etiam pro civili conſortio derivare; ubi è converſo data ad

libi-

libitum ſolubilitate, plura incommoda & incongrua turbarent civile conſortium. Quarè autem, & quibus in caſibus Moyſes permiſerit Judæis libellum repudii, videre eſt apud ſacræ Scripturæ Commentatores. Vide verbo *Manichæi Noviſſimi*.

2. Diviſit legem in eam partem, quæ nihil mali habet, quam propriè dicebat eſſe legem, quam Salvator non venit ſolvere, ſed adimplere, qualia ſunt præcepta Decalogi; & in eam, quæ implicata eſt, & mala, qualis eſt, quæ jubet erui oculum pro oculo. R. Nam in nullà parte lex Dei, quæ ſancta eſt, eſſe poteſt mala. Quando autem neceſſe ſit eruere oculum juxtà id, quod legitur in Euangelio: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, &c.* explicant ſacræ Scripturæ Interpretes, oſtendentes in quo ſenſu accipienda ſint præfata Chriſti Domini verba.

3. Legem Moyſi non fuiſſe omnino à Deo dictatam, ſed præcepta humana fuiſſe in eà inſerta. R. Nam conſtat, quòd decem præcepta Decalogi ſunt omnia de jure Divino. Etiam plures Ethnici decem Decalogi præceptis, tanquam Divinam legem continentibus, venerationem profitentur, & de eorum obſervantià gloriantur. Qua ratione à Deo poſſint dici & debeant dictata, inſpirata, atque cum Divinà aſſiſtentià ſcripta, quæ in ſacrà Scripturà continentur, vide Calmet Diſſert. ad Epiſt. 2. Divi Petri, de Librorum Sacrorum inſpiratione; & alios Interpretes ad eundem locum. Ptolomęum Quadritheitarum ſententiæ adhęſiſſe, ſunt etiam qui opinantur.

XII. PUBLICANI. Vide *Patareni*, quos eoſdem fuiſſe non dubitaverim.

XVI. PURITANI. Anno 1565. ponit Genebrardus ortum Puritanorum, nova ſecta in Anglia, de qua Sanderus, in ſuâ viſibili Monarchia; qui tamen non hoc præcipuè tempore invaluiſſe deſſignat: quin potiùs in libro de Schiſmate, ſuſcitatos aſſerit poſt ſententiam Pii Papæ V. contra Eliſabetham Reginam, latam anno 1569. Alii verò anno 1586. ejus ſectæ principium conſtituunt, auctoribus præcipuis *Buttono*, *Colmano*, *Hallingamo*, *Benſono*; alii etiam tardiùs. Verùm, ſi ſecta præſenti anno 1565. nondum nata fuit, haud tamen dubium, quòd tutè concepta eſſet; fuit autem partus ejus pluſquam Herculeus. Dicti verò ſunt *Puritani* (ut idem Sanderus ait) eò quòd cęteris Calviniſtis puriores haberi volentes, recuſarent in illis locis, quæ Catholico ritu aliquando fuiſſent conſecrata, orare, baptizare, aut convenire: quorum unus, Sampſon nomine, cum cujuſdam Eccleſiæ Miniſter eſſet, mille aureorum annuis redditibus carere maluit, quàm cęterorum Calviniſtarum more habitum Clericale geſtare, vel pileo quadrato uti. Puritani, patrocinio freti Comitis Huntingoniæ (optimi Cardinalis Poli, peſſimi pronepotis) ſcriptis & concionibus cęteros Anglo-Calviniſtas exagitare cœperunt, ritus eorum Eccleſiaſticos, & Regiam, ſeu Parlamentariam gubernandi formam, ut impiam, atque ſuperſtitioſam redarguentes. Et quamquam Reginę juſſu mox in cuſtodiam dati fuerint, non paucos tamen ex nobilitate adſtipulatores habuerunt, bonis Eccleſiaſticis eà occaſione inhiantes, pluresque etiam è vulgo, nova ut plurimum ſectante, nudamque ſimplicitatem æſtimante. Et quemadmodum Lutheranis accidiſſe vidimus, quorum alii molles, alii rigidi dicebantur: ita iſti Puritani poſſunt inter Calviniſtas, rigidi nuncupari, alii vero molles, quos etiam aliqui *Parlamentarios*, alii *Calvinopapiſtas* appellare maluerunt. Quod verò ad doctrinam ſpectat, præter Zuinglianos, & Calvinianos errores, quos ſectabantur, hos proprios induxerunt, quòd omnes antiquos Patres reiicerent, non ferentes eos allegari, etiam ad confirmandas ſuas opiniones: Siquidem Eccleſiam ſtatim ab ipſis Apoſtolorum temporibus corruptam fuiſſe dicebant, ne videlicet cogerentur admittere aliquas

traditiones, aut paterentur uſum celebrandi feſtum Paſchæ ſemel in anno, eo quòd (dicebant) Reſurrectio Domini, ſemper debeat verſari in memoriis hominum, quod non aliud erat, quàm omnem Chriſti memoriam de medio tollere. Alia ejuſmodi non pauca abſurda profitebantur, quæ Reſcius de Sect. Euangelic. in unum colligit. Ex quibus etiam intelligas, falſum eſſe quod Calviniani Galli dicunt, Puritanos iſtos, eoſdem eſſe cum ipſis; cujus aſſertionis vanitatem pluribus quoque proſequitur Florimundus, in ejuſdem ſectæ deliriorum deſcriptione.

Anglo-Calviniani à Puritanis, ceteriſque Reformatis differunt, tum in diſciplina, tum in dogmatibus. Epiſcopalem enim ordinem admittunt; non modò ceteris officiis diſtinctum, ſed etiam jure Divino ſuperiorem: Chriſti trophæum, Crucem ſcilicet, non ſolùm honorant, ſed ejus ſignum Sacramentis, & in primis Baptiſmo adhibent: Puritani verò, & reliqua Calviniſtarum natio ſignum Crucis exectantur, & cruces ubique demoliuntur, & frangunt. Anglo-Calviniani quamdam Conſecrationis Epiſcopalis, Confirmationis baptizatorum, Ordinis Presbyterorum ſpeciem habent: quæ omnia reliquum Calvinianum vulgus, velut Papiſticas ſuperſtiones (ut ipſi loquuntur) ſummo conſenſu reiicit. Anglo-Calviniani Epiſcopi ſuos habent Cancellarios, Archidiaconos, Decanos, Cathedrales Eccleſias, in quibus ſunt Canonici, ſeu Præbendarii, qui Matutinas, ac Veſpertinas preces celebrant; ignota & hæc omnia ceteris Calviniſtis. Liturgiam etiam ſuo ritu celebrant diebus ſacris, & in eàdem Litaniam diebus Mercurii, & Veneris recitant, in quà tamen preces ad Dominum dirigunt, excluſa invocatione Sanctorum: & in functionibus ſuis obeundis ſuper pelliceo utuntur. Ad Presbyteratus Ordinem Diaconatus apud illos gradus eſt. Summum Eccleſiæ Anglicanæ Gubernatorem & caput, Regem agnoſcunt; cenſentque ſecundùm Eliſabethæ Reginæ leges, nullum Prælatum extraneum, præcipuè Romanum Pontificem, ullam auctoritatem, juriſdictionem, vel præeminentiam ſpiritualem, ſivè Eccleſiaſticam, intra Regnum Angliæ habere, vel exercere poſſe, ſed omnem juriſdictionem hujuſmodi Regiæ Coronæ unitam arbitrantur. Regem etiam poſſe novas leges condere circa ceremonias, & ritus, cum conſilio Metropolitani, vel Commiſſariorum in cauſis Eccleſiaſticis ſuſtinent, & de hujuſmodi cauſis ſupremo judicio judicare, cum per appellationem ad ejus Tribunal devolutæ ſunt: de ipſis fidei dogmatibus, unà cum illorum conſultationibus deliberare, & de iiſdem edicta promulgare; quamvis nullam ipſi Regi tribuant authoritatem illa pro concione publicè docendi, nec Sacramenta adminiſtrandi, nec cenſuras ferendi. Hæc omnia verbo *Anglo-calviniani* reprobantur.

Ad Puritanos proximè accedunt *Independentes*, & *Presbyteriani*, quibus admodùm propenſus fuit Oliverius Cromuellus, Regni Protector nuncupatus. In confeſſione fidei à Puritanis, & Reformatis utique non diſſentiunt, in Eccleſiaſtico tamen regimine (ut hoc verbo utar) à ſe invicem diſſident. Quamquam enim utrorumque cœtus regant Presbyteri, majorem tamen ſeveritatem præſeferunt *Independentes* in externâ diſciplina, & cenſura morum: nec ad cœnæ uſum admittunt, niſi eos qui in rebus religionis, & Divinis Scripturis probè ſe eſſe verſatos, examine publico demonſtrarunt. Admittunt omnium, quos impetus incitat, etiam mulierum doctrinam in conventibus publicis, in quibus ſæpe plures ſucceſſivè ſermonem habere permittuntur. In privatis domibus cœtus ſuos libentiùs agunt, quàm in Templis, quamvis, & iis utantur: Quodque præcipuum eſt inter hos, & *Presbyterianos* diſcrimen, unamquamque particularem Eccleſiam ſui juris faciunt,

nec

nec ulli ſubjectam, aut ſubordinatam eſſe ſtatuunt. Nemini fidei rationem reddunt, niſi illi, cujus membra ſunt Eccleſiæ; cum ex adverſo Preſbyteriani particulares Eccleſias claſſibus, claſſes Synodis Provincialibus, has Synodo Nationali ſubiiciant, & decreta Synodorum jure Divino vim habere cogendi ſtatuant. Verum quidem eſt, quòd *Presbyteriani*, omnes Presbyteros faciunt auctoritate pares. Sunt etiam, qui *Epiſcopales* nuncupantur, illi nempe, qui ſtatus religionem ſequuntur, quæ vulgo Anglicana religio nominatur, à Regina Eliſabetha potiſſimùm ſtabilita. *Independentium* libertas aliis, ſectis impunè graſſandi in Anglia occaſionem dedit, nempe *Anabaptiſtis*, qui in nullà penè alia re ab ipſis differunt in eo Regno, quàm in Pſeudo-baptiſmi repudiatione. *Antinomis*, qui legem, & totum vetus Teſtamentum reiiciunt; quippe quæ jam impleta ſint. *Antiſcripturianis*, quibus tota Scriptura contemptui eſt, dum ſe eumdem, quem Apoſtoli, & Prophetæ habere ſpiritum gloriantur. *Qualleris*, qui ſe in hac vità plenè perfectos, & à peccato mundos exiſtimant, necnon in extaſes frequenter incidere ſimulant, quo tempore toto corpore contremiſcunt; quia (ut perhibent) magnitudinem illam lucis, & ſplendoris Divini, qua obrui, vel allucinantur, vel fingunt, perferre nequeunt. *Ranſeris*, qui Libertinorum inſtar, nihil turpe putant, ad quod naturæ, quantumvis corruptæ ſentiant incitamentum. *Levelleriis*, Politici ordinis hoſtibus, qui naturalem omnium hominum æqualitatem urgent, quà nec opibus, nec honore alter alteri antecellat; ex quà ſententià frequentes ſeditiones contra Magiſtratum ſunt excitatæ. Sed quot ridicula portenta in Anglia Puritanorum veſania produxerit, quò ſpiritus Calvinianus ſectatores ſuos perduxerit, præ cęteris narrat Spondanus, Guillelmi Hacketti hiſtoriam perſtringens, in fine anni 1591., ubi etiam de *Edmundi Copingeri*, & *Artingthoni* inſaniis ſermonem inſtituit. Horum primus ſe Jeſum Chriſtum repræſentare effutiebat: ſecundus ſe miſericordiæ prophetam eſſe jactabat: tertius juſtitiæ, & vindictæ prophetam ſe credebat, pluribus aliis deliramentis ſomniatis, quæ videri poſſunt in Spond. loco citato. Hi fructus, & germina Calviniani ſpiritus, qui concepit dolorem, & ubique peperit iniquitatem.

Pyrrus electus in Patriarcham Conſtantinopolitanum, Monothelitanam hæreſim totis viribus propugnavit; & quamvis hæc omnia faceret, ut Imperatoris Conſtantis, pariter Monothelitæ genio complacerer, nihilominus evadere non potuit, quin in ſuſpicionem adduceretur conſpirationis factæ in Imperatorem; undè coactus fuit in Africam ſecedere, ubi cum hæreſim ſuam promulgare meditaretur, à Martino Abbate, qui in Africa tunc aderat, in publica diſputatione convictus fuit; undè Romam venire decrevit, & pœnitentiæ libellum offerre, quod & præſtitit: ſed in errorem relapſus, à Theodoro Papa excommunicatus fuit diriſſimo anathemate, Sanguine Chriſti in atramentum diſtillato. Ejus memoria damnata fuit in ſexta Synodo. VII.

Pytheciani. Vide Cyrtiani, de quibus Theodoretus hæretic. fabul. lib. 4. IV.

Q

XVI. QUADRISACRAMENTALES. Illi ſunt, qui ex mollium Confeſſioniſtarum ſectâ progenti, recipiunt tantum quatuor Sacramenta, ſcilicet Baptiſmum, Cœnam Domini, Abſolutionem, & Sacerdotium. Emerſerunt Guitembergæ, anno 1540. Ex Staphilo.

II. QUADRITHEITÆ, qui quatuor Deos eſſe aſſerebant. In hâc ſententiâ videtur fuiſſe Ptolomæus, de quo ſub tali nomine actum. Quadritheitæ etiam vocantur, qui in Trinitate quamdam introducunt eſſentiam, de quâ participant, & à quâ dependent tres Perſonæ Divinæ; undè quodammodò quatuor Perſonas in Divinis conſtituunt. Fuit in hac ſententiâ Theodorus Beza. Vide Joſeph de Turre.

XVII. QUÆRENTES, nuncupati etiam aliis nominis *Expectantes*, *Sceptici*, *Quæſtionarii*, quorum ingens eſt numerus tum in Angliâ, cum in Hollandia, emerſerunt ſeculo proximè præterito, quo auctore ignoratur: legunt aſſiduè Scripturas, ut veram religionem inveniant; hinc etiam dicti ſunt *Inveſtigantes*. Concludunt quidem, Chriſtum veram aliquam religionem nobis de cœlo attuliſſe, & hanc nobis, dum in terris eſſet revelaſſe, ſed negant illam eſſe, quam profitetur Eccleſia Catholica Romana. Reprob. ex his quæ dicta ſunt in præparatione ad opus, & verbo *Proteſtantes*.

QUAKERII. Vide *Trepidantes*.

QUALLERII. Vide *Puritani*.

II. QUARTODECIMANI. Pius Romanus Pontifex anno 159. decretum edidit, de celebrando Paſchate die Dominico. Quod tamen itâ intelligendum, ut, quod jam anteà ab Apoſtolis erat traditum, ipſe Pius ad corrigendas hactenùs Judaizantes Eccleſias, quæ decimâ quartâ lunâ Paſcha celebrabant, voluerit decreto firmare. *Sanè quidem* (ut ait Socrates 5. hiſt. 21.) *tam Romana, quàm reliquæ omnes Occidentales Eccleſiæ, Petrum, & Paulum Apoſtolos hanc ipſis doctrinam reliquiſſe, ut Paſcha die Dominico celebraretur, ſunt profeſſæ*. Et Protherius Epiſcopus Alexandrinus, ſcribens ad Leonem Papam, æquè teſtatus eſt id Petrum Apoſtolum Romæ docuiſſe, & ab eo acceptum, Ægyptiis S. Marcum tradidiſſe. Pariterque Victoris Papę tempore, qui de his egerunt Sanctiſſimi Patres, non niſi ex Apoſtolica traditione id ſibi vindicaſſe, docet Euſebius. Quin imò & Ignatius, qui in carne Dominum vidit, & cum Apoſtolis diù verſatus eſt, ac Sedem Antiochenam, quam Petrus fundaret, ut Paulus docuerat, adminiſtravit, nec alia docuit, aut ſcripſit, quàm quæ ab eis accepiſſet; non ſolùm ait, diem Dominicam celebrandam eſſe & Reginam, & Principem dierum, Reſurrectioni Domini conſecratam; ſed & conteſtatus eſt, ſi quis cum Judæis celebraret Paſcha, participem eſſe eorum, qui occidiſſent Dominum, & Apoſtolos ejus. Quapropter manifeſtè Socrates, Novatianus ſectâ allucinatur, dum conteſtatur eſſe debere in cujuſque voluntatis arbitrio, quandò velit Paſcha peragere, quòd nullâ dicat antiquâ traditione conſiſtere, quandò illud ſit celebrandum.

Quæſtio de die celebrandi Paſchatis, iterum in Aſiâ exorta eſt anno 198. quâpropter non modò in Synodo Romana à Victore Papa, ſed etiam in pluribus Synodis diverſis in locis, tam in Oriente, quàm in Occidente congregatis, unanimiter decretum eſt, Paſcha celebrandum eſſe tantummodò die Dominico. Præſata Concilia, ubi, & à quibus celebrata

ſint,

ſint, refert Spondanus anno citato 198. ibique ad rem notandum, quòd quamdiu cum Catholicis tantùm acta res eſt, tolerabile viſum fuit Romanis Pontificibus permittere Aſiaticos, more Judæorum decimaquartâ lunâ Paſcha celebrare; Sed cum hæc indulgentia, hæreſis validandæ videretur occaſio, ab eâ ceſſare conſultiùs viſum eſt; Montaniſtæ enim, qui hoc tempore in Aſiâ invaluerant, decimâ quartâ lunâ Paſcha etiam celebrantes, aſſerebant ſecus facientes errare: hac ratione etiam Blaſtus hæreticus, Romę Judaiſmum introducere conabatur; & contradicente Blaſti ſententiæ Romanâ Eccleſiâ, Blaſtus ab Eccleſia Romanâ ſe ſegregavit. Cum itaque videret Romana Eccleſia, Blaſtum propter celebrationem Paſchatis lunâ decimâ quartâ, ſchiſma feciſſe, prohibuit, ne lunâ decimâ quartâ, more Judæorum Paſcha celebraretur à Catholicis: ſed omnino voluit celebrari die Dominico, quod & confirmatum fuit in Concilio Generali Nicæno. Hanc hereſim de Quartodecimanis, revocare voluit *Audeus* hereticus, damnatus proindè in Synodo Antiochenâ anno 341. Quartodecimanos etiam exagitavit S.Joannes Chryſoſtomus, qui proinde etiam Paſchatitæ ſunt nuncupati.

Catholici itaque, die Dominico diem decimam quartam plenilunii Martii immediatè ſubſequente, ex præcepto Eccleſiæ tenentur Paſcha celebrare. Sed cum in computatione lunationum, ſæpè error irrepſerit, ſæpè etiam ortum eſt de Paſchate diſſidium, non modò inter Latinos, ſed inter ipſoſmet Græcos: diſſidium inquàm, non circà celebrationem Paſchatis die Dominico, hoc enim utpotè ab Eccleſia deciſum, tàm Græci, quàm Latini tanquam Eccleſiaſticum dogma cuſtodiunt, ſed diſſidium in aſſignanda præciſâ die Dominica, quæ de facto plenilunium immediatè ſubſequeretur: cum enim annus contineat 365. dies, & ſex horas, non tamen integras, quoniam ad earum complementum aliqua minuta deficiunt. nihilominus ſemper computatus eſt annus, ac ſi habuiſſet ultra 365. dies, ſex horas integras, quas de facto non habet; ex quorum minutorum neglectu factum eſt, ut minuta, quæ ultrà debitam quantitatem annis ſingulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta, plures dies conſtituerent, qui dies à celebratione primi Paſchatis, uſque ad annum 1582. quo Gregorius Decimus tertius reformavit Kalendarium, jam excreverant uſque ad numerum decimum; hincque oriebantur diſſidia circa celebrationem Paſchatis. Primum diſſidium fuit anno Græcorum 853. (Græcorum epocha, quæ & Seleucidarum æra appellatur, quàque ferè omnes Orientales utuntur, cœpit anno Periodi Julianæ 4402. antè Chriſtum 312.) De hoc diſſidio circà celebrationem Paſchatis, refert Joannes Seldenus, quòd in Oriente, & in ipſa Regia Urbe, poſtquàm populus per hebdomadam unam jejunaſſet, factâ rectiùs ſupputatione, deprehenſus fuerit error, juſſeritque Imperator initium jejunii in alteram hebdomadam differri: Carnes verò, quæ jam è foro ſublatæ fuerant, iterum venales exponi. Idem à Teophane, iiſdem ferè verbis narratur ad annum Juſtiniani 19. quod Pagius rectè monet, non anno Chriſti 545., ſed 546. contigiſſe. Hic obiter notanda antiquiſſima Eccleſiæ diſciplina, in abſtinentiâ à carnibus tempore jejunii.

Anno Græcorum 1070., Chriſti 853. alterum in Oriente diſſidium de Paſchate ortum eſt, quidam enim inchoarunt die 18. Februarii, ſolveruntque die ſexta Aprilis, alii cœperunt jejunare die 25. Februarii, & Paſcha die 13. Aprilis celebrarunt. Sic refert Dionyſius Patriarcha.

Anno Græcorum 1508. alterum de Paſchate diſſidium fuit, eò quòd quartadecima Judæorum in Sabbatum, 29. diei Martii, juxtà eorum ſupputationem incidiſſet, proinde

Græ-

Græci, ſequenti die Paſcha celebrarunt, cum decimâ Februarii jejunium inchoaſſent; Syri verò, Ægyptii, & Armeni alterâ Dominicâ, hoc eſt die ſextâ Aprilis, Paſcha ſolemnizarunt. Hęc confuſio nonageſimo quarto quoque anno contingere ſolet, ſuamque ducit originem ex minutis, quæ ad integrum ſex horarum complementum deficiunt, quâ de re ſupra diſſeruimus. Propter hæc, & alia abſurda, quæ leguntur apud Clavium, ad eadem reparanda, Gregorius XIII. accitis undique viris eruditis, Kalendsrii reformationem inſtituit, quam ſuo nomine *Kalendarium Gregorianum* nuncupavit, præcepitque ut in tota Eccleſia ſervaretur. In Eccleſiâ Orientali, ſoli Maronitę prædictam reformationem, poſt quinquaginta ferè annos receperunt, quam rem cauſati reliqui Orientales, illos apud Turcas, tanquam novos in Oriente Francos, ſivè Latinos, liberos accuſarunt, coacti proindè vexationem redimere annua ſolutione taxæ, ſuprà ipſos à Turcis impoſitæ, quâ mediante, Paſcha quotannis, juxtà Kalendarium Gregorianum celebrant. Porrò vetus Kalendarium, quod Græci, & Orientales adhuc defendunt, adeò erroribus eſt obnoxium, ut non ſolùm unâ, verùm tribus, & quinque hebdomadis à noſtro aliquando differat, & temporis progreſſu ad menſem Auguſtum, imò & Decembris protrahendum à Græcis Paſcha jure merito depręhenditur, quod abſurdum, mediante novo Kalendario à Latinis eſt reparatum.

XVI. Quantius, Bezę coetaneus, ejuſque errorum ſectator, in diſputatione Trevirenſi, negat Chriſtum introiſſe ad Apoſtolos januis clauſis, contrà apertum ſacri Evangelii teſtimonium. Tum quia Chriſtus miracula edidit magis portentoſa, qualie fuit reſurrectio quatriduani fœtentis; ergo à fortiori potuit introire ad Apoſtolos januis clauſis.

Quiescentes. Vide *Palamas*.

XVII. Quietistæ, auctore Michaele Molinos, Presbytero Hiſpano ex Aragoniâ, nato anno 1627. prodierunt, eorumque Auctor Molinos, in generali Congregatione univerſalis Inquiſitionis, anno 1687. damnatus fuit, perpetuo carceri addictus, ejuſque libri igni traditi, præmiſsâ publicâ abjuratione, factâ coram ſacro Collegio in Templo B. Mariæ ſuper Minervam, poſtquàm per duos ſupra viginti annos, doctrinam hæreticam promulgare Romæ niſus fuiſſet, ubi ſimulatâ exteriori ſanctitate, non modicam æſtimationem, etiam apud probos viros acquiſierat. Octo ſupra ſexaginta propoſitiones ex ejus libris decerptæ fuerunt, in quibus continetur tota, perverſaque doctrina Quietiſticæ ſectæ, quaſque videre eſt per extenſum in Bulla Innocentii Undecimi, incipiente *Cœleſtis Paſtor*, data anno 1687. præfati Romani Pontificis anno duodecimo. Potiſſimùm docere contendebat Molinos, ſub prętextu orationis quietis (aliàs à Myſticis Theologis probè agnitæ, & deſcriptæ) toto ſpiritu in Dei contemplatione, ità animam orantis immergi, ut homo in hàc oratione quieſcens, liberè poſſet corpori omnes turpitudines indulgere, quas, ratione ſpiritus (ut ipſe dicebat) in Deo per orationem abſtracti, malas eſſe non poſſe aſſerebat: &, ut impuriſſimus homo confirmaret experientiâ, quod protendebat ſuâ diabolicâ doctrinâ, ſtatutis horis, congregabat in uno cubiculo utriuſque ſexus homines, quibus poſt factam exhortationem ad orationem quietis, ſimul commiſceri permittebat. Quem errorem, jam reprobatum exhibuimus verbo *Illuminati*. Inſuper hortabatur ſuos ſectatores, ad omittendam omnem voluntariam carnis mortificationem, quam infructuoſam, & nullatenus meritoriam eſſe poſſe blaterebat: quam impiam doctrinam improbat Conc. Trid. Seſs. 14. ubi Chriſtifideles ad pœnitentiam hortatur; quam commendat Apoſtolus ſuo proprio exemplo 1. ad Cor. cap. 9. *Caſtigo corpus meum, & in*

Google

ſervitutem redigo. Inſuper Chriſtus ad voluntariam mortificationem nos hortatur illis verbis, Matth. 16. *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Item Apoſtolus ad Coloſſens. cap. 3. ſcribit: *Mortificate membra veſtra*. Eſt ergo mortificatio conſilium Euangelicum: ergo eſſe nequit infructuoſa, cum Chriſtus dare non potuerit conſilia, quæ non eſſent valdè proficua ad obtinendam æternam ſalutem, quæ non acquiritur ſolà oratione, ſed etiam actione, & mortificatione; quamquam & ipſa oratio carnem mortificet, potiſſimùm neceſſaria ad purganda peccata commiſſa, & ad abſtinendum à novis peccatis. Cæterùm, ſi ſola oratio ſufficeret ad ſalutem, ſatis erat, quòd Deus præciperet ſolam orationem, & omnia alia præcepta fuiſſent ſuperflua. At quidem ipſe orationem ſummoperè injunxit, & commendavit; quia per ipſam non ſolùm debitum Deo honorem reddimus; quin etiam animi virtutem, & ſupernam gratiam contrà opera carnis, & concupiſcentias ejus impetramus. Undè nec verè oratio dici poteſt, quæ rebellis concupiſcentiæ inſultus, & actus impunè, & diſſolutè eidem permittit. Quòd ſi ſpiritus in oratione abſorptus poſſet liberè, & ſinè peccato agere contra alia præcepta, quale eſt illud *Non mœchaberis*, ut contendebat Molinos, ſequeretur, orantem non eſſe ſubditum Divinæ legi, quæ præcipit, ut ſpiritus carnem regat, & rationi ſubiiciat. Summa pſeudo-myſticæ doctrinæ, quam docuit Molinos, eſt ſequens. In vita ſpirituali, ſive myſtica, hos ſolos cenſendos eſſe perfectos, & verè myſticos, qui per unum actum non revocatum, Deo ſemel oblati, & (ut ajebat Molinos) totaliter uniti, & reſignati, atque relicti, reliquos omnes ut ſuperfluos ſuſpendunt actus, & velut exanimes permanendo, nihil prorſus operando, neque volendo, neque petendo, nec de acceptis Deo gratias agendo, nec ad proprios defectus reflectendo, ſed ſilendo, & merè paſſivè ſe habendo, in abſolutà permanent indifferentia de omnibus, etiam de pœna, vel de præmio, de Inferno, vel de Paradiſo, de æternà damnatione, vel de ſalute, ſinendo ut Deus ſolus operetur activè, & ſuam Divinam voluntatem impleat in illis. In quibus ſic diſpoſitis (aſſerebat Molinos) potentias quieſcere: ex quo ejus ſectarii *Quietiſtæ* ſunt nuncupati. Ex quà doctrina Moliniſticà, patet reviviſcere *Entuſiaſtarum*, *Beguardorum*, *Beguinarum*, *Dulciniſtarum*, & *Illuminatorum* errores, jam alibi in hoc opere confutatos. Patet omnibus, hâc pſeudo-myſticam ſupprimere omnes actus, tàm in Symbolo fidei noſtræ, quàm in oratione Dominicà expreſſos, abolere omnes actus fidei, & ſpei, quaſi cum indifferentià noſtram debeamus reſpicere ſalutem, ad quam obtinendam nos paſſim hortantur ſacræ Paginæ, ut ſinè intermiſſione cum timore, & tremore operemur, ut abundemus in omni opere bono, ut pulſemus, ut petamus, ut quæramus; ſatagentes, ut per bona opera certam noſtram vocationem, & electionem faciamus. Conſtat autem non poſſe cum timore, & tremore ſuam operari ſalutem, nec ſatagere, ut per bona opera certam ſuam vocationem, & electionem faciat, qui juxta doctrinam Moliniſticam vivens, ſuſpenderet omnes actus, nihil vellet, nihil peteret, & cum totali indifferentià nihil cogitans de pœna, aut præmio permaneret.

QUINTILLIANI. Inter Montani deſcendentes, numerantur Quintilliani, orti circà annum 113. ſic dicti à Quintillà pſeudo-propheteſſa Montani, ſicut Priſcilliani à Priſcillà, etiam Montani propheteſſa nominabantur. Tanta erat apud Quintillianos reverentia mulieribus, ut in hâc ſectà Epiſcoporum, & Sacerdotum munere ſungerentur; quia Chriſtum in ſpecie fœmineà, in Oppido Pepuza revelatum fuiſſe Montani propheteſſis, nempè Quintillæ, Priſcillæ, & II.

Ma-

Maximillæ, Montaniſtæ aſſerebant: Undè etiam Pepuzitæ dicti ſunt. Pepuzam autem Oppidum, in quo natus erat Montanus, Montaniſtæ tanquam Jeruſalem venerabantur. Rep. verbo *Colliridiani.*

IV. Quintianus, Arianæ perfidiæ defenſor acerrimus, in locum Aſclepæ, legitimi Gazæorum Epiſcopi fuit ab Arianis ſuffectus; quare congregato apud Sardicam Epiſcoporum Occidentalium Concilio, eorum ſententiâ fuit ab Eccleſiaſticâ communione, unà cum aliis Ariauis interdictus. Ex Niceph. lib. 9. cap. 12.

Quintinus. Fuit quidam Sartor, nomine Piccardus, qui è ſcholâ XVI.
Calviniſtarum prodiens, in Brabantia, & Hollandia, unà cum quodam Copino Inſulano, *Libertinorum* ſectam inſtituit. Anno 1525. demum captus Tornaci, extremo ſupplicio affectus eſt. Vide *Libertini.*

R

XVI. Ranteri. Vide *Puritani.*

XIV. Raymundus Neophytus. Raymundum Lullum inter hæreticos abſolutè conſtituunt, & numerant Prateolus, & Gaulterus: an autem hæreticus fuerit, res hactenus non fuit à S. Sede deciſa, licèt ſæpe cauſa fuerit examinata. Fuit Lullus genere Catalaunus, ortu Majoricanus: alii eum ſeculo 13. alii 14. mortuum fuiſſe contendunt. Wadingus Raymundi mortem protrahit ad annum 1315. Cum eſſet propè quadragenarius, à vanâ Mundi converſatione, & illicitis amoribus converſus ad meliorem frugem, potiſſimùm linguam Græcam, & Arabicam diſcere niſus eſt, ut Saracenorum converſioni inſudaret, quod & præſtitiſſe videtur: quandoquidem à Saracenis in odium fidei occiſum, cum jam eſſet nonagenario major, ſunt qui aſſerant; Undè & à Majoricanis in ſummo honore habetur. Negari non poteſt, Raymundum in juniori ætate, ſcilicet uſque ad quadrageſimum circiter annum, plures ſcripſiſſe libros, erroribus refertos, quod probabiliter ex ignorantiâ, non ex malitiâ proceſſiſſe credibile eſt, eo quòd voluerit in materia Theologicâ ſcribere, cum tamen Theologicæ ſcientiæ, niſi forte tranſeunter, non incubuiſſet: non ideò tamen omnes errores, qui Raymundo Lullo imputantur, ab eodem prodiiſſe credendum eſt: ſed potiores ex ipſis erroribus à Raymundo Neophyto excogitati fuerunt, & Raymundo Lullo, per errorem Scriptorum adſtipulati. Undè & librum de dœmonum invocatione, non Raymundum Lullum, ſed Raymundum Neophytum auctorem habuiſſe, aliqui non ſinè fundamento opinantur; nam ſcripta Raymundi Lulli, longè poſt ejus obitum, jubente Gregorio XI. fuerunt revocata ad cenſuram; quo tempore Raymundus Neophytus, cum ſuos promulgaret errores, hinc fortè decepti Hiſtorici, unius ſcripta, cum alterius libris confuderunt. Hujus confuſionis probabilitas ex eo colligitur, quod Gaulterus, & Prateolus, qui Hereticorum catalogum ſcripſerunt, nullam de Raymundo Neophyto mentionem faciunt. Tum quia Gregorius IX. anno 1372. mandavit Inquiſitori Aragoniæ, ut inquireret, & puniret docentem errores, quos ſub Raymundo Neophyto adducimus, quique Raymundo Lullo adſcribuntur: ſed tunc temporis, jam propè ſexaginta anni interceſſerant ab obitu Raymundi Lulli. Quomodò ergo præcepiſſet Pontifex Inquiſitori, ut inquireret, & puniret docentem errores, ſi hujuſmodi errorum auctor fuiſſet Raymundus Lullus, qui jam ſexaginta antè annis deceſſerat?

Raymundus de Tarragâ, dictus Neophytus, eo quòd ex Judaiſmo ad

Fi-

Google

fidem eſſet converſus, Ordinem Regularem ingreſſus, nihilominus Judaicam pertinaciam non depoſuit: Cujus partum fuiſſe librum de Invocatione dœmonum, Lullo adſcriptum, teſtatur Eimericus, qui jubente Gregorio Pontifice, contra Raymundum Neophytum cauſam inſtituit, ejuſque libri per Archiepiſcopum Tarraconenſem, & Eimericum Inquiſitorem igni fuerunt adjudicati. Ex ſequentibus erroribus, quinque priores, ſunt qui aſſerant à Raymundo Lullo dimanaſſe; ſi tamen Raymundum Neophytum auctorem non habent: poſteriores verò, certum eſt à Raymundo Neophyto fuiſſe propagatos. Ex Spond. anno 1329. 1332.

1. Deum multas habere eſſentias. R. Quia hoc idem eſt, ac aſſerere plures Deos; nam ſi plures eſſentiæ in Deo, utique plures eſſentiæ Divinæ, ergo plures divinitates: ergo plures dii: ſed plures dii eſſe nequeunt, ut probavimus contra Politheos, ergo &c.

2. Deus Pater eſt, antequàm Deus eſſet Filius. R. Verbo *Arius*.

3. Divina Eſſentia non eſt otioſa, & ideò eſſentiat, natura naturificat, bonitas bonificat. Hic error ex Auctoris ignorantià proceſſit; neſcivit enim ille, quâ ratione eſſentia, ſivè natura Divina, cum iis prædicatis (ut ſchola vocat) quę attributa dicimus, otioſa non ſit, niſi naturificando, ſeu eſſentiando, ut barbaris vocabulis ille dicebat; id eſt, producendo. Sacra autem Theologia clariſſimè docet, quo lumine intelligi debeant à doctis hominibus fidei veritates; nempè eſſentiam Divinam, ſivè naturam non generare, neque generari, neque producere, aut produci, licèt ſit principium quo generandi, & producendi: atque eatenus ſit origo totius ſęcunditatis, quatenus ex ipſâ naturâ eſt fœcunditas perſonarum. Perſona ergo propter naturam generat, & producit; non tamen producit naturam, ſed perſonam in eadem naturâ, quæ propter ſui infinitatem eadem omninò, & ſubſtantialiter eſt in perſonâ genitâ, aut productâ, ac in generante, & producentibus. Quandoquidem etiam in humanis videmus, generantem eſſe perſonam, non naturam perſonę, generarique perſonam, non naturam, licèt & generans, & genitum ſint in eâdem naturâ, quantùm ad unitatem ſpecificam: Quòd ſi non quantùm ad numericam, cauſa eſt limitatio naturæ creatæ, quæ in pluribus eſſe non poteſt, ſinè ſui diviſione. Conſule Concil. Florentin.

4. Spiritus ſanctus eſt conceptus de Patre, & Filio. R. Quia conceptio dicit ſpecialem modum præexiſtendi prioritate originis, quaſi per modum ſeminis in principio producente. Si autem conſideremus proximas facultates (ut humano more Divina explicemus) fœcunditatis Divinæ, ſcilicet intellectum, & voluntatem, inveniemus ſolius intellectus eſſe, eo modo concipere, quatenus de illius naturâ eſt priùs ad ſe trahere rem, & inde prorumpere in expreſſam illius notitiam, quam dicimus *verbum*. Voluntas autem pondere ſuo fertur in bonum, & ideò præviam boni rationem, quaſi ſeminaliter in ſe non ſuſpicit, ut amet; ſicut intellectus rationem veri, ut intelligat. Docet autem fides, Filium Divinum procedere per intellectum, & Spiritum ſanctum per voluntatem; ac propterea error eſt dicere, Spiritum ſanctum eſſe conceptum; adeoque perniciosus, ut proceſſiones Divinas confundat, & fidem de Trinitate evertat.

5. Improbabat eos, qui hæreticos ſupplicio afficiebant: R. Verbo *Confœderati*.

6. Dicebat, dœmonibus adorationem latriæ certo modo competere. Non indiget ulteriori reprobatione hæc blaſphemia, quæ dœmonem quaſi Deum facit. Ea autem placuit etiam Luthero, quam ipſe omni abjectâ verecundia, in libris ſuis exarare non formidavit, & tanta quidem turpitudine, ut dœmonis orationibus ſe commendaret, & horrendas

ejuſmodi commendationes doceret.

7. Deum in ſuppliciis ore negare, modò corde adoretur, meritorium eſſe. R. nam, ut ait Apoſtolus, *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Ergo non poteſt eſſe meritorium, imò mortiferum eſſe perhibetur, ore Chriſtum negare, cum ore confeſſio fieri debeat ad ſalutem. Tum quia Chriſtus præcipit, ut eum confiteamur coram hominibus, ſi volumus Chriſtum nos coram Patre ſuo confiteri. Tum quia non licet negare veritatem: ergo à fortiori non licet negare Deum, qui veritas eſt. Tandem, qui negat Deum, infidelis eſt; ſicut fuit Petrus, qui tamen ore tantùm negavit Chriſtum. Undè ita negans, incurrit graviſſimum crimen infidelitatis.

8. Omnem peccantem mortaliter, eſſe propriiſſimè hæreticum. R. Nam hæreſis error eſt mentis, & cordis in materià fidei, cum pertinacià: peccans autem mortaliter, errat quidem voluntate in genere moris, ſed non errat ſemper mente ſimul, & voluntate in materià fidei; imò plures eſt invenire, qui licèt corrupti ſint moribus, tamen pro veritate fidei, oblatà occaſione, mortem ſubirent. Tum quia hæretici non ſunt cives Eccleſiæ, nec participare poſſunt de Sacramentis, & bonis ſpiritualibus Eccleſiæ, de quibus quodammodo poſſunt participare, qui peccant mortaliter; quatenus propter fidei radices adhuc manentes, ſunt in potentià ut vivificentur, & aliorum membrorum meritis, ad vitam juventur.

9. Tantum placere Deo mala, quàm bona. R. Nam Deus ſæpe nobis inculcat declinare à malo, & bonum facere; bona jubet, mala prohibet; mala punit, bona præmiat, ſicut paſſim evincunt Scripturæ teſtimonia: ergo &c.

10. Nullum legis præceptum poſſe in hàc vita adimpleri. R. Quia Deus impoſſibilia non præcipit, & fruſtrà legem gratiæ inſtituiſſet, ſi præcepta legis adimpleri non poſſent; quod enim eſt ultrà vires, non obligat; & conſequenter lex non obligaret, ſi eſſet ultrà vires: quòd autem adimpleri poſſit, & faciliter medià Dei gratià, quam Deus nonniſi ex juſtitià denegat, conſtat experientià, diſcurrendo per ſingula legis præcepta, quæ ſcimus à pluribus adamuſſim adimpleri. Vide verbo *Joannes Parmenſis*.

11. Sectam Mahometis eſſe æquè bonam, ac fidem Chriſti: Chriſtum, Apoſtolos, omneſque Sanctos eſſe ſchiſmaticos, & perfectius eſſe ſchiſmaticum exiſtere, quàm Catholicum. Has blaſphemias, utpote cuicumque rationis compoti execrandas, ſuperfluum eſt reprobare.

Rebaptizantes. Agrippiniani, III.
& Novatiani, quia rebaptizabant ad eorum ſectam accedentes, dicti ſunt Rebaptizantes, quibus adſtipulari poſſunt, quotquot reiterarunt Baptiſmum. Vide *Donatiſtas*, *Anabaptiſtas*.

Reformatores, illi ſunt, XVI.
qui in qualibet ſectâ aliquid reformandum, & corrigendum putant. Hoc nomen potiſſimùm convenit Calvinianis, quorum ſecta à ſuis, ſpecioſo titulo *Reformata religio* nuncupatur. Ex Edero.

Rejudaizantes. Qui ex Ju- XIII.
dæis ad Chriſtianos tranſeuntes, poſtmodùm boni incœpti pertæſi, iterum ex Chriſtianis ad Judæos deficiunt, Rejudaizantes vocantur. Viguit hæc peſtis anno 1288., & detecta eſt in Germanià, occaſione carcerationis factæ cujuſdam Hebræi, cui nomen *Moyſes Rotemburgius*. Porrò Rejudaizantes, qui ſcilicet jam fuerant Judæi, denuo certis oblationibus, & abraſionibus, ac verborum formulis, perfidiam Judaicam iterum profitebantur: Chriſtiani verò, qui ad Judaiſmum tranſibant, vario ritu circumcidebantur, ut ſic à Judæis natis dignoſcerentur. Contrà hos omnes Nicolaus quartus Pontifex Summus conſtitutionem edidit. In Hiſpania, ubi negatum eſt habitare, niſi hominibus Catholicis, ſolent Judæi aliundè

nego-

Digitized by Google

negotiationis causâ tranſmigrantes, ſe, & filios Baptiſmo ſubiicere. Cum autem eorum perfidia detegitur, à ſanctæ Inquiſitionis officio, *Judaizontium*, ſivè *Rejudaizantium* nomine, ſeverè pro merito puniuntur.

XVII. REMONSTRANTES. Vide *Arminiani*.

XI. REORDINANTES. Falſi quidam dogmatiſtæ, ſub ſpecioſo prætextu impugnandi ſimoniacam ſectam, contenderunt Ordinationem factam ab Epiſcopis ſimoniacis eſſe irritam, & nullam, ideoque ab ipſis promotos ad Ordines, eſſe reordinandos. Agitata fuit pluribus in Synodis hæc controverſia, de quà ſcripſit Petrus Damiani in opuſculo, *Gratiſſimo* inſcripto, in quo oſtendit, ordinatos ab Epiſcopis ſimoniacis, non eſſe reordinandos: qui liber, cum Gratus fuerit ordinatis à ſimoniacis, ideò inſcriptus fuit *Gratiſſimus*. Contra eos, qui opponebantur Catholicæ ſententiæ, jam anteà decretis Pontificiis, & Conciliorum ſanctionibus definitæ, etiam Leo Nonus, Romanus Pontifex firmiter ſtatuit, ut ordinati à ſchiſmaticis, abſque alia Ordinatione iterata, poſt expletam pœnitentiam quadraginta dierum, in acceptis Ordinibus miniſtrarent. Hæreſis de reordinandis excitata fuit à quibuſdam, qui non habentes zelum ſecundùm ſcientiam Dei, odio in ſimoniacos Epiſcopos, ordinatos ab eis, non recipiendos ſinè reordinatione, ſuſtinere contendebant; Cum certum ſit, Sacramentum non ſortiri ſuam efficaciam à probitate Miniſtri, & indelebilem eſſe characterem Ordinis, ideoque ſemel ordinatum, dummodo validè, quamvis illicitè, cenſeri debere ſemper ordinatum. Extirpata nihilominus eſt hæreſis de Reordinandis, cum omnes, rationibus à Petro Damiani adductis, & irrefragabilibus, acquieſcendum eſſe cenſuerint, quidquid contra alii ſentire potuiſſent.

IV. RETHORIANI, à Rethorio orti ſunt in Ægypto, currēte ſeculo quarto, qui aſſerebant omnes hæreticos in propriâ ſententiâ rectè ambulare, quia ſic colunt Deum, ſicut poſſunt. Error adeò eſt abſurdus, ut S. Auguſtinus ipſe, lib. ad *Quodvultdeum*, miretur, quomodò tanta inſania poſſit in mente rationis compoti locum habere, cum certi ſimus, quòd una ſola eſſe poteſt vera fides, ſicut unus ſolus eſſe poteſt verus Deus. Ceterùm, ſi omnes hæretici in propriâ ſententiâ rectè ambularent, ſequeretur, quòd per vias ex diametro oppoſitas, perveniri poſſet ad eundem finem, cum ſæpe una hæreſis, ex diametro alteri opponatur. Vera autem fides illa ſola eſſe poteſt, quæ eſt ſecundùm Deum; Deus autem non jubet contraria: Cum ergo fides Catholica credat, V. G. Chriſtum de Virgine natum: fornicationem malam eſſe profiteatur: dentur verò aliæ ſectæ, quæ fornicationem dicunt non eſſe malam, negant Chriſtum de Virgine natum, conſequens eſt, unam aut aliam errare: ergo falſum eſt, omnes hereticos in propriâ ſententiâ Deum colere, ſicut poſſunt; ut enim colant, ſicut poſſunt, colere debent juxta interna lumina, quæ Deus nemini denegat (niſi fortè occulto ſuo judicio in pœnam. Conſule Theologos) per quæ cognoſcunt veram fidem eſſe Catholicam; ideoque ut colant ſicut poſſunt, debent colere ſecundùm quod præſcribit fides Catholica. Videantur quæ dicta ſunt ad rem, in præparatione ad opus, & verbo *Proteſtantes*.

RICHARDUS. Vide *Armacanus*. XIV.

RICHERIANI. Vide *Petrus Richerius*.

RISVICANI. Vide *Hermannus Riſvich*. XIII.

RIVETUS Andreas, in Diœceſi Pictavienſi anno 1572. genitus, ſtudiis operam dedit, in quibus cum multùm profeciſſet, inter Proteſtantes vir magni nominis fuit, qui ejuſdem directioni, religionis prætenſæ reformatæ negotia commiſerunt; quapropter pluribus hæreticorum conventiculis præfuit; deindè in Univerſitate Leidenſi Theologiæ Cathe- XVI.

dram regens, plura opera edidit, prȩcipuè commentaria in diverſos Scripturæ libros, in quibus potiſſimùm auctoritatem Eccleſiȩ, & Sanctorum Patrum, atque traditiones ſacras impugnare contendit; cujus objectiones ſolutas, videre eſt in Natali Alexand. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tom. tertiu. Octuagenario major deceſſit. Fratrem habuit nomine Guillelmum Rivetum, pariter Proteſtantium Miniſtrum, qui tractatum unum de Juſtificatinne, alium de Libertate Eccleſiaſticà compoſuit.

XVI. Rooolphus Gualterus in hȩreſi Zuingliana Miniſter, Bucceri & Calvini impietatem ſua prædicatione auxit. Scripſit diverſas homilias in Evangelia, tam Bucceri, quàm Calvini erroribus refertas. Vixit ſeculo decimo ſexto.

IV. Rogatiani, à quodam viro cui nomen Rogatus, & vixit ſeculo quarto, ſuum ſortiti ſunt nomen. Rogatus nihil novi propoſuit ſupra ſectam ſui magiſtri Donati; ſed cum ejuſdem errores promulgaret, ſectatores habuit, qui ex ejuſdem nomine dicti ſunt Rogatiani. Ex S. Aug. Epiſt. 48.

XI. Roscellinus, in Gallia renovatnr fuit hȩreſis Sabellianȩ, qui cum in Synndo à Raynaldo Archiepiſcopn Rhemenſi collectâ, errorem ſuum abjuraſſet, rurſùm ad vomitum rediit, aſſerens ſolo timore mortis perterritum, ſe abjuraſſe ſuam ſententiam, in quà effutiebat, quòd, ſi in Deo tres perſonȩ ſunt, & una tantùm eſſentia, ſequitur omnino tam Patrem, quàm Spiritum ſanctum eſſe incarnatum; qui modus imperitus theologizandi, reprobatur à Divo Anſelmo Epiſcopo Cantuarienſi, in libro, quem inſcripſit de Incarnatione Verbi, & direxit ad Urbanum Pontificem. Unica enim licèt ſit Divina Eſſentia, tres tamen perſonas, realitèr in Deo diſtinctas docet eſſe fides Catholica, quarum ſecunda, ſcilicet Verbum, ſola eſt incarnata, media unione hypoſtaticà, de quà fusè agunt Theologi, apud quos, in tractatu de Incarnatione videre eſt enodatas difficultates, quæ in hac materià occurrunt. Unio autem hypoſtatica in hoc conſiſtit, quòd Verbum Divinum ſe communicaverit per ſuam ſubſiſtentiam humanitati, ſivè ut preſſiùs loquar, humanæ naturæ, illam eandem ſua perſonalitate ſuppoſitando: undè unam tantùm perſonam in Chriſto eſſe, Chriſtiana fide perhibetur. Et certè ſatis conſtat, quòd ſolus Filius ſit incarnatus, ſi intelligamus, quòd unio hypoſtatica facta fuit per communicationem, media perſonalitate, quæ ita ſit propria Filii, ut non ſit propria nec Patris, nec Spiritus ſancti. Cæterùm ſi fingatur, quòd facta eſſet per communicationem perſonalitatis, quȩ tam eſſet propria Filii, quàm Patris, & Spiritus ſancti, jam totȩ tres Perſonæ, juxta hȩreticum Roſcellini ſenſum, fuiſſent incarnatȩ: Sed ſola ſubſiſtentia Filii, ita eſt propria Filii, ut non ſit propria Patris, & Spiritus ſancti, ergo unio hypoſtatica facta eſt in ſola Verbi Perſona: itaque ſolus Filius eſt incarnatus. Ex quà doctrinà intelligitur, quomodò licèt una ſit eſſentia in Divinis, ſola tamen ſecunda perſona ſit incarnata. Subtiliorem explicationem videre eſt apud Theologos.

IV. Rufinus, Aquilejenſis Presbyter, in Ægyptum peregrinatus, Alexandriȩ inficitur erroribus Origenis, ope Didymi cæci, Origenis doctrinȩ tenaciſſimi; tantumque adhȩſit libatis erroribus, ut aſſumpſerit provinciam ſcribendi Apologiam pro Origene, in qua calumniis exagitavit S. Hieronymum, Origenis impugnatorem. Poſtmodùm Rufinus Romam profectus, ibidem Origeniann errores detulit, & propagavit: nihilominùs ſubdolè impetratis à Siricio Papa communicatoriis litteris, Aquilejam proficiſcitur; ſed hinc vocatus ab Anaſtaſio Papa, ad dicendam ſuam cauſam, utpotè hæreſis iterum accuſatus, ſubterfugia quȩrens, publico judicio damnatur. Ex hac condemnatione non reſipiſcens Rufinus, ſed in deterius lapſus, inſtante direptione Aquilejȩ,

Digitized by Google

ab Alarico facta, in Siciliam confugit, ubi in ſuâ perfidiâ deceſſit. Fuit præcurſor Pelagii, & auctor ejus hæreſis, contra doctrinam de peccato originali; quippè qui in Concilio Carthaginenſi dicere auſus eſt, nullam eſſe à parentibus in parvulos peccati traductionem; ac proindè nullum ab hominibus contrahi originale peccatum. Ex S.Hieron.epiſt.16.

XII. RUNCARII. Waldenſium propago hæc, quæ ad eorum dogmata, infamem illum errorem addebat, quòd à cingulo deorſum non committitur peccatum mortale, quia ſcriptum eſt: *Ex corde procedunt fornicationes*. R.Nam cum Apoſtolus nos monuit,ne faciamus ſervire membra noſtra peccato, indifferenter de toto corpore loquutus eſt, cum totum corpus poſſit cooperari iniquitati, mediante operatione membrorum, comitante conſenſu: conſtat enim,quòd ipſę leges civiles,quę prohibent percutere, non minùs puniunt percuſſionem factam pugno, quàm pedibus. Sed quis neſciat, quòd in tantùm membra inſerviunt peccato, quia prava ſunt cordis deſideria, ex quo exeunt? De Runcariis agit Reinerus cap.16.

IV. RUPITANI. Donatiſtas à rupibus, in quibus ſe recipiebant, dictos etiam eſſe Rupitanos, aſſerit S.Auguſtinus de Unitate Eccleſiæ,capite tertio.

XVI. RUSTICI. De Ruſticis actum verbo *Muntzerici*. Thomas enim Muntzerus factionis auctor fuit, cujus ſequaces dicebantur Ruſtici, quorum in ernecionem, factam ad centum millia,alibi incidenter tetigimus. Qui de Ruſticorum rebellione copioſiora deſiderat, Spondanum conſulat ad annum 1525. & 1526.

XV. RUTHENI. Lituanis contermini ſunt, iidem ac Moſcovitæ, & Ruſcii dicti: cum jam dudum in fide Chriſtiana eſſent inſtructi, circa ann. 1445. à fide defecerunt, & ad ſchiſmaticos Græcos declinarunt, quæ omnia refert Genebrardus.

1. Negant S. Petrum fuiſſe ſummum Eccleſiæ Paſtorem, & Sedis Romanæ Epiſcopum: idem negant de ejus Succeſſoribus. R.ex his, quæ dicta ſunt contra *Huſſitas*, *Joannem Weſtphalum*, *& Jacobum Præpoſiti*. Petrum autem fuiſſe Sedis Romanæ Epiſcopum, ibidem ad plures annos ſediſſe, & ex Romana Sede univerſam gubernaſſe Eccleſiam, tamquam Eccleſiæ univerſalis Paſtorem, tot tantaque ſunt irrefragabilia teſtimonia, ut non niſi homo induratæ cervicis, & pertinax valeat contradicere; Romæ enim venerantur loca, ubi captus, ubi in cuſtodia detentus, ubi crucifixus fuit S. Petrus, ubi ſepultus, quæ potiſſimùm inviſere veniunt, quicumque Romam proficiſcuntur. Vide Calmetum ſingulari diſſertatione ad 1.Petri, ubi rem conſueta eruditione pertractat.

2. Negant Eccleſiam Romanam eſſe ceterarum Caput. R. verbo *Græci*.

3. Reiiciunt ſcripta SS. Patrum Latinorum, neque recipiunt decreta, & canones Conciliorum, quæ Eccleſia approbante congregata fuerunt. R. ex unanimi Eccleſiæ conſenſu, quæ SS. Patrum Latinorum ſcripta approbavit, quorum teſtimonio plures Scriptores, etiam Greci utuntur, ut videre eſt apud Scriptores Eccleſiaſticos Græcos, qui pariter ad Concilia,auctoritate Pontificis congregata acceſſerunt, & eorundem decretis, unà cum Latinis Patribus ſubſcripſerunt.

4. Negant Purgatorium. R.verbo *Albanenſes*.

5. Negant Sacramentum Confirmationis, & extremæ Unctionis. R. Quo ad Sacramentum Confirmationis ex ſacra Scriptura Act. 19. 5. *His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos*. Item 2. ad Cor. ad Epheſ.4. Primà Joan.2.de hoc Sacramento fit mentio. Et licèt nullum ſit expreſſum teſtimonium in Scripturà, in quò expreſsè legatur, quòd Confirmatio ſit Sacramentum à Bap-

tiſmo diſtinctum, habetur tamen expreſſa Eccleſiæ traditio, quæ Sacramentum diſtinctum à Baptiſmate ſemper intellexit, & docuit, ubicumque in Scriptura de Confirmatione fit mentio, ut Actor. 8. v. 14. cujus loci auctoritas admodùm ad rem facit; non enim tanta ſollicitudine de confirmadis Diſcipulis curarent Apoſtoli, niſi ſacrum quoddam Fidei noſtræ, ſpecialis gratiæ collativum, id eſt Sacramentum intelligerent. Atque ita Eccleſia nos docet, cujus eſt explicare Scripturarum ſenſum, & traditiones conſervare, utpote *columna, & firmamentum veritatis*, ut ait Apoſtolus. Quòd Confirmatio ſit Sacramentum, comprobant teſtimonia Conciliorum, & Patrum, quę ſexaginta quatuor ſupra centum congregat Coccius, libro quinto de Confirmatione, articulo 2. Quare autem Chriſtus hoc Sacramentum in oleo mixto balſamo, potiùs quàm in aliâ materia inſtitui providerit, noſtrum non eſt explicare. Sunt quidem rationes congruentiæ & ſigni, naturæ convenientes, quas conſueto doctrinę candore tradit D. Thomas 3. p. qu. 72. art. 2. Cæterùm, adeò antiqua eſt traditio, quòd Sacramentum habeat pro materia remota oleum mixtum balſamo, ut etiàm ſi non ageretur de Sacramento, adhuc nefas eſſet illi non ſtare. De oleo, mixto balſamo mentionem facit Clemens I. anno 80. poſt Chriſti adventum, Epiſtola 40. qui vixit tempore Apoſtolorum, & loquens de Sacramento Confirmationis, ait: *Ut à B. Petro accepimus, & cæteri ſancti Apoſtoli præcipiente Domino decreverunt*. Etiam D. Dionyſius Apoſtolorum coævus, de materiâ hujus Sacramenti mentionem facit. Ex his quæ diximus quoad auctoritatem Eccleſiæ, ut probaremus Confirmationem eſſe Sacramentum, etiam probatur extremam Unctionem eſſe unum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis. Porro de extrema Unctione loquitur Jacobus illis verbis: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei*. Ex his verbis D. Jacobi colligitur ſignum ſenſibile, nempè unctio, & promiſſio gratiæ, nempè remiſſio peccatorum. Ergo extrema Unctio verum eſt Sacramentum, ſicut teſtantur antiqua Concilia, & SS. Patres, quibus omnino conſentiendum in rebus fidei, maximè ubi expreſſa non habemus teſtimonia ſacræ Scripturæ.

7. Sentiunt cum Græcis, Euchariſtiam ſolùm ritè confici in pane fermentato. R. verbo *Græci*.

XVI. Rutmannus. Vide *Clancularii*.

S

IV. Sabbas, unà cum Dadoe, Adelpho, Herma, & Simeone circa annum 368. Maſſalianorum, ſeù Enthuſiaſtarum ſectam inſtituit. Vide Enthuſiaſtæ.

II. Sabbatius, ex Judaiſmo ad Chriſtianos ſe conferens, ambitionis prurigine vexatus, ut Epiſcopatum obtineret, Novatianis ſe adjunxit. Quarè à Marciano Novatianorum Epiſcopo Presbyter ordinatus, ad Epiſcopatum anhelans, novam ſectam inſtituere conatur, & Judaiſmum, cum Catholiciſmo confundens, errorem Protopaſchitarum promulgare conatus, duos Presbyteros, Theoctiſtem & Macarium, cum aliis in ſuam ſententiam perduxit, à quibus ordinatus Epiſcopus, ſchiſma excitavit, ſe peculiaris Eccleſiæ caput conſtituens, cujus ſequaces dicti ſunt Sabbatiani, à nomine inſtitutoris, ſive Protopaſchitæ, à promulgatâ hæreſi de celebrando Paſchate cum Judæis, lunâ

deci-

decimà quartà; & hinc factum eſt, ut qui eundem Presbyterum ordinaverat, compertà in novo ſchiſmate Sabbatii malitià, dixerit: O, *quàm meliùs feciſſem, ſi manus ſuper ſpinas, potiùs quàm ſuper Sabbatium impoſuiſſem.* Marcianus Novatianus, congregatà Synodo, Sabbatium vocavit ad cauſam dicendam, quare ab Eccleſià, novo ſchiſmate excitato defecerat: cui Sabbatius reſpnndit, cauſam ſciſſionis eſſe celebrationem Paſchatis, quod lunâ decimaquartà celebrandum fore aſſerebat: cui Marcianus reſpondit, celebrationem Paſchatis unà potiùs die, quàm altera rem eſſe indifferentem, nec propterea hoc ſolo inſubſiſtente motivo ſciſſionem faciendam. Nihilominus Theodoſius junior, hujuſmodi hęreticos proſcriptione, & exilio damnavit. Vide *Quartadecimani*.

XVI. SABBATARII. Scripſit contra Sabbatarios Lutherus: Emerſerunt ſeculo decimo ſexto: Sectà ſunt Anabaptiſtæ, ſic nuncupati, quia

1. Sabbatum more Judæorum colunt, ſpreto die Dominico. R. verbo *Doſithæus*.

2. Solum Patrem invocant; quare Filium, & Spiritum ſanctum videntur negligere. R. ubi de Divinitate Filii, & Spiritus ſancti egimus.

III. SABELLIUS, ex Ptolemaide Libiæ civitate ortum duxit, Noeti Smyrnenſis diſcipulus, ſui magiſtri errorem promulgare niſus eſt circa Sanctiſſimam Trinitatem, ſedente Stephano Primo Romano Pontifice anno 260., & cum non poſſent Sabelliani ſuas hæreſes Euangelii teſtimonio comprobare, utebantur pſeudo-evangelio Ægyptiorum, aliiſque apocriphis libris. Contra Sabellianiſmum tractatum edidit Dionyſius Alexandrinus, & in Alexandrino Concilio, anno 319. damnati fuerunt Sabelliani ſub Oſio Cordubenſi. Sabellianiſmum renovare aggreſſus eſt Roſcellinus: ſicut & quidam Apoſtata Hiſpanus, ineunte ſeculo decimo ſeptimo, in Anglia Sabellii errorem refricare contendit.

1. Aſſerebat nullam eſſe diſtinctionem inter Divinas perſonas, ſed unam, & eandem habere ſubſiſtentiam, diverſis nominibus nuncupatam. Itaque Sanctiſſimam Trinitatem, unam trinominem dicebat eſſe perſonam, quæ in veteri teſtamento, veluti Pater legem dedit, in novo, quaſi Filius eſt incarnata, & veluti Spiritus ſanctus ad Apoſtolos venit. R. Et quidem tres perſonas eſſe realiter diſtinctas in Divinis, conſtat ex illo Iſaiæ cap.6. verſ.3. ubi Propheta de Deo loquens, ter repetit Sanctus, Sanctus, Sanctus: quem textum non modò S. Ambroſius lib.2. de Fide, ſed Judęorum Doctores, qui ad veram fidem ſuſcipiendam, ex ipsà Scripturæ intelligentia pervenerunt, interpretantur de tribus Divinis perſonis. Item Geneſis cap.18. Abraham tres vidit, & unum adoravit. In principio etiam Geneſis *creavit elohim*; ideſt, *Dii* legitur, denotando plurali nomine perſonarum diſtinctionem, ſicut ſingulari numeri verbo *creavit*, naturæ unitatem. Eſt autem notandum, quòd in veteri teſtamento ſolùm reperinntur hujuſmodi obſcuræ Trinitatis Sanctiſſimæ repræſentationes; quia plenitudo luminis Divinæ fidei, Eccleſię à Chriſto inſtituendæ reſervabatur. Unde in novo teſtamento de tribus Divinis perſonis ſigillatim, ſępè expreſſa & clara fit mentio; ſic Matth.cap.ult. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Joann. 8. etiam legitur, quòd Chriſtus dixit; *Solus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater*. Chriſtus itaque ſæpè mentionem fecit de Patre, tamquam de perſonà realiter diſtinctà, quod idem fecit, & de Spiritu ſancto: legitur enim Joan.14.verſ.16. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum.* In hoc textu apertè tres Divinę perſonę deſignantur: Eſt enim Pater, qui rogatur, Filius, qui rogat, & Spiritus ſanctus, ſivè Paraclitus, qui petitur. Idem deducitur ex alio textu, Joan.14.verſ.26. *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem*

mit-

mittet Pater in nomine meo, docebit vos omnem veritatem. Id autem, quod obiiciunt hæretici, ſæpè in ſacris paginis mentionem fieri de Deo, ſed uno, & ſolo, probat quidem unam eſſe Divinam Eſſentiam, ſed non excludit tres perſonas realitèr diſtinctas, quæ in eſſentia unus Deus ſunt, & in perſonis tres eſſe perhibentur; immò multotiès ſit etiam mentio Trinitatis, ut dixi, obſcura, prout tempori ad futuram fidei plenitudinem creſcenti congruebat.

2. Reprobabat inſtitutum Monaſticum. R. verbo *Joannes Weſtphalus*.

3. Dicebat cum Hermogene materiam eſſe ingenitam. R. verbo *Hermogeniani*.

XVII. Sabelliani Novissimi. Quidam Miniſtri Calviniſtę in Anglia, cum Trinitarios, ſeu Deiſtas impugnare vellent, in Sabellianiſmum impegerunt, propè initium ſeculi decimi ſeptimi. Auctorem habuerunt quemdam apoſtatam, natione Hiſpanum, qui docuit Chriſtum prorſus abnegare, eumdem blasphemans tanquam ſeductorem. Unam dixit tantùm eſſe perſonam Divinam, cui naturæ lege ſervire debeant homines. Potiùs in Deo agnoſcendos perfectionis gradus, quam ullam perſonarum diſtinctionem. Pluribus annis latuit in Anglia, ubi multos ſeduxit ad ſui ſequelam. Ex hiſt. Angl.

IV. Sabienus, Heracleę Epiſcopus vixit circà medium ſeculi quarti. Hic Chriſtianos omnes, qui in Nicæna Synodo Arium condemnaverant, idiotas appellabat, & potiùs ingenii infirmitate lapſos aſſerebat. Ex Prateolo. Sed quia temporibus noſtris non deſunt homines terrena ſapientes, qui ſanctiſſimos illos PP. de idiotiſmo arguant, noſcant illi, hanc eorum ſapientiam, ſtultitiam eſſe apud Deum, qui propterea non doctos Philoſophos ad fundandam Eccleſiam, ſed ignaros piſcatores elegit, ut opus ſuum oſtenderet. Fuerint ergo idiotæ Nicæni PP., ſi placeat: hinc magis apparet conſilium Dei inſpirantis fidem, quâ per univerſum mundum Divina veritas effulget. Neque enim humanæ ſapientiæ, ſed Divinæ promiſſionis, & fidelitatis eſt, quòd Patres Eccleſiam in Concilio docentes, non errent.

Saccophori, iidem ac Maſſaliani, ſic dicti, quòd ſacco induti incedere ſolerent. IV.

Sacramentarii. Quotquot circa myſterium Euchariſtię à doctrinà Eccleſiæ Romanæ deficiunt, poſſunt Sacramentarii appellari. Sed quia primus, qui realitatem Corporis Chriſti, poſt Berengarium negavit, fuit Joannes Œcolampadius, Berengarii hæreſis renovator, hoc tempore, ſcilicet currente ſeculo decimo ſexto, quo vivebat Œcolampadius, ponitur communitèr Sacramentariorum origo, qui ſectâ ſunt Antilutherani. Tam varia autem fuit Sacramentariorum doctrina, vel ab ipſo ſui exordio inter hæreticos diſſecta, ut penè infinita ſit in hàc materià opinionum varietas. Vidi quemdam librum, in quo ducentæ expoſitiones horum verborum: *Hoc eſt corpus meum*, à diverſis hæreticis inventæ, omneſque vel in toto, vel in parte erroneæ referuntur: quapropter juxtà variam horum verborum interpretationem, Sacramentarii etiam vario nomine appellantur; alii enim vocantur *Significativi*, alii *Tropiſtæ*, alii *Energici*, alii *Adeſſenarii*, alii aliter, de quibus omnibus ſub proprio nomine agimus. De bello Sacramentariorum, excitato anno 1524. inter Lutherum, & Œcolampadium, plura videre eſt in Spondano ab anno 1524., uſque ad 1561., ubi adamuſſim eorundem contentiones, turbas, colloquia, & mędacia deſcribit. Cęterùm, cum realitas exiſtentiæ Corporis Chriſti in Euchariſtiâ, ſit unum ex pręcipuis fidei noſtræ articulis, non erit abs re paulò copioſiùs, quotquot hunc impugnant articulum, qui proindè *Sacramentarii* vocantur, reprobare. XVI.

R. primò ex verbis promiſſionis hujus Sacramenti, Joan. 6. verſ. 52. *Panis quem ego dabo caro mea eſt pro*

mun-

mundi vitâ. Litigabant ergò Judæi ad invicem, dicentes: Quomodò poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit eis ergo *Jeſus: Amen, Amen dico vobis: niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. Caro enim mea, verè eſt cibus: & ſanguis meus, verè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo, &c.* Verum quidem eſt, communem eſſe Novatorum opinionem, Joann. cap. 6. non de Euchariſtiâ, aut ſumptione reali Corporis Chriſti, ſed, vel de Incarnatione tantùm, vel de ſpirituali dumtaxat carnis Chriſti per fidem ſumptione, ſermonem inſtituiſſe: Quod probare contendunt ex ipſo Joannis contextu: cum enim verſ. 27. Chriſtus dixiſſet: *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam*; dixerunt Judæi: *Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille*. Et verſ. 35. *Ego ſum panis vitæ*: inquit, *qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet.* Quibus certè verbis, inquiunt, apertè declarat Chriſtus, cibum, de quo ſæpiùs in hoc capite, non alium eſſe, quàm ſpiritualem cibum, accipiendum per fidem. Sed facili negatio refelluntur. Neque enim contendimus, ſacramentalem manducationem carnis Chriſti, unicum eſſe argumentum, de quo ſermo fit citato cap. 6. Joann. Triplicem in eo partem diſtinguimus. In primâ uſque ad verſ. 25., agitur de cibo materiali, nempe de multiplicatione quinque panuum, quibus ſaturati ſunt in deſerto quinque hominum millia. In ſecundâ uſque ad verſ. 52., agitur de cibo merè ſpirituali, nempè de fide in Chriſtum incarnatum. In tertiâ tandem, ſcilicet à verſ. 52. uſque ad finem capitis, agitur de ſumptione reali, & Sacramentali carnis Chriſti; quod omiſſis plurimorum SS. Patrum auctoritatibus, tùm ex Græcis, tùm ex Latinis, qui poſtremam illius capitis partem, de Euchariſtia interpretati ſunt, colligitur etiam. Primò ex ipſa ratione loquendi, quà uſus eſt Chriſtus, cum promiſit ſe daturum carnem ſuam, dixit enim: *Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* At ſi loqueretur vel de ſua Incarnatione, vel de ſpirituali dumtaxat per fidem carnis ſuſceptione, non dixiſſet in futuro, *panis quem dabo*; ſed potiùs, *panis quem dedi*: Jam enim incarnatus erat, jam multi in eum crediderant, & ſpiritu per fidem, carnis ejus facti fuerant participes. Loquitur igitur de carne ſuà, in Sacramento Euchariſtiæ nobis verè, ac ſubſtantialiter tradenda. Secundò, Chriſtus diſtinguit ibidem carnem ſuam & ſanguinem, per modum veri cibi, & potus, verſ. 56. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*. At diſtinctio hæc in ſola reali, & Sacramentali manducatione Euchariſtiæ locum habere poteſt: in ipsà enim ſpirituali per fidem ſuſceptione, nihil intereſt inter cibum, & potum.

Argumentum ſecundum colligitur ex perſona Judæorum, ac Diſcipulorum Chriſti. De primis dicitur verſ. 53. *Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes: Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum?* de poſtremis dicitur verſ. 61. *Multi ergo audientes ex Diſcipulis ejus, dixerunt: durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Illa porrò, tum Judæorum obmurmuratio, tum offenſio Diſcipulorum, apertè ſignificat eos ex his Chriſti verbis: *Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, &c.* animo concepiſſe aliquid planè novum, inſolitum, ac ſtupendum: imò horridum, ut eſſet manducare ipſam diviſam Chriſti carnem, Trogloditarum more. Quamobrem manifeſtum eſt, quòd Domini verba realem carnis manducationem abſolutè ſignificarunt, ſecundùm communem, & naturalem

ſenſum, & intelligentiam: quam opinionem de vera carnis manducatione, non explicans modum, ſed tantùm rei veritatem, confirmavit Chriſtus, nedum correxit, ut conſtat ex verſibus 62., & 63. Porrò, ſi de ſola fide in Chriſtum hìc ſermo fuiſſet, vel de ſola manducatione carnis ejus per fidem; quid adeò mirum, ac inſolitum fuiſſet, undè turbari, & offendi debuiſſent, ſive Judęi, ſivè Diſcipuli Chriſti?

Argumentum 3. colligitur ex collatione, & comparatione verborum, quibus hìc promittitur Euchariſtia, cum illis, quibus poſteà inſtituitur; mirè enim conſentiunt inter ſe: ſicut enim hìc dicitur: *Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*: Ita Matth. 26. dicitur: *Accipite, & comedite: hoc eſt Corpus meum*. Sicut promiſit Chriſtus ſe daturum carnem in cibum, & ſanguinem in potum; ità inſtituens Euchariſtiam utriuſque diſtinctionem exprimit, *Manducate*, *Bibite*. Sicut igitur veram carnem, & verum ſanguinem dedit, inſtituens hoc Sacramentum, Matth. 26. ita veram quoque carnem verumque ſanguinem promiſit, Joan. cap. 6.

Argumentum 4. deducitur ex verbis inſtitutionis, quibus efficacitèr evincitur vera, realis, & ſubſtantialis corporis Chriſti prę̨ſentia in Euchariſtiâ. Nam illa verba efficacitèr probant illam Chriſti præſentiam, in proprio naturali, & obvio ſenſu, quem præſeferunt, intelligenda eſſe, non figurato, improprio, & metaphorico. Ergo efficacitèr probant realem Chriſti in Euchariſtiâ prę̨ſentiam. Antecedens, in quo tota difficultas poſita eſt, probatur. Quia Scripturæ verba proprio, naturali, & obvio ſenſu intelligenda ſunt, quoties nihil continent, *quod aut ad morum honeſtatem, aut ad fidei veritatem referri non poſſit*: certiſſima eſt Auguſtini regula lib. 3. De doctrinâ Chriſtiana, cap. 10. *at qui* verba iſta: *Hoc eſt corpus meum*, in ſenſu præſentiæ realis intellecta, nihil continent, quod non poſſit referri, aut ad morum honeſtatem, aut ad veritatem fidei, ergo in illo ſenſu intelligenda ſunt; maximè cum nullus Euangeliſtarum, vel minimum quid inſinuet, Chriſtum ibidem figuratè locutum eſſe, quod certè in re tanti momenti, ex quâ tot diſſenſiones orituras aliquando fore, prævidebat Spiritus ſanctus, omittere non debuiſſent. Præterea, ſi per hæc verba, *Hoc eſt corpus meum*, Chriſtus ſignificare voluiſſet corporis ſui figuram dumtaxat dare, non verum corpus, contra proprium naturalem, & obvium verborum ſenſum: cum hoc non expreſſerit, graviſſimi erroris occaſionem prębuiſſet Apoſtolis ſuis, quod certè, & cum ſapientiâ Chriſti, & cum ejus bonitate, ac clementiâ non cohęret: & mirum profectò eſt, audere homunculos, ignorantię humanę tenebris involutos, verba Chriſti alienare; ſeque ita non Chriſtum, veritatis Myſteriorum auctores facere.

Demum reprobari poſſent Sacramentarii, ex coſtanti, antiquâ, & univerſali SS. Patrum, & Eccleſiæ totius traditione, quæ veram, realem, & ſubſtantialem Chriſti præſentiam in Euchariſtia efficacitèr aſtruit. Verùm, cum omnes, & ſingulos SS. Patres, hujus avitæ fidei cuſtodes, & teſtes, pro qualibet Eccleſiæ ętate hìc enumerare, expendere, & à conatibus hæreticorum vindicare, longioris operis foret, quàm præſentis ratio requirat, idcircò ab his laudandis abſtinemus; præſertim cum aliundè copiosè, & eruditè partes illas impleverint, Eminentiſſimi Cardinales Perronius, Bellarminus, & etiam Arnaldus de Andiliaco, in ſuo Opere *De perpetuâ Fide Eccleſiæ Catholicæ circa Euchariſtiam*, Gallico idiomate conſcripto. Non eſt tamen hic ſilentio prætereunda inſulſa fabella, quam excogitavit Claudius, apud Carentonenſes, olim Euangelii Pſeudo-Adminiſter, ut oſtenderet, nono Eccleſiæ ſeculo mutari incępiſſe antiquam Eccleſię fidem circa Euchariſtiam; contendit enim primum Auctorem dogmatis præſentiæ realis

fuiſ-

fuiſſe Paſchaſium Ratbertum, Corbejenſis Monaſterii Abbatem, in libro, quem circa an. Chriſti 831. De Corpore, & Sanguine Chriſti conſcripſit; ejuſque doctrinam, faventibus tenebris ſeculi decimi, quo ſcelus, & ignorantia, in totam Eccleſiam exundarunt, omnium animos ſenſim occupaſſe; ac tam altas egiſſe radices, uſque ad initium ſeculi undecimi, ut Berengarium, qui primævam (ut Claudio placet) fidem excitare conatus eſt, tanquam Novatorem, & hæreticum proſcripſerint. Verùm, quàm frivola, & vana ſit illa fabella, quàmque imprudens mendacium, vel hoc uno aperto, & ſimplici argumento demonſtratur. Omnis in avita fide immutatio, ſua novitate ſemper perturbat, & univerſam commovet Eccleſiam. Ubi primùm Arius Chriſto, Macedonius Spiritui ſancto Divinitatem detrahere, Neſtorius duas in Chriſto perſonas, Eutyches unam naturam, contra publicam, & receptam fidem prædicare tentarunt, univerſa ſtatim inſurrexit, & reclamavit Eccleſia: Commoti Epiſcopi, celebrata Concilia, diviſi ab hæreticis Catholici. Nihil porrò tale contigiſſe legimus, quando Paſchaſius librum ſuum de Corpore, & Sanguine Chriſti evulgavit; nullus adverſus ipſum tumultus, nullus inſurrexit Epiſcopus, nulla convocata, ut damnaretur, Synodus. Id verò moralitèr fieri non potuiſſe (ſi Paſchaſius in fide innovavit) judicabit quiſquis, vel minimum habuerit rerum humanarum uſum, & ad nativam ingenii humani conditionem, vel levitèr attenderit; maximè verò in Myſterio Euchariſtiæ, quòd non ad meram, & ſimplicem fidei ſpeculationem, ſed ad uſum, & praxim pertinet. In hypotheſi autem Claudii, neceſſe eſt ſupponere, Fideles ante Paſchaſium, novem ſeculorum tractu, crediſiſſe Chriſtum in Euchariſtià realitèr præſentem non adeſſe, ſed ab illa abſentem, nec conſequentèr adorandum: medio verò ſeculo nono, de repentè, promovente Paſchaſio, fidem illam immutatam fuiſſe, ac de uno extremo Fideles, ad aliud extremum tranſiiſſe, à denegata ſcilicèt præſentia reali, ad eam apertè profitendam; à non adorandà Euchariſtia, ad illius adorationem. Quis verò facilè ſibi unquam perſuaſerit, populum Chriſtianum, in rebus ad religionem pertinentibus adeò tenacem, ac fervidum, ut ipſi hæretici moderni experiuntur, patienti, ac pacifico animo ſuſtinuiſſe ſe ad novam fidem, novumque adorationis cultum tam ſubitò, ac de repentè transferri? Quis putet Summos Pontifices, Epiſcopos, Paſtores, univerſam denique Eccleſiam ſiluiſſe, & obdormiſſe? Tàm ſingulari privilegio caruit profectò religionis Chriſtianæ prædicatio, ac propagatio, contradicentibus ſcilicèt, & undequaque frementibus Paganis, & Hæreticis: Caruere Apoſtoli, virique Apoſtolici, tot laboribus, perſecutionibus, ac immanibus ſuppliciis ad mortem uſque attriti: Unus ſcilicèt Paſchaſius, ſimplex primùm Monachus, deinde Abbas Corbejenſis, ſinè ullo vel miraculorum, vel armorum, pecuniarum, aut magnatum præſidio, ſinè arte ullà, aut machinatione, in omnium Fidelium animos tacitè illapſus, tantam novitatem placidè invehere potuit, obliteratà veteri, & contrarià doctrinà, tot ſeculorum tractu confirmatà. Quis hoc credat? nullus profectò cordatus vir ad hoc credendum animum induxerit; maximè cum ſeculum decimum non tam plumbeum fuerit, ut ſupponit Claudius: In eo nempè floruere in qualibet natione viri egregiâ pietate, & doctrina præſtantes, inter quos S. Oddo Abbas Cluniacenſis, Simeon Metafraſtes, Luitprandus, Withindus, Olimpiodorus, Frodoardus, qui nihil prorsùs, de hac immutatione ab hæreticis ſomniata ſcripſerunt. Extant ſimilitèr illius ſeculi plurima Concilia, leges, ac ſtatuta ad fidei, & morum conſervationem, ut videre eſt Tom. 9. Concil. Labbe. Non igitur fuit innovator Paſchaſius

Ratbertus, ſed avitæ, & Catholicæ fidei, circà Euchariſtiam zelantiſſimus aſſertor, juxtà SS. Patrum, qui à tempore Apoſtolorum, uſque ad ipſum floruere, conſtantiſſimam traditionem: undè meritò Concilium Tridentinum ſeſs. 13. de Sacramento Euchariſtiæ can. 1. omnibus Sacramentariis anathema dixit.

XVII. SALIGNAC Franciſcus de Fenelon, Archiepiſcopus, Cameracenſis quemdam librum Gallico idiomate edidit, cui titulus: *Explications des maximes de Saints ſur la vie interieure de Saints*, in quo libro Quietiſtarum errores magna ex parte diſſeminavit, & alios pietatis ſpecie, addidit. Hunc librum, cum tribus ſupra viginti propoſitionibus ab eodem excerptis, damnavit Innocentius XII. peculiari Conſtitutione, die 12. Martii 1699.

XVI. SAMOSATENSES. Pauli Samoſateni hereſim ſuſcitarunt Georgius Blandrata, Franciſcus David, & Michael Servetus. Ex Sandero, heref. 223.

1. Dixerunt, in Deo non eſſe diſtinctionem perſonarum. R. Verbo *Sabellius*.

2. Solum Patrem eſſe Deum, & invocandum: ideò negant vocem *Verbum*, in Euangelio S. Joannis expreſſam, deſignare ſecundam perſonam Sanctiſſimæ Trinitatis. R. Ex omnibus ſacræ Scripturæ Interpretibus, qui per *Verbum*, expreſſum à D. Joanne in ſuo Euangelio, ſemper intellexerunt Unigenitum Patris Filium. Neque aliud exprimere voluit D. Joannes in Euangelio per *Verbum*, cum dicit, Verbum eſſe ab æterno, & quòd *Verbum* caro factum eſt, & quòd Deus erat *Verbum*; non enim potuit exprimere Patrem, aut Spiritum ſanctum, qui incarnati non ſunt; ergo per *Verbum* non aliud expreſſit, niſi ſecundam perſonam Sanctiſſimę Trinitatis.

VIII. SAMPSON, genere Scotus, & Presbyter, à Zacharia Pontifice damnatus fuit, eò quòd negaret Baptiſmi neceſſitatem, dicens ſufficere ſolam manuum impoſitionem ab Epiſcopo factam. Ex Bar. anno 748.

SAMPSEI, iidem ſunt, ac Helceſaitæ, fortè dicti Sampſei à novo refricatore hæreſis Helceſaitarum. III.
Ex S. Aug. de heref. cap. 32.

SANGUINARII, ſunt ex Antilutheranorum ſecta, ad cedes patrandas fœdere ſe obſtringebant, poto humano ſanguine. Adeò in humana ſecta aliquandiù Antuerpiam infeſtavit, referente Lindano. Dubit. dialog. 2. XVI.

SARANTAPIUS. Dux quidam Judæorum, ex Laodicæa maritimæ Phœnicis oriundus, nomine Sarantapius, homo preſtigiator, ac maleficus, Eccleſiæ Dei hoſtis implacabilis, promiſit Gizido Saracenorum Principi diutinum Regnum quadraginta, & ultra annorum, dummodò ſacras Imagines ab Eccleſiis Chriſtianorum, quæ in ſuâ regione erant, exturbaret: Quo promiſſo allectus Gizidus, ſtatim publico edicto juſſit omnes ſacras Imagines, ubicumque invenirentur auferri, comburi, calce dealbari: Sed cum promiſſo fruſtratus eſſet Gizidus, qui ex quo ſacras Imagines exturbavit, vix ad decimum octavum menſem vitam pertraxit, hinc in Sarantapium furore excandeſcens Ulcidus, Gizidi filius, Sarantapium turpiſſimâ mormor damnavit. Fuit itaque Sarantapius in Oriente auctor hæreſis Iconoclaſtarum. VIII.

SATANISTÆ, ſurculus fuerunt Maſſalianorum: viguerunt circa annum 368. ſic dicti, quia ſatanę ſacrificabant, ut eum placarent, credentes, quòd foret in ſatanæ poteſtate, mala hominibus inferre. Sataniſtæ etiam vocantur, quicumque ſacræ Doctrinę adverſantur: Satan enim idem ſonat, ac Adverſarius. Ex S. Epiph. lib. 3. contrà hæreſes. Satis appoſitè Cardinalis Hoſius, tumultuantes ſeculo 16. hæreſes, *Sataniſmum* appellat. IV.

SATURNINUS, Arelatenſis Epiſcopus, ſectâ Arianus, conciliabulo Biterris habito, multos ſeduxit: Hi- IV.

larium, & Rhodanium in exilium ire compulit; ſed mortuo Conſtantio Imperatore Ariano, à Sede Arelatenſi, quam invaſerat, fuit expulſus circa annum 362. Ex Bar.

II. Saturninus, quem alii vocant Saturnillum, patriâ fuit Antiochenus. Prodiit ex ſchola Menandri, & erroris cathedram in Syria aperuit, circa annum 118., ubi turpitudinem ſimoniacam inſtauravit, dilaniavitque Chriſti Euangelium, plura addens, & plura demens pro ſuo beneplacito: cujus diſcipuli, ut facilius alios ſibi aſſociarent, externam ſanctitatem affectantes, ab animatis abſtinebant. Ex Euſeb. lib. 4. cap. 7.

1. Mundum à ſeptem Angelis factum eſſe dicebat. R. ex Euangelio Joannis, ubi omnia à Deo facta eſſe aſſerit. Item Geneſ. 1. legitur: *In principio creavit Deus cælum, & terram*. Tum quia, virtus creativa ſoli Deo competit, cujus actio ſola pertingit à *non eſſe*, ad *eſſe*.

2. Unum ex ſeptem Angelis deum eſſe Judæorum. R. Nam Deus omnium unus tantùm eſt, & eſſe poteſt, idemque Deus eſt Judæorum; Nam Deus ipſe Iudæis dixit: *Videte quòd ego ſum ſolus, & non eſt alius Deus præter me*. Implicat enim duos eſſe deos, quia duo eſſe non poſſunt infiniti, omnipotentes, ut alibi probavimus. Deus autem neceſſariò eſſe debet in omni genere infinitus, & omnipotens: ſi autem duo eſſent dii, vel quod unus poteſt, alter poſſet, vel non poſſet: Si ſecundum, non eſſent omnipotentes, & conſequenter, nec dii. Si primum, ex ipſis unus jam eſſet ſuperfluus.

3. Chriſtum putativè tantùm fuiſſe hominem. R. Verbo *Chriſti familia*.

4. Duo hominum genera ab Angelis fuiſſe facta, alterum nequam, alterum bonum. R. Ex ſuperius dictis ad primum. Neque datur ens aliquod ſuâ naturâ malum; Omne enim quod à Deo creatum eſt, bonum eſt: Ergo neque datur genus hominum nequam.

5. Salvatorem miſſum eſſe ad perditionem malorum, & ſalutem bonorum. R. Legimus enim, quòd Chriſtus venit quærere, & ſalvum facere, quod perierat. Vide verbo *Baſſus*.

6. Chriſtum phantaſmate tantùm eſſe paſſum. R. verbo *Doſithæus*, *Albanenſes*.

7. Negabat reſurrectionem. R. verbo *Baſilidiani*.

8. Promiſcuum fœminarum uſum eſſe licitum. R. verbo *Florinus*.

9. Nubere, & generare à ſatana eſſe. R. verbo *Adamitæ*, *Encratitæ*, *Armeni*.

Ultimò, quaſdam prophetias ab Angelis, quaſdam à ſatana eſſe revelatas aſſerebat. R. Quia prophetia eſt cognitio, & manifeſtatio futurorum: hæc autem cognitio ſolius Dei propria eſt, cujus oculis ſolùm omnia aperta ſunt, tam præterita, quàm præſentia, & futura. Aliquando Deus futura revelat Sanctis, ſicut revelavit Prophetis: Sed hæc revelatio eſt donum gratis datum, quo omnino indigni ſunt dæmones; eſto, quòd non modò peccatori, ſed ſatanæ poſſit Deus futura revelare: hoc autem Deus non facit, quia qui culpabilitèr ceciderunt à prima gratia, indigni facti ſunt quocumque dono gratuito Dei.

Sciſcidentes, Secta Waldenſium, à quibus in hoc ſolùm differunt, XII.
quòd Euchariſtiam recipiunt. Ex Reinero.

Schematici. Sic etiam vocati V.
ſunt hæretici, qui Concilium Chalcedonenſe reiiciebant, de quibus alibi actum; proindè iidem ſunt, ac Monophyſitæ, qui etiam Ægyptii ſunt nuncupati. Ex S. Joan. Damaſc. de hæreſ. lib. 3.

Schiſmatici nuncupantur, quicumque ab Eccleſia Romana ſe ſegregant, Romano Pontifici, tamquam vero, legitimo, & unico Eccleſiæ Capiti viſibili parere renuunt, noviſque doctrinis adinventis, Eccleſiam, quæ una tantùm eſſe poteſt, dividere conantur.

Schiſ-

Schiſma nomen Græcum,Latinè ſciſſionem ſignificat, ſivè diviſionem. Hæc diviſio fieri poteſt ſecundùm intellectum, dum animi in diverſas feruntur ſententias, & ſecundum affectum, dum in oppoſitos feruntur affectus; qui affectus oppoſiti in rebus ſpiritualibus, ut plurimùm ſemper conjuncti ſunt cum imminenti periculo in varias ſectas incidendi: & ſæpè experientiâ comprobatum eſt, quòd à ſchiſmate hęreſis fuit inſeparabilis. Quapropter viſum fuit non eſſe abs re, de ſchiſmate in hoc opere etiam differere. Strictè ſchiſma ſumitur à Theologis prò ſpontaneâ ſeparatione ab unitate Eccleſiæ, in ordine ad communionem, quam Eccleſię membra, ſcilicèt Fideles habere debent cum capite. Differt ſchiſma ab hęreſi, quòd hæreſis eſt error in intellectu, ſchiſma verò eſt malus affectus in voluntate; ideò hęreſis directè lœdit fidem; ſchiſma verò charitatem. Vide S.Aug. lib.contra Fauſtum Manichęum. Schiſma dicitur via ad hæreſim, ſi præcisè in ſuo fonte ſpectetur; in ſe tamen abſolutè conſideratus ſchiſmaticus, ſimul & ſemel hæreticus eſſe perhibetur, quia hæreticus eſt, quiſquis cum pertinaciâ non adhæret Pontifici, tanquàm Eccleſiæ capiti, licèt in reliquis omnibus Eccleſiæ doctrinæ adhæreat. His prælibatis.Schiſmatum, quæ Eccleſiam univerſam dilaniarunt, aliqui protrahunt numerum, uſque ad vigeſimum ſextum, alii verò uſque ad 29.,ſed facilè conciliantur,ſi acta,quæ inter duo ſchiſmata aliqui dividunt, ad unum,ſicut alii faciendum credunt, perſtringantur. Sic ſunt, qui ab anno 974., uſque ad 985. duo computant ſchiſmata, quia idem Antipapa, dictus Bonifacius ſeptimus, duos à ſuâ ſede exturbavit Romanos Pontifices, nempe Benedictum ſextum, & Joannem decimum quartum, contra quos peſtilentię cathedram Bonifacius erexerat. Quia verò unus, & idem fuit Antipapa, licèt duos exturbaverit veros Romanos Pontifices, aliqui ad unicum ſchiſma, quæ contra ambos Pontifices ab uno Antipapa peracta ſunt,perſtringunt. Quæ dicta ſint ad reconciliandos auctores, qui in ſchiſmatum numero recenſendo non conveniunt.

Shiſmata Eccleſiæ, juxtà ſeriem à diverſis deſcriptam, additis quibuſdam notis.

Anno 254

SCHISMA Novatiani, adversùs S. Cornelium Papam, & Martyrem.

Cornelius,Romanus, Caſtini filius, ſancti Fabiani ſucceſſor, poſtquàm Sedes per annum, & aliquot menſes vacaſſet (die 30. Aprili 251., vel 254., ut aliis placet) electus eſt. Novatus Africanus Epiſcopus, ſchiſmati adhærens Feliciſſimi Africani Presbyteri adversùs D.Cyprianum, eò quòd Cyprianus non ſtatim omnes lapſos redeuntes admitteret, Romam venerat,Pontificiæ electionis occaſione Patronum ſibi quęſiturus. Novatianum reperiens Præsbyterum,Philoſophiâ, & dicendi arte celebrem, ſed ambitione plenum, adeòque de Pontificiâ dignitate ſibi non collata dolentem, & murmurantem, cum ipſo ſocietatem init; collatis conſiliis, immanes in Pontificem Cornelium edidere calumnias, eâ arte confictas, ut plures deceperint, tres praſertim rudiores Epiſcopos, per quos non ſui compotes, quia data operâ inebriatos, Novatianus in R. E. Paſtorem fuit ordinatus, qui ſibi adhærentium ſynodos cogit, & in his ſchiſmati errorem adjecit,dicens,poſt Baptiſmum lapſos non debere ad pœnitentiam admitti. Alios deindè errores ſuperaddidere hæretici Novatiani,uno nomine compræhenſi, ſivè Novatiani, ſivè Novatianenſes, præfatorum Novati, & Novatiani diſcipuli, & ſectatores, ac ducentis propè annis, uſque ad Cœleſtini primi tempora, aliqui permanſerunt Novatiani in Epiſcopatu Romano, ſed perperam, prætenſi ſucceſſores.

Felicis Secundi contrà Liberium, quo defuncto,Felix legitimè ſucceſſit. 354

Li-

Liberius, Romanus, poſt Julium Primum anno 354. menſe Majo, electus fuit. Cum autèm ſententiæ adversùs D. Athanaſium, & Arianæ fidei profeſſioni ſubſcribere noluiſſet, ad Beroeam Thraciȩ urbem à Conſtantio Imperatore Ariano relegatus fuit. Interim Ariani Felicem in Pontificem elegerunt. Tribus circitèr indè elapſis annis, Liberius, cum ſententiȩ in D. Athanaſium ſubſcripſiſſet, retentà tamèn *conſubſtantialitatis Filii* profeſſione, Romam à Conſtantio reductus fuit, undè Divo Athanaſio in communionis teſtimonium ſcripſit, & Ariminenſem conventum damnavit. Defuncto Liberio, Felix legitimà electione ſubſtituitur, Conſtantium redarguit, cujus propterea juſſu Cerȩ in Tuſcia, cum uno anno, & tribus menſibus ſediſſet, occultè gladio necatus, Martyr occubuit.

Sunt, qui hoc ſchiſma non computant, ſed Felicem à Catholicis electum aſſerunt, dùm Liberius Conſtantio, & Arianis favere videretur, martyrio tamen affectum ſuperſtite Liberio, qui poſt Felicis obitum Romam reversùs, omni cum hæreticis communicatione remota, Clero, Populoque Romano reconciliatus, honorificè ſedit; undè cum Felicis Pontificatus Liberii tempore concludatur, à pluribus hiſtoricis intèr Pontifices non numeratur.

367 Urſicini adversùs S. Damaſum Papam.

Damaſus Hiſpanus, anteà Liberii Vicarius, die 1. Septembris 367. Summus Pontifex inauguratur; aliqui ex Clero & Populo, Damaſo, quia ex communione Felicis erat, infenſi, Urſicinum Diaconum in Pontificem proclamant. Ob plurimorum cȩdes, ex hoc ſchiſmate ortas, ſequenti anno pulſus fuit ab urbe Urſicinus, vel (ut aliis placet) ſpontè ſe abdicans, ad Neapolitanum Epiſcopatum aſſumitur. Nihilominùs Damaſus à ſchiſmaticis vexatus, adulterii accuſatus, coram 44. Epiſcoporum Synodo innocens comperitur, Caſtorio, & Concordio accuſatoribus ab Eccleſia rejectis; aliis nihilominùs calumniis impetitus, & proborum teſtimonio, & Imperatorum, qui ſchiſmaticos reducere nitebantur reſcriptis, innocuus proclamatur.

Schiſma. Eulalii contrà S. Bo- 420
nifacium Papam.

Bonifacio Romano, Zoſimi ſucceſſore, die 24. Decembris 418. ordinato, aliqui ex Clero Eulalium S. R. E. Archidiaconum, favente Symmacho Prȩfecto, prȩtulerunt, ipſique Honorius Imperator, à Præfecto Symmacho præventus, dato reſcripto adheſit; ſed per Clȩri litteras veritatis certior factus, utrumque, ut prȩfertur, electum urbe juſſit abſtinere, & Ravennæ coram Epiſcoporum cœtu adeſſe: cumque Eulalius in urbem temerè ſe intruſiſſet, & publicæ ſeditionis cauſam dediſſet, ipſe cum ſuis fautoribus ab Honorio fuit expulſus; Bonifacius verò per Epiſcopos, ut ſupra congregatos, utpotè legitimus Papa declaratus, Romam fuit deductus.

Laurentii contrà Symmachum. 498

Symmachus Sardus, anno 498. Anaſtaſii Secundi ſucceſſor, in Conſtantiniana Baſilica canonicè creatur: quidam verò Laurentius in Templo B. Mariæ in via nova proclamatus eſt Pontifex, diviſis tùm Clero, tùm Senatu; ſed ſuperatis ſchiſmaticis, Symmachus pacificè ſedit. Feſtus Patritius, Anaſtaſio Imperatori ſpoponderat ſe curaturum, ut ejuſdem Imperatoris adversùs Chalcedonenſe Concilium edicto, Papa ſubſcriberet: propterea de Clero aliquos pecuniâ induxit, ut ipſo die electionis Symmachi, Laurentium Pontificem proclamarent. Plurimis indè ortis cædibus, & malis, per utriuſque partis fautores, res ad Theodoricum Gothorum Regem delata, qui in Symmachi favorem dixit, & Laurentius dictis annuens Nuceriæ Epiſcopus ordinatur; cumque rursùs deindè inſurrexiſſet, & ſchiſmatici graves in Symmachum calumnias protuliſſent, Concilium dictum Palmare, anno 502., Symmachi innocentiam declaravit, & Laurentio depoſitionis, & exilii pȩnam inflixit.

530 Schiſma Dioſcori contrà Bonifacium Secundum.

Bonifacius Romanus, ex Patre Gotho, Felici Tertio in Pontificatu ſucceſſit die 19. Octobris, anno 530. Factioſi aliquot Dioſcorum extulerunt, obſequente Athanarico; ſed ejuſdem Dioſcori mors, poſt 29. dies ſecuta, ſchiſmati finem impoſuit.

537 Vigilii, contrà S. Silverium, quo defuncto, Vigilius legitimè ſucceſſit.

Silverius Campanus Subdiaconus, à Romanis reprobatur, ſed tamèn pacis causà recipitur. A Rege Theodato intruſus Agapeti primi ſucceſſor die 20. Junii anno 537. creatus fuit. Cum autem Antymum Epiſcopum hæreticum, ab Agapeto prædeceſſore ſuo depoſitum reſtituere noluiſſet, agente impià Theodora & Belliſario, in exilium pulſus eſt ad inſulam Pontiam, ubi prò fide Catholica ærumnis fuit vexatus. Ob præfatam cauſam Theodora Belliſario mandavit, Silverium Papam eiici, & Vigilium ſubſtitui: quarè Belliſarius Silverium, quòd urbem Gothis tradere vellet, inſimulans, Patharam Lyciæ urbem miſit, & Vigilium eligi curavit: cuius rei Juſtinianus Imperator, per Patharæ Epiſcopum conſcius factus, Silverium Romam reduci juſſit; ſed Belliſarius Silverium Vigilii ſautoribus remiſit, qui in Palmariam, deſertam Liguſtici maris Inſulam eum deportarunt, ubi coactà aliquorum Epiſcoporum Synodo Vigilium excommunicavit, & ærumnis confectus, obiit 20. Junii, anno 540. miraculis coruſcans. Defuncto Silverio, Vigilius ſpontè depoſità Pontificià dignitate legitimè fuit electus, Severam Imperatricem, & Acephalos excommunicavit; quarè in exilium miſſus fuit, à quò deindè in Italiam rediens, obiit Syracuſis 10. Januarii, 555.

687 Theodori, & Paſchalis, contrà Sergium.

Poſt Cononis Papæ obitum, diviſis intèr R. E. Archipresbyterum Theodorum, & Archidiaconum Paſchalem populi ſuffragiis, Sergius Panormitanus, ex Antiochia Syriæ oriundus, à majori Cleri, & optimatum parte creatus fuit; poſt utriuſque præfati ceſſionem, vel deceſſum pacificè ſedit. Hìc notandum, aliquos eſſe hiſtoricos, qui anno 686. poſt Joannis Quinti obitum ponunt ſchiſma ex contentione de Pontificatu, intèr Petrum Archipresb., & Theodorum Presbyterum, quòd illum Clerus, hunc exercitus Pontificem eſſe cuperet, quæ diviſio ſic terminata eſt, ut utroque excluſo, Conon pacificè ſederit. Deindè defuncto poſt paucos dies Conone, numerant ſchiſma ex contentione de Pontificatu, intèr Theodorum, & Paſchalem, ita tamèn, ut Sergii electione, ſchiſma quieverit.

Theophilacti, & Pauli, ex obi- 757
tu Stephani Tertii.

Dum Stephanus jam propè ultimum ſoluturus erat debitum, quibuſdam in Teophilacti domum concurrentibus, ut illum ad Pontificatum ſublimarent, aliis verò plurimis Paulum virum probum eligi curantibus, prævaluit factio Paulo propenſa, diſperſis Teophilacti confęderatis.

Conſtantini Secundi vacante 768
Sede ex obitu Pauli primi.

Dum in extremis ageret Paulus I., Toton, vel Teuton, Nepenſis in Etruria Dux, Romam cum militibus ingreſſus, Papam, & Clerum adegit, ut Conſtantinum fratrem ſuum in ſucceſſorem eligerent. Per annum, & menſem intruſus hic perſtitit, donec occiſo Totone, Româ auſugit, tuncque Stephanus Quartus Siculus, primùm Canonicus Later., deindè Ord. S. Ben., & tituli Sanctæ Cæcilię Presbyter, die 3. Auguſti anni 768. canonicè fuit electus. In Epiſcoporum cœtu anno 769. damnatus eſt Conſtantinus, & ab Eccleſia ejectus, igni traditis ejuſdem actis.

Zinzinii contra Eugenium Se- 824
cundum.

Eugenius Secundus Romanus, Paſchalis Primi ſucceſſor, conſtitutus fuit anno 824. per aliquot factioſos

pro-

proclamatus eſt Zinzinius. Quarè Ludovicus Bonus Imperator in Italiam Lotharium miſit filium ſuum, ad cujus adventum fugato ab Urbe Zinzinio, Eccleſię pax reſtituitur.

855 Anaſtaſii Presbyteri, contrà Benedictum Tertium.

Benedictus Tertius Romanus, Leonis Quarti ſucceſſor, eligitur 21. Julii, 856. Anaſtaſius S. R. E. Cardinalis tituli S. Marcelli, qui fuit Gregorii Quarti Bibliothecarius, & anno 850. eò quòd per quinque annos Parochiæ ſuæ non adfuerit, per 70. Epiſcoporum Synodum à Cardinalatu depoſitus fuerat, atque excommunicatus, præfatum Benedictum carceri mancipavit, occupatis S. Jo: Lateranenſis, & S. Petri Baſilicis: verùm ad Cleri, & Populi Romani preces, per Ludovici Imperatoris deputatos, depulſus eſt Anaſtaſius. Hic ab hæreticis fabula Joannæ Papiſſæ conſuitur.

891 Sergii Diaconi, contrà Formoſum Papam.

Formoſus, anteà Cardinalis Portuenſis, à Joanne Octavo, eò quòd conjurationis contrà ipſum auctor haberetur, degradatus, deindè à ſucceſſore Marino, ſeù Martino reſtitutus, in Summum Pontificem, Stephani Sexti ſucceſſorem inauguratur. Contrà ipſum elevatus eſt Sergius Diaconus, qui tamen brevi, Imperatoris Arnulphi ope depreſſus fuit.

907 Schiſma intèr Leonem Quintum, Chriſtophorum, & Sergium Tertium.

Leo Quintus, poſt Benedicti Quarti obitum, creatus eſt anno 906. Elapſis diebus 40. à Chriſtophoro familiari ſuo, & ambitioſo ſucceſſore in Monaſterium arctè recluditur. Idem Chriſtophorus poſt octo menſes in Monaſterium, deindè in arctam cuſtodiam mittitur à ſucceſſore Sergio Tertio, qui paritèr anno 910. expulſus fuit.

964 Leonis, contrà Benedictum Quintum.

Joannem Duodecimum, Otho Imperator, anno 963. per Epiſcoporum cœtum deponi curavit, & Leonem Octavum ſubſtitui: ſed diſceſſo ab urbe Othone, Joannes præfatus dictæ Synodi acta, per aliam Synodum revocavit, & igni tradidit. Joanni anno 964. è vivis erepto, Benedictus Quintus, Romanus, à Romanis ſubrogatus eſt: quare poſt annum circitèr, præfatus Imperator Leonem Octavum ſuſtinere volens, Romam venit, obſidione, & fame obſtrinxit; captumque Benedictum, Hamburgum miſit. Benedicto, & Leone brevi deceſſis, anno videlicèt 965. extinctum eſt ſchiſma.

Bonifacii Septimi priùs expulſi, deindè reverſi, contrà Joannem Decimum quartum. 974

Poſt Benedictum Sextum, à Cincio Romano præpotenti in Adriani mole incluſum, & extinctum, Bonifacius dictus Septimus, anteà Franco, Cincii, ut volunt aliqui, in præfatis conſultor, violentèr per annum circitèr, vel ſecundùm aliquos per ſeptem menſes, anno 974. ſedit. Sed urbem relinquere coactus, pretioſiſſimis quibuſcumque ex Vaticana Baſilica ſubtractis, Conſtantinopolim fugit. Tunc Benedictus Septimus canonicè electus fuit, & poſt Benedicti obitum, Joannes XIV. creatus eſt anno 983. Tribus ab hinc decurſis menſibus, rediit invaſor Bonifacius, præfatum Joannem in S. Angeli carcere incluſit, ubi per quatuor menſes detentus, fame periit, & poſt totidem menſes Bonifacius repentina morte expiravit. Ex hoc ſchiſmate, aliqui duo conſtant, eò quòd Bonifacius contrà duos Pontifices ſe erexerit, ſcilicèt Benedictum ſextum, & Joannem decimum quartum; contrà primum quidem, anno 973., contrà ſecundum verò, anno 984.

Joannis Placentini contrà Gregorium Quintum. 996

Gregorius Quintus Saxo-Germanus, anteà Bruno, Othonis Tertii Imperatoris affinis, interpoſita ejuſdem authoritate, Joannis Decimi tertii ſucceſſor creatus fuit, anno 996.

die 13. Junii. Creſcentius, Romanus prępotens, Joannem Decimum ſeptimum, dictum anteà Philagatum, Epiſcopum Placentinum, per Clerum & Populum Romanum eligi curavit. Capto deindè per Othonem Creſcentio, Joannes præfatus abdicare coactus eſt, effoſſiſque oculis, in Germaniam tranſmittitur.

1045 Silveſtri Tertii, & Gregorii Sexti contrà Benedictum Nonum, contrà quos Clemens Secundus ſuffectus eſt.

Poſt Joannem Vigeſimum, Benedicti Octavi fratrem, Benedictus Nonus, ex præfatorum fratre Alberico, Comite Tuſculano nepos, ſuffectus fuit, ſeù intruſus, anno 1043. decem annorum puer, cui anno 1045. Silveſter Tertius, Romanus ſubſtitutus eſt, ſed poſt duos menſes à Benedicti fautoribus expulſus; deindè præfatus puer, cunctis inviſus, Joanni S.R.E. Archidiacono Pontificatum dimiſit, anno 1045., qui Gregorii VI. nomen aſſumpſit, ſed poſt annum, & menſes ſex, Benedictus Cathedram repetiit. Tunc tres apparebant Romæ Pontifices, diviſis intèr ſe redditibus, unus ad S. Petrum, alter ad S. Mariam Majorem, Benedictus in Lateranenſi Palatio. Quare Henricus III. Imperator in Italiam veniens, anno 146. Gregorium in Sutricenſi Concilio deponi, & Sudgerum Saxo-Germanum, Bambergenſem Epiſcopum eligi curavit, qui Clementis Secundi ſibi nomen impoſuit.

1058 Schiſma Mincii, qui falsò dictus Benedictus Nonus, ſivè Decimus, & à Nicolao Secundo expulſus, ab aliquibus circà annum 1058. inſeritur.

1061 Cadoli, ſivè Cadolai Parmenſis Epiſcopi, contrà Alexandrum Secundum.

Poſt Nicolaum Secundum, Alexander Secundus, Mediolanenſis, anteà Anſelmus, Lucenſis Epiſcopus, in Pontificem ſublimatus eſt, anno 1061. Interim ab aliquot factioſis Epiſcopis, Henrici IV. Imperatoris authoritate fretis, Cadolus Parmenſis Epiſcopus proclamatur, ſub nomine Honorii Secundi, & Romam cum militum copia venit, ſed à Godefrido Duce repulſus, Parmam rediit. A ſeditioſis iterùm vocatus, Vaticanum, & S. Angeli Arcem, Cincii favore obtinuit, ubi dein obſeſſus, fugà ſibi conſulit. In Mantuano damnatus Concilio, obiit anno 1064., cum ad tres annos in Antipapatu vixiſſet.

Guiberti Ravennatenſis Epiſcopi, dicti Clementis Tertii, contrà Gregorium Septimum. 1080

Poſt Alexandrum II. ipſo ejuſdem obitus die 22. Aprilis, anno 1073. Gregorius VII., anteà Hildebrandus, ex Soana in Etruria, Ordinis S. Benedicti, & S.R.E. Cardinalis in ſucceſſorem electus fuit. Henricus Quartus Imperator, ob graviſſima cùm Gregorio diſſidia, ipſum die 25. Junii, anni 1080. per ſuæ factionis Prælatos deponi, & Guibertum Cancellarium ſuum, Ravennatem Epiſcopum ſubſtitui voluit, ſub Clementis Tertii nomine, qui Ravennæ anno 1100. diem clauſit extremum.

Alberti, Theodoti, & Silveſtri, contrà Paſchalem Secundum. 1101

Poſt Urbanum Secundum, Paſchalis Secundus, anteà Raynerius, Etruſcus, 11. Auguſti 1099. ad Pontificiam dignitatem ſublimatus fuit, vivente adhùc præfato Anti-pontifice Guiberto, cujus ſucceſſores Albertus, Theodorus, & Silveſter obiere, ſuperſtite, & pacificè ſedente Paſchali pręfato.

Mauritii Burdini, contrà Gelaſium Secundum. 1119

Gelaſius Secundus Urbani Secundi ſucceſſor, anteà Joannes ex Cajeta, Ordinis S. Benedicti, S.R.E. Cardinalis Cancellarius, anno 1118. die 25. Januarii proclamatur; ſed per Cincium Frangipanum Romà ejectus, Cajetæ prima die Martii ejuſdem anni Presbyter, & S.R.E. Paſtor ordinatur, qui Romam reverſus, iterùm pellitur ab Henrico Quinto Imperatore, qui Mauritium Burdinum, Archiepiſcopum Braccarenſem, ſub Gregorii VIII. nomine ſublimari manda-

vit

vit. Gelaſius in Gallias profugus, Viennenſe Concilium celebravit, & anno 1119. obiit Cluniaci, ubi Calliſtus Secundus, ejuſdem Gelaſii ſucceſſor electus eſt, qui Romam veniens, cum applauſu exceptus fuit. Quare Burdinus Antipapa in Sutrinam arcem ſe recepit: ſed à Civibus captus, in perpetuum carcerem eſt deportatus, anno 1121, adeò a militibus malè affectus, ut vix per Calliſtum à morte eripi potuerit.

1124 Schiſma Theobaldi, qui ſe falsò nominabat Cęleſtinum Secundum, contrà Honorium Secundum, ab aliquibus inſeritur.

1130 Petri Leonis, dicti Anacleti Secundi, contrà Innocentium Secundum.

Gregorius, Joannis de Papareſchis filius, S.R.E. Cardinalis, ex Canon. Lateran. Honorii Secundi ſucceſſor conſtitutus fuit 14. Februarii 1130. ſub Innocentii Secundi nomine. Petrus, Leonis filius, ab aliquibus proclamatus in Pontificem, Anacleti Secundi nomen accepit. Ipſi obſequebantur Romani, Mediolanenſes, Rogerius Siciliæ Dux, aliique plurimi; quarè Innocentius in Galliam ſe recipere cogitur, ejuſq; electio à pluribus Epiſcoporum cętibus legitima eſt declarata. Obiit Anacletus anno 1138. ipſique ſubſtituitur, ſub Victoris IV. appellatione, Gregorius S.R.E. Cardinalis, qui S. Bernardi operà ſpontè ſe abdicans, ſchiſmati finem impoſuit.

1159 Octaviani de Monticellis, dicti Victoris Quarti, Guidonis Cremonenſis, dicti Paſchalis Tertii, Joannis Strumenſis, dicti Calliſti Tertii, & Landonis, appellati Innocentii Tertii, contrà Alexandrum Tertium.

Alexander Tertius Senenſis, anteà Rolandus, Rainucii filius, S.R.E. Cardinalis, ex Ordine Ciſtercienſi, Adriani Quarti ſucceſſor conſtituitur, anno 1150. A quibuſdam factioris proclamatus eſt Pontifex Octavianus de Monticello, ſub Victoris Quarti nomine, ſtatim à Clero, & Populo receptus; ſed comperta deindè Canonica Alexandri electione, ſinguli Alexandro ſunt obſequuti, Victore à ſolo Friderico, de Rubra barba dicto, recognito. Eodem defuncto, ſubſtituti ſunt ſucceſſivè Guido Cremonenſis, ſub Paſchalis Tertii nomine, Joannes Epiſcopus Tuſculanus, ſub Calliſti Tertii appellatione, & Lando, dictus Innocentius Tertius. Intereà Alexander in Gallia ſubſtitit, & poſt tres circitèr annos à Romanis vocatus, victis Pſeudo-Pontificibus præfatis, pacificè ad vigeſimum ſecundum Pontificatus annum pervenit.

Petri de Corbario, Ordinis 1325
S. Franciſci, dicti Nicolai Quinti, contrà Joannem Vigeſimum ſecundum.

Poſt Clementem Quintum, & Sedis per annos duos, menſes tres, & dies ſeptemdecim vacationem, die octava Septembris, anni 1316. Joannes Vigeſimus ſecundus, anteà Jacobus de Oſſa S.R.E. Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis, per compromiſſum ſuper ejus oraculo factum, electus fuit. Cum deindè Ludovicus Bavarus, & Federicus Auſtriacus de imperio contenderent, Joannes Auſtriaci electionem ſubſtinebat. Quare Ludovicus anno 1328. Petrum de Corbario, Ordinis S. Franciſci, in Pontificem eligi curavit, ſub Nicolai Quinti nomine, qui tamen anno 1330. Avenione ad Joannis pedes ſe abiiciens, veniam exoravit, & poſt tres annos obiit in cuſtodia detentus.

Roberti Cardinalis Geben- 1379
nenſis, dicti Clemens Septimus, contrà Urbanum Sextum, & ſucceſſivè Petri de Luna, dicti Benedictus Decimus tertius, & Ægidii de Munio, dicti Clemens Octavus.

Urbanus Sextus, Neapolitanus, anteà Bartholomæus Rignanus, Barienſis Archiepiſcopus, die 8. Aprilis 1378. Gregorii Undecimi ſucceſſor nominatur, dum Populus, præ Conclavis foribus conclamaret, Romanum, vel Italum Papam eligendum, ne fortè Sedes Avenione iterum transferretur. Cumque indè Urbani regimen Cardinalibus plurimis diſpliceret, uſque Fundos ſecedentes, Ur-

bani electionem præ metu nullam fuiſſe aſſeruerunt; ac propterea Robertum Gebennenſem, S.R.E. Cardinalem in Pontificem proclamarunt, ſub Clementis Septimi nomine, qui Avenionem adiit, plurimis ipſi obſequentibus, Francis potiſſimùm, & Hiſpanis. Triginta quatuor Cardinales, tredecim electionibus creavit, obiitque die decima ſexta Septembris, anni 1394. Vigeſimâ octavâ ejuſdem menſis die, ibidem pro eligendo ſucceſſore congregati viginti duo Cardinales, Petrum de Luna Aragonenſem, S.R.E. Cardinalem in Pontificem nominarunt, ſub Benedicti Decimi tertii vocabulo, præmiſſo actu per ſingulos ſubſcripto, eum, qui electus fuiſſet, Pontificatui ad ſacri Collegii petitionem, pro tollendo ſchiſmate renunciaturum. Mox Benedictus à Galliæ Clero, Rege, aliiſque Principibus ad ceſſionem pro bono pacis invitatus, primò protrahere, deindè renuere audens, Avenione in cuſtodia poſitus eſt, undè anno 1402. evaſit, & in Provinciæ Arcem, demum in Peniſcola, Valentini Regni urbem ſe recepit, ubi anno 1424. menſe Septembris deceſſit, duoque reliqui Cardinales ejus ſectatores, Ægidium de Munio, Barcinonenſis Eccleſiæ Canonicum, in Pontificem, Petri de Luna ſucceſſorem ſubſtituerunt, qui Regi Aragonenſi acceptus, mox Cardinales creavit: ſed anno 1429. die vigeſima ſeptima Julii, coram publico cœtu declaravit, non aliter ſuæ electioni annuiſſe, niſi ut Eccleſiæ pacem daret, quare Papatu renunciato, Majoricenſis Epiſcopus fuit conſtitutus. Sic prorsùs ceſſavit hoc ſchiſma, ſupra quinquaginta annis protractum.

Interim Romæ, Urbano Sexto die decima quinta Octobris 1389. defuncto, ſubſtitutus eſt Petrus Thomacellus, Neapolitanus, S.R.E. Cardinalis ſub nomine Bonifacii Noni, cui die prima Octobris anni 1404. è vivis exceſſo, ſucceſſit Innocentius Septimus, Sulmonenſis, anteà Coſmas Melioratus, S.R.E. Cardinalis, jurejurando adſtrictus, ut ad tollendum ſchiſma, etiam cum Pontificatus depoſitione operam daret. Die ſexta Novembris, anni 1406. ſubitâ apoplexiâ ſublatus eſt. Vigeſimâ tertiâ ejuſdem præfati menſis die, ſuffectus fuit Gregorius Duodecimus, Venetus, anteà Angelus Corerius, S.R.E. Cardinalis, præmiſſa ab eo cum reliquis ſponſione, ſe Papatui ceſſurum, ſi Petrus de Luna idem facere non recuſaret. Sed cum uterque firmè in Papatu perſiſtere vellet, coacto Piſis ad Eccleſiæ unitatem Concilio, Seſſione decima quarta, ſub die quinta Junii 1409. declaratum eſt, Benedictum Decimum tertium, & Gregorium Duodecimum, tamquam ſchiſmaticos, & datæ fidei effractores, Pontificatus jure excidiſſe, propterea vigeſimâ ſextâ ejuſdem præfati menſis die, congregati S.R.E. Cardinales, Alexandrum Quintum, Cretenſem, anteà Petrum Philargum, Ordinis S.Franciſci, S.R.E. Cardinalem, in legitimum Pontificem nominarunt, cui poſt decem menſes è vivis erepto, ſucceſſit die 17. Maii, 1410., Joannes Vigeſimus tertius, Neapolitanus, anteà Balthaſſar Coſſa, S.R.E. Cardinalis, eà, ut plerique referunt lege, ut Papatui renunciaret, ſi idem agerent præfati Benedictus Decimus tertius, & Gregorius Duodecimus. Alexander Bononiæ moritur, ubi S. Sedis Legatus aderat Balthaſſar Coſſa præfatus, ibidemque congregatis ad ſucceſſoris electionem Cardinalibus, refertur ab hiſtoricis, Coſſam non paucis ſuffultum militibus, plurima minitatum eſſe, niſi ſibi gratum eligerent Pontificem, pluribuſque productis, neminem ipſi acceptum fuiſſe. Cum tandem rogaretur, ut quem vellet, ſignificaret, date, inquit, mihi Petri clamydem, & ego eam dabo Pontifici futuro: quod cum factum fuiſſet, ſuis humeris pallium impoſuit, dicens, Papa ſum ego. Id cum pluribus diſplicuiſſet, conſultiùs duxerunt cum permittere, quàm hominem terribilem, & armatum irritare. Cum tandem à tota Chriſtiani-

tate

tate proteſtationes fierent, nec ferri poſſet tres ſimùl regnare Pontifices, Conſtantienſe Concilium fuit indictum.

Gregorius, qui Piſano Concilio Aquilejenſem oppoſuerat Synodum, in Conſtantienſi hoc Concilio, Seſſione decima quarta, die verò quarta Julii, anno 1417. miſſis nunciis ceſſit, & Cardinalium Decanus, ac Marchiæ Anconitanæ Legatus creatus fuit. Joannes in ſecunda Seſſione, habita die ſecunda Martii, 1415. formulam legit ſibi oblatam, in qua Papatui renunciare promittebat,ſi alii duo idem agerent, vel obirent; ſed quia id vel coactè, vel incauta mente fecisſet,occultè fugiens, Friburgi, deinde repertus, Conſtantiam reductus fuit, & in duodecima Seſſione, vigeſima nona die Maii præfati anni, per Concilium depoſitus, ipſe etiam renunciationis actum miſit. Deindè à Ludovico Bavaro, Comite Palatino ſub cuſtodia detentus, uſque ad annum 1419., cujus anni die decima quarta Junii,ad Martini Quinti pedes provolutus,Cardinalium Decanus, & Tuſculanus Epiſcopus creatur. Benedictùs contumax à Concilio depoſitus eſt, & excommunicatus; deindè Otho Columna,S.R.E.Cardinalis, ſub Martini Quinti nomine fuit electus. De teterrimo prædicto ſchiſmate obſervandum eſt, populos, quemlibet ex putatis Pontificibus ſequentes, non fuiſſe ſchiſmaticos, quoniam omnia acta dubiæ auctoritatis erant Eccleſiæ Catholicæ. Unde pro quolibet ex memoratis Pontificibus ſtetere Catholiciſſima Eccleſiæ membra, ſanctiſſimique, ac doctiſſimi viri, id in dubio, quod verius videbatur amplectentes. Hac de cauſa potuit in Conciliis procedi contrà ipſos Pontifices, dicique contrà ſingulos depoſitionis ſententia; alioquin Concilia in Summum Pontificem auctoritatem non habent.

1439 Schiſma inter Felicem Quintum, & Eugenium Quartum.

Eugenius Quartus,Venetus, anteà Gabriel Condulmerius,ex Canon. Regul. S. R. E. Card. Martini V. ſucceſſor electus fuit, die tertia Martii, anni 1431. Cum verò idem anno 1432. voluiſſet diſſolvere Baſileenſe Concilium, ac propterea aliud Concilium Ferrariæ, inde Florentiæ convocaſſet, plures permanſere ad Baſileam Patres, qui vocatum, & non advenientem Eugenium deponentes, Amedeum, ſolitariè tunc ad Ripelias degentem,in Summum elegerunt Pontificem, ſub Felicis Quinti nomine, plurimis ipſi obſequentibus, ſed ipſe tum Eccleſiaſticæ pacis, tum devotæ ſolitudinis amator, Nicolao Quinto, in defuncti Eugenii locum ſuffecto,ſpontè ceſſit,anno 1449., per eumdem Nicolaum Sanctæ Sedis Vicariatu, & quamplurimis prerogativis, ac privilegiis decoratus.

Sequuntur alia ſchiſmata.

VIctor Primus in Concilio Romano, ad controverſias de Paſchate dirimendas, quæ quot annis 198
inter Chriſtianos pullulabant, cum decreviſſet, ut die Dominico, poſt lunam decimam quartam celebraretur, detrectarunt Pontificio decreto obtemperare Aſiatici, quos proinde Eccleſiaſtico devovit anathemati; quapropter ſchiſma excitatum eſt, quod uſque ad Concilium Nicænum primum exagitavit Eccleſiam.

Alterum ſchiſma controverſia 256
de inſtaurando hæreticorum baptiſma in Eccleſia excitavit, quod non niſi poſt aliqua ſecula potuit extingui. Vide verbo *Agrippiniani*.

Propè hæc tempora Feliciſſimus contrà Cyprianum inſurgit, & 357
alterum ſchiſma producit. Vide verbo *Feliciſſimus*.

Scindunt Antiochiæ Orientalem 360
Eccleſiam Euſtathiani, & Meletiani.

Idem præſtat in Eccleſia Occi- 362
dentali Lucifer Calaritanus, cum tamen dubium eſſe poſſit, an hic, vel alius fuerit Lucifer: recolenda proindè quæ diximus Tom. 1. verbo *Lucifer*.

Accacius jactat ſemina ſchiſmatis 471

Digitized by Google

Conſtantinopolit. cujus Præſules primatum univerſæ Eccleſiæ affectarunt.

550 Theodorus, Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, trium capitulorum damnationem perſuadens Juſtiniano Imperatori, diſcordias in Eccleſia excitat, quæ per duo ferè ſecula Eccleſiam dilaniarunt.

648 Evulgatio Typi facta per Conſtantem Imperatorem, ſuadente Paulo Patriarcha Conſtantinopolitano, magis ac magis Græcos à Latinis ſcindit.

705 Vitiza Hiſpaniæ Rex, ſuæ ditionis Epiſcopos ſemovet à Romani Pontificis auctoritate.

893 Bonifacius erigitur contrà Stephanum Septimum, à quo ſtatim pulſus fuit; proindè nonnulli ephimerum ſchiſma.

1534 Anglicanum ſchiſma, tempore Henrici Octavi, cujus initia, & progreſſus omnibus penè ſunt nota. Ceſſat ſub Marià, & Philippo Auſtriaco. Mortuà Maria, iterum ſub Eliſabetha inducitur.

III. Schitianus, fuit Ægyptius, genere Saracenus, Ariſtotelicam vitam Alexandriæ imitatus eſt. Circà annum 377., quatuor libros compoſuit, quorum unum appellavit *Euangelium*, alterum *Capitum*, tertium *Myſteriorum*, quartum *Theſaurorum*. Fuit primus auctor Manichæiſmi. Magiæ deditus, in Judæam venit, ubi ex peſtilentià deceſſit. Ejus impietati ſucceſſit Therebintus, cui mox Manes eſt ſuffectus, unde Budneitæ. Ex S. Epiph. hæreſ. 66.

IV. Scotopitæ, iidem ac *Circumcellionet*, qui variis nominibus nuncupabantur.

Scotiniani. Vide *Photiniani*.

XVI. Scripturarii, ſectà ſunt Antilutherani, & adeò arctè ſolam Scripturam profitentur, ut extrà illam nullam admittant traditionem Apoſtolicam, & omnia ſanctorum Patrum ſcripta reiiciant. Aliqui ex Scripturariis per Waterlandiam Paulini vocantur, quia toti ſunt in ſtudio Epiſtolarum ſancti Pauli. Sic refert Lindanus, dubit. dialog. 2.

Sebastianus Castellio, natione Allobrox, quondam Genevæ Ludimagiſter, puriorem linguarum cognitionem ad Theologicam ſcientiam adjunxiſſe ſe putans, impuras manus ad ſacra tractanda admovit, cum novam Bibliorum interpretationem, homo ineptiſſimus inſolenti temeritate molitus eſt, quam, tanquam lethale venenum fugiendam, monet Sixtus Senenſis, lib. 8. hæreſ. 13., eo quòd præter aſſiduas textuum corruptiones, ac perverſiones, ubique plena ſit nefariis adnotationibus, ac laqueis ad exitum lectorum inſtructis: ubi etiam effeminatam latinitatem affectavit. Obiit Baſileæ ætatis annorum 48. Ex Spond. XVI.

1. Poligamiam comprobavit. R. verbo *Bernardinus Ochinus*.

2. Dixit, rem eſſe indifferentem eam ſequi religionem, quam quiſque voluerit. R. verbo *V. fidi*.

3. Cantica Canticorum dixit non eſſe Verbum Dei, ſed colloquium Salomonis, cum Amaſia. R. Auctoritate SS. PP., qui hunc ſacrum Scripturæ librum ſunt interpretati, intèr quos eruditè S. Bernardus Abbas, & Doctor egregius. Tùm quia Eccleſia ſemper Canticorum librum, intèr ſacros libros computavit.

Sebastianus Francus, vixit circà medium ſeculi 16. Serveti erroribus adhæſit, ut ipſemet profitetur in Epiſtolà de abolendis ritibus Eccleſiaſticis. Inſuper paradoxo 89. ſic ſcribit. Templorum, feſtorum, ſacrificiorum, nullus in novo Teſtamento uſus eſt. Aſſerebat etiam omnia peccata mortalia eſſe æqualis malitiæ. XVI.

Sebastianus Munsterus, natione Engelheimenſis, apoſtatavit à religione, quàm Tubingæ profitebatur. Præſtans Mathematicus, & Coſmographus, Hebraicæ linguæ peritus, Baſileæ ex peſte deceſſit, ætatis ann. 63. Edidit verſionem ſacræ Scripturæ corruptiſſimam, linguà Latinà, ſed durà, aſperà, & idiotiſmis plenà, quam, non minùs quàm priorem fugiendam aſſerit Sixtus Senenſis, lib. 8. hæreſ. 13. XVI.

Se-

V. Secundinus, ſectâ Manichęus, ſcripſit ad S. Auguſtinum epiſtolam, ut eundem à Manicheiſmo ad Chriſtianam fidem converſum, iterum à veritate ad Manichæiſmum revocaret. Contra quem S. Auguſtinus librum ſcripſit, in quo Manichæorum inſanias validè profligavit. Vixit circà initium ſeculi quinti. Ex S.Aug. lib.adversùs Secundin.

1. Aſſeverabat Auguſtinum, & reliquos Catholicos errare in fide.

2. Negabat Chriſtum eſſe Unigenitum Filium Patris, ſecundam perſonam in Trinitate. R. Ex Symbolo Apoſtolorum, in quo confitemur Chriſtum Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum. Item ex pluribus Scripturæ teſtimoniis, ubi Chriſtus ſe Patris æterni Filium eſſe aſſerit, dicens: *Ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt*, alibi, *Vado ad Patrem: Aſcendo ad Patrem.* Et paſſim in Euangelio obvii ſunt textus, quibus comprobatur Chriſtum eſſe æterni Patris Filium.

3. Dicebat Deum eſſe mutabilem. R. Ex Scriptura, ubi legitur. *Ego Deus, & non mutor*. Tum quia mutabilitas dicit imperfectionem, cui Deus nequit eſſe obnoxius.

4. Malum eſſe quamdam ſubſtantiam. R. Nam malum culpę nihil aliud eſt, quàm carentia rectitudinis debitæ in operatione, aut omiſſio operationis, cui ex vi legis tenemur ſatisfacere: ergò malum culpæ non poteſt eſſe ſubſtantia, quandoquidem conſiſtit in privativo. De hoc aliàs non ſemel egimus, fulti rationibus. S. Auguſtini,lib.12.de Civ.Dei.

5. Carnes non eſſe edendas,quòd à malo principio creatas eſſe diceret. R. ex iis, quæ dicta ſunt verbo *Gnoſtici*, contrà quos oſtendimus nullas dari creaturas naturâ ſuâ malas. Item verbo *Manes*.

II. Secundus. Hunc ſecundum S. Auguſtinus de hæreſi cap. 12. Secundium nominat, à quo ejus ſectatores nomen fortiti ſunt, Secundiſtæ dicti, vel Secundienſes. Fuit Valentini diſcipulus, vixitque circa medium ſeculi ſecundi. In Aeonibus aſſignandis à magiſtro ſuo diſſentit, quia ſupra numerum à Valentino præfixum, Aeonas multiplicavit. Mulierum communitatem permittebat; & Chriſtum,ſolùm phantaſticè apparuiſſe effutiebat, quos errores jam alibi confutavimus. Ex S.Epiph.hæreſ.32.

Secundus, Ptolemaidis Epiſcopus,tempore Niceni Concilii,nempè anno 328., eo quòd Arianam hæreſim defenderet, fuit à ſacra Synodo condemnatus, una cum Theona ſimilitèr Ariano, Marmaricæ Urbis Epiſcopo. Ex Niceph. lib. 8. cap. 17. IV.

Sectarii vocantur quicumque novam doctrinam propagare ſtudent. Maximè duobus ab hinc ſeculis poſt Lutherum, & Calvinum abundat terrarum Orbis hujuſmodi carbonibus deſolatoriis; & licèt ferè omnes Sectarii ſint invicem diviſi, ità ut penè quot capita, tot ſint ſententię in negotio fidei: nihilominus in hoc conveniunt omnes, ut totis viribus ſtudeant veram fidem oppugnare, quam docet Romana Eccleſia, etiam per inventa mendacia fidem Catholicam objurgare non ceſſantes, potiſſimùm contrà Romanam Eccleſiam, & Pontificem blaterantes. Prætendunt omnes Sectarii vocari Euangelici, & veram ſequi doctrinam Euangelicam, à quâ tamen adeò diſtant, ut vix ampliùs, quid ex Catholicâ religione retineant, apud ipſos ſit invenire: faciliùs Atheiſmum, & Epicureiſmum, apud Sectarios inſtauratum invenies. IV.

Secta Ordinis Apostolorum eadem eſſe videtur, de qua actum verbo *Gerardus Zagarellus*, quæ jam damnata fuerat ab Honorio Papa IV. ſed à *Gerardo*, *Zagarello* inſtaurata, iterum apparuit in Italia. Vide *Gerardus Zagarellus*. XIII.

Seleuciani. Circa annum 380. Seleucius, & Hermias natione Galatæ, nova hæreſi Mundum infecerunt. Ab his Seleuciani, ſive Hermiani nuncupati ſunt, à quibus etiam Maſſaliani originem duxerunt. Seleucianorum IV.

rum errores referuntur, & reprobantur verbo *Hermias*. De his agit S. Auguſtinus hæreſ. 19.

IV. Semiariani. Cum Eccleſia Catholica Filium in Divinis Patri conſubſtantialem conſtantiſſimè aſſerat, & è converſo Ariani negent omnem conſubſtantialitatem inter Patrem & Filium: pro utriuſque partis concordià ſunt, qui propoſuerunt, omiſsà voce *Conſubſtantialis*, Filium ſulùm ſimilem Patri dicendum eſſe, non verò *Conſubſtantialem*. Fortè error iſte ex epiſtola Euſebii Cæſarienſis, quam refert Theodoretus, ortum duxit; quippe ibi, ab antiquo errore etiam poſt Nicænum Concilium non recedens, vocem *Conſubſtantialis*, ad ſignificandam ſimilitudinem detorquet, quod & alii eidem adhærentes fecerunt. Qui ergo in memorata hęreſi fuerunt, Semiariani ſunt nuncupati: qui iterùm apparuere inter ſe ſubdiviſi; alii enim ex Semiarianis ſimilitudinem Filii cum Patre reponebant in ſola voluntate: alii verò in ſubſtantia. Sentiunt aliqui Semiarianos ſic dictos fuiſſe, quòd Spiritum ſanctum creatum eſſe dicerent, ſed Filium verè Patri conſubſtantialem profiterentur. Certum eſt, quòd Semiariani faciliùs convertebantur ad ſanam fidem, quàm Ariani. Celebrarunt Semiariani Concilium Ancyræ, adversùs Arianos, & ſe invicem damnarunt in diverſis conciliabulis. Poſtmodùm Semiariani adhęſerunt hæreſi Macedonianæ, & ex indè Macedoniani ſunt dicti, celebrato ad hoc Lampſaci conciliabulo. Damnati autem ſuerunt Semiariani in Concilio Conſtantinopolitano primo, & in Concilio Sirmienſi. Emerſerunt circà medium ſeculi quarti, & reprobantur, ubi Divinitas Filii, & Spiritus ſancti aſſeritur; ſi enim tàm Filius, quàm Spiritus ſanctus eſt Deus, ut alibi ex Scripturà probavimus, infallibiliter ſequitur, tàm Filium eſſe conſubſtantialem Patri, quàm Spiritum ſanctum. Negant etiam, Chriſtum eſſe verum Sacerdotem. R. verbo *Neſtorius*.

Semichristiani dicuntur, qui cum de Chriſto credant, quæ credenda proponit Eccleſia, in materia tamen rituum ab Eccleſiæ doctrina diſſident. De his agit Hoſius Cardinalis.

Semioalitæ. Cum Acephalorum hęreſis in plures factiones fuerit V.
diſcerpta, ex his una fuit Semidalitarum, ſivè Barſanianorum, qui à Barſanio, ſectà Acephalo nomen ſortiti ſunt. Semidalitæ cum omnia Gajanorum, & Theodoſianorum decreta defenderent, aliquid tamen de ſuo addebant, ut refert S. Damaſcenus, lib. 3. de hæreſi. Quid autem de novo adderent, non conſtat.

Semipelagiani. Ad exactam V.
Semipelagianiſmi notitiam acquirendam, multùm conducit Pelagianorum hiſtoriam, à P. Noris poſtmodùm ad ſacram Purpuram aſſumpto, eruditè conſcriptam percurrere: itęm Petavium conſulere tomo tertio. Semipelagiani ita ſunt dicti, quòd, dum Pelagii errores de Gratia, de libero arbitrio, & prædeſtinatione condemnare voluerunt, in alios impegerunt errores, Pelagianis affines, quibus Pelagianiſmum propugnabant. Ex libris quos ſcripſit S. Auguſtinus de Gratia, & libero arbitrio, de correptione, & gratia, offenſi quidam Epiſcopi, & Presbyteri Galli, qui præfati S. Auguſtini libros ad ſanam S. Doctoris mentem non intellexerunt, Semipelagianiſmum excitarunt: dicti proindè etiam Maſſilienſes, eo quòd præſertim Maſſiliæ reſiderent, qui ex malè intellecta S. Auguſtini doctrina, Semipelagianorum coriphęi ſunt facti. Inter Semipelagianorum proceres conſtituunt aliqui Joannem Caſſianum, qui etiam cognomento dictus eſt Collator, à Collationibus Patrum, quas ſcripſit. Caſſianus, natione Gallus, in Provincià ortus, vitam Monaſticam adoleſcens profeſſus, in Palęſtinam ſe contulit, ubi eum Monachis Ægyptiis aliquando diverſatus, Conſtantinopoli à S. Joanne Chryſoſtomo Diaconus ordinatus, Cleri Conſtantinopolitani legatus ad Innocentium

I. Romam proficiſcitur; & hinc patrias oras, nempè Maſſiliam repetit, ubi ædificato Monaſterio, non mòdicam ſanctitatis famam acquiſivit: quà motus Caſtor Aquenſium Epiſcopus, Caſſianum rogavit, ut commentarios ſcriberet de inſtitutis Monachorum Ægypti. Præſto ſuit roganti Caſſianus, qui itidem ſcripſit Collationes Patrum: ſed in his libris Semipelagianos errores, magis ex inadvertentiâ crediderim, quàm ex malitiâ docuit, quos S. Proſper, lib. contrà Collatorem ſuſcepit refellendos; liber tamen Collationum ab eo errore purgatus, magnæ auctoritatis, & utilitatis eſt, atque à multis ſanctis viris eximiè commendatur. Ex Caſſiani Collationibus Semipelagianiſmum hauſit Fauſtus Abbas Lirinenſis, poſtmodùm Regienſis Epiſcopus. Hic patriâ Britannus, vixit circà medium ſeculi quinti, inter Semipelagianorum proceres recenſitus.

Jam nobis explicandum, in quo Semipelagianorum error conſiſteret, cum ex ipſa nuncupatione conſtet fuiſſe ſic dictos, quia partim cum Pelagianis ſentiebant, & partim à Pelagianis diſſentire debuerunt.

Capitalis Semipelagianorum error fuit, initium aliquod juſtitiæ, ac ſalutis eſſe à nobis, nimirùm fidem, & voluntatem aliquam ſalutis obtinendæ: quæ voluntas obtinendæ ſalutis, ſub operis nomine non eſt recenſenda, aut juſtitiæ operibus ad numeranda, ſicut deſiderium obtinendę ſanitatis, quod in ægroto præcedit operam medici, intèr medicinæ opera non numeratur. Cętèrùm aſſerebant Semipelagiani, pręfatis fidei, bonæque voluntatis initiis promoveri homines ad Chriſti gratiam, quod idem eſt, ac aſſerere gratiam interiorem, eſſe quidem neceſſariam ad conſumationem operis, non verò eſſe neceſſariam ad initium operis. Conveniunt in primo cum Pelagianis, & ab eiſdem diſſident in ſecundo, & ideò Semipelagiani ſunt dicti, initium bonorum operum dantes ſoli hominis libero arbitrio, conſumationem bonorum operum à ſola gratia eſſe confitentes; quod expreſsè negabant Pelagiani, qui dicebant, internam Chriſti gratiam non eſſe neceſſariam ad perficienda opera ſalutis, ſed à Chriſto conferri ſolummodò ad faciliùs, ac meliùs perficienda opera ſalutis; cęterùm liberum hominis arbitrium de ſe ſolo ſufficere ad præſtanda opera ſalutis, & ad acquirendam vitam æternam.

Reprobata fuit Semipelagianorum doctrina in Concilio Arauxicano ſecundo, celebrato anno 529. Can. 5., & 6., ubi legitur: *Si quis ſicut & augmentum, ita & initium fidei, non per gratię donum, ſed naturaliter in nobis eſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus adverſarius probatur, B. Petro dicente, qui cæpit in nobis opus bonum, perficiet.* Item certum eſt, quòd omne bonum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum: ergo liberum arbitrium non habet in ſe ſalutis æternę ſemina, nec poteſt ſinè gratiâ, in ſolo deſiderio fidei gratiam mereri, & gratiam ad ſe trahere, ſicut contendunt Semipelagiani, quos convincit argumentum, deſumptum à parvulis, quos Deus ſalvat. Parvuli enim, cum nondum ſint capaces rationis, non poſſunt habere initia fidei, & bonorum operum, quæ (ut aſſerunt Semipelagiani) ſuppeditantur unicuique à libero arbitrio, & tamen ſi decedant cum Baptiſmo, ſalvantur. Ergo initium ſalutis eſſe nequit à libero arbitrio; Deus enim eſt, qui operatur in nobis velle, & perficere: neque ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt: nemo poteſt venire ad Jeſum, niſi fuerit ei datum à patre luminum: ergo non habemus ex nobis primordia fidei, nec à nobis poſſumus petere, quęrere, & pulſare ad ſalutem, niſi Deus dederit.

Reprob. adhuc fortiùs potiſſimus Semipelagianorum error, ex primâ ad Corinth. 4. *Quis te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi*

non acceperit? Quo pręcipuè teſtimonio, ait S. Auguſtinus lib. de Prędeſtinatione Sanctorum, cap. 3. *Etiam ipſe convictus ſum, cum ſimiliter errarem, putans fidem, quâ in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe in nobis.* *Etenim*, ut ait S. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, cap. 4. *In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit.* Si autem fides, aut ejus initium à nobis eſſet, poſſet qui crederet, ſeipſum à non credente diſcernere; poſſet & de ſua fide, tanquam proprio bono gloriari: attamen id expreſſè negat Apoſtolus: *Quis enim* (ait rurſus ad Rom. 11.) *prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* 2. ad Corinth. 3. *Non quòd ſimus ſufficientes aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Ex quo loco S. Auguſtinus, libro de Prædeſtinatione Sanctorum, cap. 2. invictè refellit Semipelagianos. *Nullus*, inquit S. Doctor, *credit aliquid, niſi priùs cogitaverit eſſe credendum .... Et ipſum credere, nihil aliud eſt, quàm cum aſſentione cogitare. Non enim omnis qui cogitat, credit ... Sed cogitat omnis qui credit, & credendo cogitat, & cogitando credit*, ergo concludit S. Auguſtinus, *Non ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, quod ſinè cogitatione non poſſumus, ſed ſufficientia noſtra, quâ credere incipiamus, ex Deo eſt .... Unde in omni opere bono, & incipiendo, & perficiendo ſufficientia noſtra ex Deo eſt: ita nemo ſibi ſufficit vel ad incipiendam, vel ad perficiendam fidem, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, quoniam fides, ſi non cogitetur, nulla eſt; & non ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.*

Reprobantur 3. rationibus Theologicis. Prima petitur ex ipsâ naturâ gratię, quę planè gratuita eſt, nec meritis humanis rependitur; atqui ſi initium fidei eſſet à nobis, ejus verò incrementum à Deo eſſet, propter bonum voluntatis affectum ad credendum, qui pręcedit, gratia fidei gratuita non eſſet, ſed ex merito boni illius affectus naturalis concederetur, quę ſententia in ipſum planè dogma Pelagii recidit. Sic arguit S. Auguſtinus, lib. de Prædeſt. Sanctorum, cap. 2. *Non ergo*, inquit, *recedetur ab eâ ſententiâ, quam Pelagius ipſe in Epiſcopali judicio Palæſtino damnare compulſus eſt; gratiam Dei ſecundùm merita noſtra dari; ſi non pertinet ad Dei gratiam, quòd credere cœpimus.*

Secunda ratio petitur ex conditione fidei, quę cum ſit totius ſalutis baſis, ac fundamentum, æquè neceſſaria eſt gratia ad fidem, ejuſque initium, ac ad ſalutem ipſam; atque initium fidei, ſivè pius credulitatis affectus, inter bona opera computari debet, cum indè bonorum operum ſeries, ac ſalus ipſa pendeat. Quòd ſi primum illud ſalutis initium eſt à nobis, falſa erit hęc Apoſtoli ſententia ad Rom. 11. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* Falſa pariter eſt iſta; *Quis te diſcernit? Quid habes quod non accepiſti?*

Tertia demùm ratio petitur ex naturâ Divinę prędeſtinationis, & electionis, cujus fundamentum penitùs tollitur: Non enim ſalvæ fierent reliquię, ſecundùm electionem gratię, ut Apoſtolus prędicat ad Rom. 4. ſed juxta meritum naturę, & bonum uſum liberi arbitrii.

Quia autem Semipelagiani id ipſum quod de fide, de bonis etiam operibus, ac de oratione aſſerebant, ſcilicet, gratiam actionibus liberi arbitrii præveniri; non eſt opus multiplicare argumenta contrà ipſos, ſed illa eadem, quæ contrà eorum errorem, circà fidem protulimus, etiam ad ſingulos ſimiles errores impugnandos producimus; quos egregiè confutavit S. Proſper Aquitanicus, edito poemate nobiliſſimo *contra Collatorem*, qui præ cęteris ſcripſit duos de gratia, & libero arbitrio libros, in quibus S. Auguſtini doctrinam totis viribus impugnare eſt aggreſſus,

Digitized by Google

multa S. Doctori incommoda affingens. Vide Natal. Alex. Tom. 3. & 5. ubi de initio, & progreſſu Semipelagianorum copioſiſſimè ſcripſit. Caſſiano & Fauſto, etiam Vincentius adſtipulatur, atque Gennadius Maſſilienſes Presbyteri, ſicut & Severus Sulpitius, ſed hos omnes ab errore reſipuiſſe, concors eſt ferè omnium Scriptorum aſſertio. Errores autem, qui Caſſiano numero undecim imputantur, per extenſum referuntur à Petro Ciaconio, viro eruditiſſimo, in fine ejus libri Lugduni editi, anno 1606. quarum propoſitionum explanationem, ibidem exhibet præfatus Ciaconius, Caſſianum ab omni erroris nęvo vindicaturus.

XVI. SEMILUTHERANI. Commune eſt hoc nomen illis, qui cum Lutheri doctrinâ, alia nova dogmata compaginant. Tales ſunt Interimiſtæ, Adiaphoriſtæ, Luthero-papiſtæ.

XVI. SEMIOSIANDRINI, ſuſtinent cum Oſiandro contrà Antioſiandrinos in futurâ vitâ oportere hominem eàdem juſtitiâ, quâ Chriſtus eſt juſtus, juſtificari: & contra Oſiandrum pro Antioſiandrinis aſſerunt, imputativè hominem eſſe juſtum in hac vita. Ex Staphilo.

XVI. SEMITRANSUBSTANTIATORES ſunt illi, qui circa annum 1540. tranſubſtantiationem admittentes, dicebant ſubſtantiam Corporis Chriſti, accedere ad ſubſtantiam panis ſub panis ſpecie, & ſubſtantiam Sanguinis ad ſubſtantiam ſimilitèr vini: & particulam *Trans* volebant idem ſignificare, ac *præter*, id eſt in Euchariſtiâ, præter panem, eſſe Corpus, & præter vinum, eſſe Sanguinem. In Euchariſtiâ remanere ſolas ſpecies panis & vini, non autem ſubſtantiam, conſtans eſt Eccleſiæ aſſertio, & fides. Ad Theologos ſcholaſticos lectorem remittimus, ut meliùs percipiat quid ſit, & in quo conſiſtat tranſubſtantiatio, quæ de ſuo formali conceptu, dicit mutationem unius ſubſtantiæ totalitèr deſinentis, in novam ſubſtantiam. Ex quo ſequitur, non poſſe ſubſiſtere Semitranſubſtantiatorum ſententiam, qui particulam *Trans* idem exprimere contendunt, ac *prætèr*, ſicque in Sacramento Euchariſtiæ ſubſtantiam panis, unà cum ſubſtantiâ Corporis inveniri docent, cum tamen, manente primâ ſubſtantiâ, dici nequeat in bono ſenſu philoſophico fieri tranſubſtantiationem, quę de ſuo formali conceptu, dicit deſitionem primæ ſubſtantiæ, & acceſſionem novę ſubſtantiæ.

SENECA PELAGIANUS. Anno Chriſti 493. Gelaſio Pontifice Maximo, miſerabilis quidam ſenex, Seneca nomine, *non modò totius eruditionis alienus, ſed ipſius quoque intelligentiæ communis prorſus extraneus*, ut Gelaſius loquitur, Pelagianam hæreſim in Piceno ſuſcitavit, ejuſque duo protiſſimùm propugnavit capita. V.

1. Injuſtum eſſe, ut creatura Dei, ſinè ullis propriis actionibus cuiquam peccato gignatur obſtricta; injuſtumque eſſe Deum, ſi infantes rei efficiantur, antequàm nati.

2. Hominem per liberum arbitrium, bono ſuffragante naturæ, beatum effici. Prætereà, ut peſſimo lenocinio ſectam promoveret, Congregationes decoroſiſſimas (ut loquitur Gelaſius) virorum, cum ſacris virginibus inſtituerat. Eò venerat amentiæ, ut Presbyterum ſibi non acquieſcentem, communione privaverit. Tandem SS. Hieronymum, & Auguſtinum verbis procaciſſimis lacerabat. *Adhuc*, inquit Gelaſius, *majus ſcelus accreſcit, ut ſub conſpectu, & præſentia Sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum, atque Auguſtinum, Eccleſiaſticorum lumina magiſtrorum, muſca moritura, ſicut ſcriptum eſt, exterminans oleum ſuavitatis, lacerare contenderet*. Hunc laudatus Pontifex, omneſque erroris ſocietate conjunctos, ab Eccleſiæ communione removit, atque de eâ re graviſſimam, & doctiſſimam epiſtolam ad omnes Piceni Epiſcopos, per Romulum Diaconum perferendam dedit, quâ eorum in primis ſocordiam, & negligentiam in cuſtodiâ gregis, in

hæreticorum coercitione, & in Canonum obſervantiâ redarguit.

XVI. SEPARATI. Vide *Spirituales*.

XVI. SEPULCHRALES, ſectâ ſunt Anti-Chriſtiani: ortum habuerunt anno 1564. teſte Sandero, hæreſ.224.

1. Negant Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, ſcilicèt ad Limbum Patrum, & nomine inferi intelligunt ſepulchrum, in quo dicunt, Chriſti corpus uſque ad reſurrectionem quieviſſe. Hujus ſententiæ fuit quidam miniſter, nomine Rodulphus Gualterus, qui homil.101. in Marcum, ait, Monachorum, & Sacrificulorum ſuperſtitiones, cum Limbo Patrum, Purgatorium quoque fabricaſſe. R. Non modò à Symbolo Apoſtolorum, ſed à Concilio Toletano quarto, celebrato ſub Honorio Primo, anno 633. à Lateranenſi ſub Innocentio Tertio, in quibus confitetur deſcenſus Chriſti ad inferos, ut animas, quæ illic detinebantur, erueret. Inſuper ex Act. Apoſtolorum, cap. 2. teſtimonio D. Petri comprobatur, Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, & liberaſſe illic exiſtentes. Probatur etiam Chriſtum deſcendiſſe ad Inferos ex verbis Eccleſiaſtici cap. 24. verſ.45. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino*. Ex quibus verbis ſic argumentari liquet. Si nomine inferi venit ſepulchrum, utique hoc non erat in inferioribus partibus terræ, neque ibi erant alii dormientes, neque mortuorum corpora capacia ſunt illuminationis: ergo dicendum, nomine inferi non venire ſepulchrum, ſed limbum SS.PP., ad quos Chriſtus venit, ut eos liberaret. Sed & omnes SS.PP. tam Orientales, quàm Occidentales expreſſis verbis mentionem faciunt de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos, quandiù ejus corpus fuit in ſepulchro.

VII. SERGIUS, parentibus Jacobitis, in Syriâ natus, cum magnę eſſet expectationis juvenis, potiſſimùm in ſacris literis eruditus, eligitur Epiſcopus Conſtantinopolitanus ineunte ſeculo ſeptimo. Sed cum poſtmodùm in Monothelitarum hæreſim incidiſſet, ſeduxit Imperatorem Heraclium in ſuam ſententiam, & impiam *Ectheſim* compoſuit (Ectheſis autem idem ſonat, ac expoſitio fidei) quam Heraclius ſuo nomine promulgavit. Triginta, & ampliùs annis Conſtantinopolitanæ Sedis occupator. Ejus memoria in ſexta Synodo damnata fuit, celebrata anno 681. Sergii doctrinam impugnavit Sophronius: quâ de re conqueſtus Sergius, ſcripſit ad Honorium Pontificem, ſed adeò ſubdolis verbis, ut Honorius crediderit Sergium in verâ fide perſiſtere, cum tamen à fide Orthodoxa omninò eſſet alienus. Hinc nihilominùs factum eſt, ut Honorius à ſubdolis verbis Sergii deceptus, ad eundem quaſi orthodoxum humaniſſimè reſcriberet, quæ literæ paterno cumulatæ affectu Honorii ad Sergium, anſam dederunt, ut plures crediderint Honorium Monothelitarum ſententiæ adhęſiſſe, cum reverà Honorius ſemper in vera fidei confeſſione perſtiterit, & nonniſi à ſubdolis verbis Sergii deceptus, ad eumdem, quem tanquàm veræ fidei aſſertorem crediderat, quaſi ejus fidem commendans, reſcripſiſſet. Ex Niceph.lib.18.cap.54.

SERGIUS alius, à Cœnobiticâ VI.
vitâ factus apoſtata, ut cum Arianis, & Neſtorianis ſocietatem iniret, ſe Pauli Apoſtoli diſcipulum jactabat, imò ſe Paraclitum, ac lucidam ſtellam mentiens, quàm plurima perpetravit nefanda ſcelera, & intulit Eccleſiæ Orientali damna. In Arabiam proficiſcens, Mahumeto ſe comitem adjunxit, eidemque falſam inſpiravit doctrinam, quem etiam Scripturæ ſacræ depravationem docuit, ſicut & multas leges, quas poſtmodùm Mahumetes in ſuo Alcorano promulgavit. Cum verò adhuc eſſet in Oriente, præter Neſtorii errores, de ſuo addidit, fornicationem non eſſe peccatum, imò potiùs beneficium: & nomine fornicationis à Deo prohibitæ, docebat intelligendam eſſe defectionem à doctrina, quam

ipſe promulgabat, cujus doctrinæ ſequaces, dicti ſunt *Sergitæ*. Sergius verò inſtante Imperatoris edicto, contra Manichæos publicato, immaniter aſciâ, quam manu tenebat, peremptus fuit. *Ex Petro Siculo*. Errores verò Sergii reprobantur, verbo *Florinus*. Vide etiam *Mahumetes*.

IV. SERRAS, pertinaciſſimus in defenſione Arianæ impietatis, circa annum 363. in congregato Concilio ſub Conſtantio Imperatore, & Liberio Summo Pontifice, unà cum Aetio, Acacio & Eudoxio dicere auſus eſt, omninò delendam eſſe hanc particulam *ejuſdem ſubſtantiæ*, traditam à Concilio Nicæno, & æquè reiiciebat vocem *ſimilis*, approbatam in conciliabulo Sirmienſi, quamvis à PP. Catholicis in Ariminenſi Synodo reprobatam. Filium itaque omnino diſſimilem Patri, tàm ſecundùm ſubſtantiam, quàm ſecundùm voluntatem aſſeruit, & quòd ex non extantibus eſſet, impiè ſuſtinebat, firmans ſuam ſententiam hoc Arii argumento. Quæ diſſimilitèr proferuntur, ſunt diverſa ſecundùm ſubſtantiam: Unus Deus Pater, ex quo omnia; & unus Dominus Jeſus, per quem omnia: diſſimile autem eſt: *Ex quo*, & *per quem*: Ergo Filius diſſimilis eſt Patri. Cui argumento ſic reſpondebant Catholici. Si non ex extantibus eſt, neque creatura, neque ex aliâ ſubſtantia eſt Dei Verbum: Ergo conſubſtantiale eſt Genitori Patri, eſt Deus de Deo, lumen de lumine, eamdemque habet cum Genitore ſubſtantiam. Quòd aut ei Dei Verbum conſubſtantiale Patri ſit, probat antiqua Patrum ratio ex Euangelio, quoniàm *omnia per ipſum facta ſunt*: ergo ipſum Verbum inter omnia facta non comprehenditur: & ideò factum non eſt; non enim idem per ſe ipſum fieri poteſt: eſt ergo Deus, atque ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ. Gloriabatur inſuper Serras, ſibi Deum revelaſſe, quæ Deus hactenus celaſſet Apoſtolis. Condemnatus fuit à ſacrâ Synodo Conſtantinopolitanâ, unà cum Stephano, Heliodoro, & Theophilo.

SETHIANI, circa medium ſecundi ſeculi, ex Valentino hæretico emerſerunt, à Seth filio Adæ, quem adorabant, nomine ducto. Plures conſcripſerunt libros ſub nomine magnorum virorum, nempe ſub nomine Seth libros ſeptem, alium ſub nomine Abraham, alium ſub nomine Moyſis, & alios ſub nomine aliorum Patriarcharum, alios demum, quos alienigenos vocabant. Finxerunt Cain, & Abel ab Angelis eſſe creatos, & propter hos, magnas inter Angelos contentiones extitiſſe, atque ob hanc cauſam, illam virtutem, quæ ſuper omnes virtutes eſſet, quam matrem pronunciabant, Abel interfecto, voluiſſe concipi ejus loco Seth, purum ſemen, ut evacuarentur Angeli illi, qui duos priores illos homines condidiſſent. Permixtiones autem Angelorum, & hominum iniquas fuiſſe, ideoque illam virtutem matrem, ad vindictam diluvium induxiſſe, ut & illum permixtionis ſemen tolleretur, & ſolùm ſemen purum conſervaretur. Sed inſcia matre virtute, illos, qui ſemen priùs inſtituiſſent, in arcam miſiſſe etiam ſemen Cain, quo ſemen malitiæ non periret, ſed poſt diluvium exemplo cæterorum excreſceret, ac totum orbem impleret, & occuparet. De Chriſto autem ſic ſentiebant, ut ipſum Seth eſſe dicerent, aut loco Seth fuiſſe ſubſtitutum. Hæc omnia deliria ſunt, vel quæ impugnentur indigna. Quamvis aliqui ex antiquis Patribus, ut S. Juſtinus Martyr, & Severus Sulpicius exiſtimaverint, Angelos (quos corporeos opinabantur) coiviſſe cum mulieribus, & filios procreaſſe; cujus rei causâ diluvium contigerit; modò tanto lumine Deus illuſtravit Eccleſiam, ut error iſte prorſus eliminatus ſit. Vide S. Auguſt.lib.15. de Civit.Dei, c.23., & S.Chryſoſt.in c.6.Geneſ. II.

SERVETIANI. Vide *Michael Servetus*. XVI.

SEVERIANI, à Severo Tatiani heretici diſcipulo nominati ſunt, circa annum 174. Tatianum, & Severum im- II.

impugnarunt Clemens Alexandrinus, & Origenes. Obtrectabat Severus S. Paulo, & omnes ejus Epiſtolas reiiciebat, ſicut, & vetus Teſtamentum, nec non Acta Apoſtolorum. Ex Euſeb. hiſt. lib. 4.

1. Negabat carnis reſurrectionem. R. verbo *Baſilidiani*.

2. Docebat non licere veſci carnibus. Rep. Quia nullibi in novo Teſtamento Deus prohibuit uſum carninm, & ſolummodò diebus ab Eccleſiâ prohibitis, à carnibus abſtinentiam ſervandam, probavimus contra Carloſtadium. Cæterùm, cum animalia Deus creaverit propter homines, ſequitur licitum eſſe veſci carnibus, cum potiſſimùm per hunc cibum neceſſitas humanæ imbecillitatis ſublevetur. Ipſum Dominum Jeſum agnum Paſchalem manducaviſſe conſtat; invitatus ad prandium, id manducabat, quod in omnium uſu erat, ut apud Phariſæum, Simonem leproſum, & in nuptiis Canæ Galileæ; unde & Diſcipulis injunxit: *Manducate, quæ apponuntur vobis*.

3. Docebat etiam abſtinentiam à vino, tanquam à ſatana genito, & fœminas à ſatanâ genitas, ſicut, & dimidiam partem hominis, nempè à lumbis uſque ad pedes effutiebat. Hinc deducebat conjugatos in procreatione, opus dæmonis perficere: quæ ineptiæ potiùs riſu ſpernendæ, quàm rationibus reſellendæ occurrunt.

VI. Severus. Ab hoc alio Severo, etiam alius Severianorum ſurculus dimanavit. Hic ex parentibus Gentilibus in Piſſidia genitus, idolorum cultor, in juvenilibus lubricitatibus immerſus, magiæ applicuit, de quo crimine accuſatus, ut pœnam fugeret, in Syriam ſe contulit, ubi Baptiſmo recepto, aliquandiù inter Monachos eſt converſatus: ſed hæreticus detectus, à Monaſterio expulſus, Conſtantinopolim ad Imperatorem Anaſtaſium ſe tranſtulit, in cujus gratiam cum ſe inſinuaſſet, expulſo Flaviano legitimo Antiocheno Epiſcopo, dictà Sede occupata, anno 512. Eutychetis errores promulgare cœpit, & Monachos hæreticali doctrinæ ſe opponentes, immaniter eſt divexatus. Succedente Juſtino Anaſtaſio, Severi impietate reclamante expulſus, etiam ad linguę abſciſſionem fuit condemnatus. Ad evitandam pœnam Alexandrię aſylum invenit, ubi cum aliquibus ſuis ſequacibus ſuam impietatem promulgans, creditur corruptįcolarum auctor. Ab Agapito Papa excommunicatus, etiam à Juſtino Imperatore in ſolitudinem relegatur, ubi pertinax in ſuis erroribus deceſſit. Ex Bar. anno 511., & 535.

Sibranous Lubertus, de quo montionem facit Bayl. in Dict. Crit. unus fuit ex rigidioribus Calvini aſſectatoribus, & ex acerrimis Worſtii inſectatoribus. In Synodo Dordrectenſi validè exagitavit Remonſtrantes: Socini libros de Servatore publicavit; quapropter Socinianorum factionem auxit. Sibrandus itaque dictus Lubertus, natus eſt in Friſia, & in Bremenſi Collegio humanioribus literis addictus, in Academia Witembergenſi Hæbraicam linguam adeptus, in urbe Gebennenſi Theodori Bezæ auditor fuit. Heildebergæ Theologię laureà decoratus, in hac facultate ad plures annos ſe exercuit. Plurimùm laboravit, ut eruditiſſimi Cardinalis Bellarmini argumenta enodaret, ſcripto opere, cui titulum præfecit *Antibellarminus*. Librandi erroneas propoſitiones, collegit Worſtius nu. 14. & ſunt ſequentes. XVII.

1. Deum pręordinaſſe homines, pleroſque ad inevitabilem, ac ſempiternum cruciatum, abſoluto ſuo beneplacito.

2. Deum præordinaſſe homines ad ipſum peccatum, & peccandi neceſſitatem.

3. Deum elegiſſe quoſdam abſolutè, citrà reſpectum fidei in Chriſtum, etiam in ordine executivo.

4. Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus hominibus, ſed tantùm pro paucis illis abſolutè electis.

5. Deum nequidem velle eos

om-

omnes ſalvos fieri, quibus Euangelium prædicatur.

6. Deum nolle his omnibus ſufficientem, ac neceſſariam converſionis gratiam largiri.

7. Quotquot convertuntur, irreſiſtibili quadam Dei virtute converti.

8. Semel converſos, nunquam poſſe à gratia excidere, aut fidem ſuapte culpa amittere.

9. Chriſtum non inceſſiſſe eadem virtutis, & ſanctitatis via, quam nobis monſtravit,

10. Chriſtum non eſſe adeptum eam felicitatem, quam aliis promiſit.

11. Chriſtum velle, ut omnes firmiter credant, ſe electos eſſe, licèt hoc falſum ſit.

12. Fidem vivam, quatenus viva eſt, nullo modo nobis imputari ad juſtitiam.

13. Eamdem fidem vivam non eſſe (ſaltem juxtà Pontificios) juſtitiam nobis inhærentem.

14. Pœnitentiam eſſe ſimplicitèr poſteriorem juſtificatione. Hos errores jam alibi reprobatos exhibuimus. Vide verbo *Juſtificatorii*, *Janſeniani*, *Calvinus*.

XVI. Significativi, ſunt ex Sacramentariorum familia. Ex Lutheri, deindè Carloſtadii, & Zuinglii ſcholà prodierunt, aſſerentes, in Sacramento Altaris non eſſe verum Corpus Chriſti, ſed tantùm Corporis ſignum. R. ubi realitas exiſtentiæ Corporis Chriſti contra Sacramentarios., & alios hæreticos comprobatur. De his agit Staphilus.

XVI. Silentiarii, qui ſententiam ſuam proferre rogati, ſilent, & obmuteſcunt, quià non multiloquium tantùm vitandum cenſuere, ſed & privatas, & publicas ſuper religione concertationes, eo quòd mundum non eſſe dignum exiſtiment, cui prædicetur Euangelium. Orti ſunt anno 1543. etiam *Tacentes* nuncupati.

R. ex Chriſti verbis: *Ite, & prædicate Euangelium omni creaturæ*. Prædicationi Euangelicæ ſemper per ſuos operarios inſudavit Eccleſia.

Silvanus Tarſenſis Epiſcopus, anno 372. militavit inter Semiarianos, qui confitentes contra Arianos in Dei Filio Divinam ſubſtantiam, nolebant tamen cum Orthodoxis aſſerere ejus conſubſtantialitatem. Fraudulentèr egit Silvanus apud Liberium Pontificem, tunc, cum Semiarianorum legatum agens, Romam ſe conferens, coram Pontifice, cum ſimulatè dixiſſet, ſe cum ſuis fidem Nicœnam circà doctrinam conſubſtantialitatis profiteri, in communionem à Liberio fuit receptus, & dimiſſus cum gratulatoriis literis Pontificiis ad Orientales. Sed tantùm abſuit, quòd cum fide Nicœna, ſicut Romæ profeſſus erat, ſentiret, ut magis exaſperans Semiarianorum ſe coriphæum exhibuerit. Ab hoc Silvano denominati ſunt hęretici Tarſenſes, qui iidem ſunt ac Semiariani. Damnatus fuit Silvanus Conſtantinopoli in Concilio, ſub Theodoſio Imperatore congregato. IV.

Simon Simonius, Calvini erroribus contaminatus, vixit circa medium ſeculi 16. Negat per Divinam omnipotentiam effici poſſe, quòd Corpus Chriſti ſit in Euchariſtiâ. Reprob. verbo *Anabaptiſtæ*, *Antipapi*. XVI.

Simon Magus, Patriâ Samarita, in vico Gittoni dicto natus, primogenitus ſatanæ, & Patriarcha hæreticorum, magicis artibus ſummè deditus, plures dementavit, & primò quidem Samaritas ſeduxit, à quibus ſub Jovis ſimulacro, tamquam Deus adorabatur. A Philippo Diacono baptizatus, cum Apoſtolos per Spiritus ſancti gratiam mirabilia operari animadverteret, ad gratiam miraculorum obtinendam, pecuniam Apoſtolis obtulit: ex quo Simoniaci ſunt nuncupati, quicumque res ſacras venales faciunt; acerrimè proindè à D. Petro objurgatus, Romam ſe contulit, ut D. Petri adventum præveniret; ubi in Neronis gratiam per magicæ artis excellentiam introductus, ſuarum magicarum operationum Romanos habuit admiratores, & penè ado- I.

rato-

ratores. Concubinam ſuam, Helenam dictam, Spiritum ſanctum eſſe effutiens, ſe Deum Patrem omnipotentem eſſe gloriabatur. Cum Neroni promiſiſſet, ſe brevi volaturum ad cœlum, die volatus publicatâ, magno populi concurſu, ope dœmonis jam erigebatur ad nubes; cum orante D.Petro,aufugientibus dęmonibus, inopinato præcipitio crurifragium ſubiit: ex quo ſummo dolore concepto, paulò poſt vivere deſiit, cum multos promulgaſſet errores, fœminarum communitatem permittens.Se Chriſtum etiam fuiſſe aſſeruit, qui apparenter tantùm paſſus fuiſſet in Judęa. Cęterùm adeò execrandæ fuerunt in luxurioſâ vitâ Simonis abominationes, ut calamus horreat eaſdem reſcribere. Et certè, ut ait Theodoretus, hæretic.fabul. lib. 1. ſi quis vellet perſequi omnes fabularum ineptias, multis libris opus eſſet. Ex radice etiam amariſſima Simonis, exorti ſunt plures alii hæretici, qui tamen cum ejus impiæ ſectæ parvas mutationes excogitaſſent,non diù durarunt, ſed oblivioni omninò traditi ſunt. Hujuſmodi fuerunt Doſithiani, Celeobiani, Gortheni, Masbothęi, Adrianiſtæ, Euthychiſtæ, Caniſtæ, de quibus brevitèr ſuo loco diſſeruimus. Mundum etiam ab Angelis factum effutiebat Simon, quibus barbara nomina pro libito impoſuit. Angelos autem ab aliis virtutibus procreatos mundum fefelliſſe, quorum errores ipſe correcturus venerat, qui ſe virtutem Angelis ſuperiorem jactabat. Carnis reſurrectionem negavit. Homines etiam dixit non eſſe liberi arbitrii, & ſinè operibus ſalvari per gratiam, quam ipſe daret: quos errores jam alibi abundè confutavimus.

I. Simoniaci, volentes dona gratiæ, & fidei poſſe pecuniâ comparari, reprobantur ex verbis D.Petri in Actib.Apoſtol.cap.8. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecuniâ poſſideri.* Pluribus in Conciliis damnati ſunt Simoniaci, præcipuè in Toletano, ſub Adeodato Papa, anno 675. Contra Simoniacos ſcripſerunt ferè omnes SS.PP. & Theologi, inſiſtentes verbis, quæ Chriſtus ad Apoſtolos habuit, cum ad prędicandum Euangelium illos deſtinavit, quæ leguntur Matth. 10. *Gratis accepiſtis, gratis date.* Ratio etiam ſuffragatur, nam qui vendit ſpiritualia, credit, ſive opere ipſo profitetur, ęque eſſe bonam pecuniam, ac res ſacras, comparat temporalia, cum ſpiritualibus, inter quæ conſtat nullam eſſe ęquiparantiam. Tum quia, qui vendit,debet eſſe dominus rei vendibilis, Eccleſiaſtiçi autem non ſunt domini rerum ſpiritualium, ſed tantùm miniſtri, & diſpenſatores, juxtà illud ad Corint.1.c.4.*Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Multoties homines ſe ipſos fallunt inani quadam ſpeculatione, qua ſibi perſuadent liberos ſe eſſe à ſimoniaca labe in dando, aut accipiendo temporalia ſpe, aut conſecutione ſpiritualium, ſive iiſdem annexorum, illi innixi principio, quòd ſimonia mente committitur. Sed in re admodùm periculoſa feriò examinare intrà ſe unuſquiſque tenetur, an in facto regat animum ejus illa ratio ſpeculativa,quâ ſe excuſatos autumant; an verò humana cupiditas. Nihil enim prodeſt, invenire rationem, quâ excuſeris ſpeculativè, ſi voluntas practicè depravata ſit. Quod annotare libuit, proptèr rei pravitatem.

Simplices. Eugenius IV. anno Chriſti 1442., Pontificatus ſui XV.

Bartholomæum Rapacium, Florentinum, Epiſcopum Cononenſem, XII.
virum religione, & eruditione præſtantem, ad hæreſim, quæ *Simplicis animi* nomine, per aliquot Hungariç, & Poloniæ regiones vagabatur compeſcendam, extinguendamque deſtinavit Inquiſitorem, qui rem felicitèr Deo favente peregit. Hujus hæreſis errores quales fuerint, compertum non habeo. *Lib. de rebus Hungar. Auctore Fr. Sigiſmundo Ferrario.*

IV. Siſinius, Novatianorum ſectæ præfuit. Factus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ad oſtentandam morum puritatem, veſte alba induebatur. Potiſſimùm in dialecticâ, & in arte dicendi ſe exercuit; undè cum dicendi gratiâ excelleret, plures ſeduxit. Ex Niceph. lib. 22.

XVI. Smidelinus, vixit circà medium ſeculi decimi ſexti. Ejus vitæ compendium, ex vita Theologorum Germaniæ extractum, vide verbo *Andreas Smidelinus*. Sentiebat cum Brentio, unionem hypoſtaticam nihil aliud dicere, quàm Deum ſpeciali quodam modo inhabitare in Chriſti humanitate, ut potiùs per Chriſtum, quàm per alium hominem tot mirabilia patraverit. R. Nam ſi in hoc conſiſteret unio hypoſtatica, dœmon, qui inhabitat obſeſſum, & in illo tot ſtupenda operatur, etiam dici deberet toties incarnatus, quoties aliquem obſidet. Vide verbo *Brentius*.

XVI. Sociniani. Celebre apud Antitrinitarios fuit Lęlii, & Fauſti, Socini patrui, & nepotis nomen, à quibus Socinianorum ſecta derivavit. Uterque Senis oriundus, Lælius agens annum 21. patriam reliquit, & Galliam, Britanniam, Germaniam, & Poloniam peragravit. Poſt annorum quatuor peregrinationem, Tiguri apud Helvetios conſedit, ubi cum Calvino, Beza, Melancthone, Muſculo, Petro Martyre, & aliis hæreticis initâ amicitiâ, cum intellexiſſet magiſtrum ſuum, Michaelem Servetum fuiſſe combuſtum, hæreſim ſuam peritus ſimulator abſcondit. Interim litteris commendatitiis Poloniæ, ac Bohemię Regum munitus, Venetias ſe contulit, ut de ſuo patrimonio tranſigeret; & Tigurim reverſus, anno 1552. ętatis 37. ibidem deceſſit. De ejus obitu certior factus Fauſtus Socinus nepos, patrui ſcripta ſibi vindicavit, cujus hereſim propagare niſus eſt in Tranſylvania, & Polonia, tum ore, tum ſcriptis, quæ penè ad nauſeam compilavit. Extat hodie apud Helvetios inter primarias Socinianorum familia. Utinam memores majorum ſuorum, qui avitam nobilitatem Catholicæ fidei doctrinâ, & diſciplinâ exaltarunt, ad ſinum matris Eccleſiæ redeant, & contractam hæreſis tetram maculam abſtergant. Obiit autem Fauſtus, ſeu magis infauſtus, Luclaviciis in Polonia, anno 1604. ætatis 65., de quò ejus aſſeclæ ſic concinerunt.

Tota licèt Babylon deſtruxit tecta Lutherus, muros Calvinus, ſed fundamenta Socinus. Sectę, poſt Socinum pertinaciſſimi defenſores fuere Joannes Crellius, Jonas Slichtingius, Joannes Wolzogenius, quorum peſtilentiſſima opera in unum corpus redacta ſunt ſub hoc titulo: *Bibliotheca Fratrum Polonorum*, tomis octo comprehenſa, atque apud Batavos edita, magno Chriſtianæ religionis damno, ob deceptionem eorum, qui terrena ſapiunt. Item ex potioribus Socini ſequacibus fuerunt Oſtorodus, Volhelius, Smalcius, & Sandius.

1. Potiores Socini errores, qui numero 41. eſſe perhibentur, jam in hoc opere reprobatos ſparſim exhibuimus: erravit enim Socinus potiſſimùm circa Scripturam ſacram, reprobans vetus Teſtamentum, novum autem à quocumque, ſinè Spiritus ſancti illuſtratione, intelligibile eſſe aſſerens.

2. Erravit circa Trinitatem, dicens, in eſſentiâ Divinâ unam tantùm eſſe perſonam: Filium Dei Deum appellari metaphoricè; Spiritum ſanctum non eſſe perſonam Divinam, ſed virtutem, atque efficaciam Dei.

3. Erravit circa Incarnationem, dicens, Chriſtum ſecundùm perſonam eſſe verum hominem, ante Virginem Mariam non fuiſſe, & dici Dei Filium hâc ſolâ ratione, quia ipſe ſolus à Virgine, opera Spiritus ſancti eſt natus: quòd fuerit ſimplex Propheta, à Deo edoctus ad prædicationem novæ legis: ideò Servatorem noſtrum dici Chriſtum, quià ſalutis æternæ viam nobis nunciavit, & quòd ejus verbis fidem habentibus, daturus ſit æternam vitam. Cęterùm

Digitized by Google

Chriſtum non fuiſſe Sacerdotem, & Redemptorem; ipſius mortem non ſuiſſe ſacrificium, propria virtute à mortuis non ſurrexiſſe, & poſtquàm reſurrexit, & Apoſtolis apparuit, corpus ejus anihilatum ſuiſſe. R. oſtendendo contra Socinum, Chriſtum ratione ſuæ naturæ Divinæ priùs extitiſſe, quàm ex beata Virgine naſceretur. Primò, poſtquàm Chriſtus diſcipulis ſuis veram ſuæ carnis manducationem propoſuit, videns multos offenſos, & ſcandalum paſſos ſuiſſe, aliud ęque ſtupendum miraculum, cujus ipſimet oculati teſtes futuri erant, iiſdem proponit, ſuum nempè in cœlum aſcenſum: *Hoc vos ſcandalizat*, ait Joann. 6. *Si ergo videritis filium hominis aſcendentem, ubi erat priùs*. Ergo Chriſtus alicubi erat, antequàm ex beata Virgine naſceretur. Ubi porro? Utique in cœlo, de quo hoc ipſo cap. 6. S. Joann. Chriſtus teſtatur ſe deſcendiſſe: *Deſcendi de cælo ...... Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi*. Et certè idem eſt omninò locus, in quo priùs erat Chriſtus, & in quem illum aſcendentem, poſteà Diſcipuli conſpecturi erant, *Si videritis filium hominis aſcendentem ubi erat priùs*. At locus in quem Apoſtoli Chriſtum aſcendentem conſpecturi erant, cœlum eſt: Marci 16. *Aſſumptus eſt in cælum*. Lucæ 24. *Dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælum*. Act. Apoſt. 1. *Cumque intuerentur in cælum euntem illum*. Ex quo ſic argumentatur. Ille priùs extitit, quàm ex beata Virgine naſceretur, qui priùs ſuit in cœlo, quàm naſceretur ex beata Virgine: atqui Chriſtus priùs ſuit in cœlo, undè deſcendit, quàm ex beata Virgine naſceretur; ergo priùs extitit Chriſtus, quàm ex Beata Virgine naſceretur. Porrò non extitit priùs ſecundùm naturam humanam, quam à Beata Virgine accepit, ergo ſecundùm Divinam. Secundò ex eodem S. Joann. cap. 8. aſſerit eo loci Chriſtus Abrahamum exultaviſſe, ut videret diem ſuum; vidiſſe, & gaviſum eſſe. *Abraham*, inquit, *Pater veſter exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gaviſus eſt. Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos non dum habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Jeſus: Amen, Amen dico vobis, antequàm Abraham fieret, ego ſum*. Undè facile eſt argumentari: Qui ſuit ante Abrahamum, ſuit antequàm ex beatà Virgine naſceretur: atquì Chriſtus declarat ſe ſuiſſe antè Abrahamum, ergo &c. Tertiò Chriſtus Joann. 17. poſtulat à Patre, ut velit oſtendere hominibus ſe eſſe, qui antequàm fieret mundus, æterna & inamiſſibili gloria apud Patrem gaudebat: Nam ait, *Clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui prius, quàm mundus eſſet*. Et utique Chriſti gloriam, ac Divinitatem apertiſſimè declaravit Pater, cum poſt mortem ipſum exaltavit, & dedit ipſi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. *Ad Philip.* 2. Undè ſic arguitur. Ille extitit antequàm ex beatà Virgine naſceretur, imò & antè mundum, qui gloriam habebat apud Patrem, priuſquàm mundus eſſet, ergo extitit ante mundum, ergo & antequàm ex beata Virgine naſceretur. Qualiter Chriſtus ſuerit verus Sacerdos, oſtendimus contra Neſtorianos. Sed & veritatem hanc ęgregiè comprobat Cardinalis Albarus Cienſuegos, non modò à Purpurà, ſed à ſcientia, à probitate Eminentiſſimus, in ſuo opere inſcripto: *Vita abſcondita*, in quo exhauſit quidquid de ineffabili Sacramento Euchariſtiæ proferri poteſt, ſivè ab Aſceticis, ſivè à Polemicis, ſivè à Scholaſticis. Et quoniam de elucubrationibus tanti Purpurati, adeò de Republica Eccleſiaſticâ, & literariâ benemeriti mentio occurrit, ad Socinianorum, contra Chriſti Sacerdotium blaterantium, perſtringendam audaciam, cum etiam contra Sanctiſſimam Trinitatem erraverint Sociniani, contrà eoſdem, omneſque Trinitatis impugnatores, opponimus quę de hoc imperſcrutabili myſterio dilucidavit pręlaudatus Cardinalis in

Digitized by Google

alio, opere duobus voluminibus abſoluto, inſcripto *Ænigma Theologicum*, in quo acutiſſimæ mentis ſuæ indagine, difficultates circà myſterium Trinitatis occurrentes rimavit, & explanavit. Mirare Lector virum gravioribus utriuſque Orbis Catholici, & Eccleſiaſticis negotiis gerendis, tamà Summo Pontifice, quàm ab Imperatore Auguſto addictum, adhuc otia ſibi inter maxima negotia inveniſſe, ut redimeret in ſapientia tempus, quo tam diligentèr, quàm elegantèr tractatus adeò difficiles explanavit.

R. 2. Sociniani, aſſerendo contrà ipſos, Chriſtum non eſſe purum hominem, ſed etiam verum Deum. Quod conſtat penè innumeris Scripturæ auctoritatibus, quas jam alibi adduximus, ex quibus perfectam colligimus Chriſti, cum Divino Patre conſubſtantialitatem, adeòque non purum hominem, ſed verum etiam eſſe Deum fateri debemus, maximè cum perpetua, & conſtans ab Apoſtolis, & à SS.PP. uſque ad Nicænum Concilium defluxerit, quæ ad hanc uſque diem perducta eſt traditio, de æterna Chriſti generatione, ac Divinitate. Hoc argumentum non ſemel hereticis obiicimus, & quidem conſultò; tanti enim ponderis eſt, in ſingulis Catholicæ doctrinæ veritatibus aſſerendis, ut vel ſolum ſufficeret, ſi adverſarii veritatem ſincerè quærerent: unde meritò illud in ſuo Monitorio S. Vincentius Lirinenſis commendat.

4. Erravit circa hominem, negando creatum fuiſſe in juſtitià originali: antè peccatum non fuiſſe immortalitate donatum: nullum eſſe peccatum originis, nec mortem pœnam eſſe peccati, ſed neceſſariò hominem mori. In his omnibus fuit Pelagianus. Quamobrem non alitèr reprobandus eſt, quàm Pelagius.

5. Erravit circa Sacramenta, negans neceſſitatem Baptiſmi, & in Euchariſtia nihil ſumi, prￜter panem & vinum; & eſſe ſolam mortis Domini commemorationem, neque per eam nos gratiam recipere. Quantùm ad Baptiſmum. R. ex verbis Domini: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto*, &c. De reliquis, vide verbo *Calvinus*, *Sacramentarii*, *Zuinglius*.

6. Erravit circa legem, gratiam, & juſtificationem, aſſerens juſtos veteris Teſtamenti, fide in Chriſtum non fuiſſe juſtificatos: Hominem ſolis naturæ viribus poſſe perficere, quæ ſpectant ad Divinę legis implementum: Omnes, quibus Chriſti Euangelium annunciatur, ſalvandos, dummodò credant, & Euangelio obediant: Credere autem, & obedire poſſe homines ſolis naturæ viribus. Deum non decreviſſe circà numerum prædeſtinatorum tàm ad vitam, quàm ad pœnam. Deum non habere cognitionem futurorum, quæ pendent à libero hominis arbitrio. Iſtę partim hereſes, partim blaſphemiæ, adeò apertè ipſi Euangelio, omnibuſque ſacris Scripturis oppugnant, ut ſupervacaneum ſit loca aſſignare ad eadem reprobanda. Utinam ille Euangelio, cui credendum ait, crediſiſſet, nam talia execranda non evomiſſet.

7. Erravit circa animam, dicens, homines impios penitùs annihilari. Sed in Euangelio habes æternam impiorum pœnam.

8. Erravit circà reſurrectionem, dicens, in extremo judicio illos tantùm impios judicandos, qui ultimo die erunt ſuperſtites. Negat cruciatus impiorum debere eſſe æternos, ſed penitùs abolendos. Quod omne reprobat Euangelium.

9. Erravit circa Eccleſiam, dicens, non eſſe viſibilem, & negans dari notas veræ Eccleſiæ: imò extrà Eccleſiam Apoſtolicam etiam poſſe hominem conſequi ſalutem. Eccleſiam Chriſti poſſe ſubverti, & in errores induci; imò jam eſſe inductam aſſerit, ex quo Epiſcopus Romanus Primatum obtinuit, quem dicit eſſe Antichriſtum. Variis in locis hęc à nobis reprobata in hoc opere ſunt.

10. Conciliis Œcumenicis, & SS. Patribus fidem abrogat. Sed quia

non credit Eccleſiæ, reprobatus eſt à Chriſto tanquam Ethnicus, & Publicanus.

11. Privata juramenta, etiam pro re certiſſima vult, eſſe prohibita. R. quia jurare actus eſt religionis.

12. Magiſtratum cum poteſtate coactiva à Chriſtianis exerceri non poſſe. Libertinum hominem reprobat omnis ætas mundi, omniſque natio.

13. Non licere Chriſtianis ſe defendere à latronibus, aggreſſoribus, invaſoribus. R. quia lex gratiæ non deſtruit jura naturæ, quinimò illa perficit.

14. Negat Deum eſſe infinitum in omni genere perfectionis, ſeu continere omne genus puræ perfectionis in gradu eminentiſſimo, & infinito. R. blaſphemia hæc 1. ex Scripturis. Pſal. 144. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis*. S. Hieronymus vertit: *Magnificentiæ ejus non eſt inventio*. Hoc eſt, comprehendi ſatis, & animo intelligi non poteſt, quanta ſit Dei excellentia, adeò infinita eſt, & ſupra omnem ſenſum noſtrum, imò ſupra omnem ſublimium ſpirituum intelligentiam. S. Auguſtinus ad citata Pſalmiſtæ verba ſic loquitur: *Ideo dixit valdè, quia magnitudinis ejus non eſt finis: ne forte incipiat velle laudare, & putes te laudando poſſe finire, cujus magnitudo finem non poteſt habere. Illius magnitudo ſine fine eſt, & tua laudatio ſine fine ſit*. Baruch. 3. *Magnus eſt, & non habet finem, excelſus & immenſus*. Atque de Dei ſpiritu ſcriptum eſt, Sapient. 7. *Omnem habens virtutem*; quia in ſimplicitate ſua omnes eminentiùs habet perfectiones, ſecluſis limitationibus, quas habent creaturæ; quamobrem Deus eſt una omnium infinita perfectio. R. ſecundò manifeſtâ ratione. Deus eſt ens à ſe: ergo illimitatus, & infinitus. A quo enim limites haberet? ab alio? at nullam ſuam cauſam agnoſcit, qui omnium cauſa eſt. A ſeipſo? At quid abſurdius, quàm fingere ens, quod ſibimetipſi certas, ac limitatas definiat perfectiones? Adde ex communi omnium ideâ, & notione, Deum eſſe ens perfectiſſimum, quo nihil melius eſt, aut cogitari poteſt. At ſi non eſſet infinitus, in omni genere perfectiſſimus, nec eſſet, nec dici poſſet ens, quo ens perfectiùs non poſſet excogitari.

15. Deum mutationi obnoxium prædicavit. R. ratione deductâ ex ente perfectiſſimo: Scilicet Deus eſt ens perfectiſſimum, quo nihil melius; ſed ens perfectiſſimum nullo modo mutari poteſt: omnis quippe mutatio imperfectionem involuit; namque vel fit in melius, vel in pejus, vel in æquale. In melius Deus mutari non poteſt, quia non eſſet optimus: non in pejus, quia deſineret eſſe perfectiſſimus: non in æquale, quia aliquid relinqueret, aut denuo acquireret: utrumque autem ſummę Dei perfectioni, & ſimplicitati adverſatur. Quia non eſſet ſummè actus, ſive actualis perfectio; eſſet enim in potentialitate ad actum, quem acquirere poſſet, & eſſet paſſiva potentia reſpectu actus, quem amiſſibiliter haberet. Latè, & ſapientiſſimè differit de his S. Thom. in 1. p. Summæ, & verè ſummæ Theologiæ ſuę.

Non deſunt innumeræ ſacræ Scripturæ auctoritates, quibus Deus ſimpliciter, & abſolutè immutabilis dicitur. Ex illis hæc pauca adduxiſſe ſufficiat, Numer. 23. *Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur*. Malachiæ 3. *Ego Dominus, & non mutor*. Sap. 7. *Cum ſit una, omnia poteſt: & in ſe permanens omnia innovat*. Jacob. 1. *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, &c.*

Quòd ſi dicant Sociniani, Deum abſolutè quidem non mutari, conſilium tamen ſuum aliquandò mutare, ac retractare quę antea voluit. Refellendi ſunt, quia Deus conſilium ſuum numquam mutavit; & res novas facit non novo, ſed ſempiterno conſilio. Sic hominem. V. G. quem

con-

Digitized by Google

condidit, & ſubinde delevit aquis diluvii, ab æterno & creare ſtatuit, & ſubinde delere. Sic etiam Ezechiæ mortem propinquam, & Ninivitis Urbis ſubverſionem denuntiavit non abſolutè, ſed conditionatè; ſi nempè vel curſus cauſarum ſecundarum, quæ mortem Ezechiæ exigebant, non immutaretur; vel Ninivitæ pœnitentiam non agerent. Sic demum quando Deus Peccatori mox iratus eſt & infenſus; mox propitius & placatus; mox odio, mox amore erga illum fertur, non eſt mutatio ex parte Dei, ſed ex parte hominis; qui modò eſt objectum amoris, modò objectum odii.

Quòd ſi aliquando in Scripturis ſanctis, vel apud Patres aliquæ expreſſiones occurrunt, quæ mutationis conſilii ſpeciem præſeferunt; nemo neſcit, quot & quanta humano more in eiſdem ſacris literis, & PP. ſignificata inveniantur, quatenus nos nonniſi ex ſenſibilibus habemus cognoſcendi facultatem. Alioquin dicendum etiam, Deum habere cor, caput, manus, &c., quia ſub his expreſſionibus inviſibilia Dei, more viſibilium, explicata inveniuntur.

16. Ut faciliùs Catholicum dogma, circa ſatisfactionem Chriſti refellant, contendunt vindicem juſtitiam Deo naturalem non eſſe, ſed eſſe dumtaxat liberrimum Divinæ voluntatis effectum, qui poteſt eſſe, & non eſſe, eo ipſo modo, quo liberum fuit Deum creare mundum, vel non creare. R. Quia in Deo eſt formaliter juſtitia diſtributiva, in præmium bonorum, & malorum vindictam, ut colligitur ex innumeris Scripturæ teſtimoniis, ac præcipuè ex Pſal. 117. *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum*. Et hoc patet primò in intimo conſcientiæ ſenſu, quo quiſque inter peccandum ultricem ſupremi cujuſdam numinis manum pertimeſcit. Hinc illud Poetę: *Primus in Orbe Deos fecit timor*. Unde iſtud? Niſi ex intimâ, ac firmiſſimà perſuaſione ultricis cujuſdam juſtitiæ.

Reprob. 2. ex ipſa Chriſti Incarnatione, Paſſione, & acerbiſſima morte. Undè enim tanta Dei Patris in Unigenitum Filium ſuum ſeveritas, tantus rigor, niſi ex neceſſitate juſtitiæ, quæ plenam abeo ſatisfactionem exegit pro peccatis, non quidem ſuis, ſed noſtris? An Deus, qui non delectatur morte peccatoris, delectatus fuiſſet turpiſſimâ, & crudeliſſimâ morte juſtiſſimi ſui Filii, ſi nulla quaſi neceſſitate ſuæ juſtitiæ ad id compulſus fuiſſet?

Reprob. 3. ex averſione ad peccatum quam habet Deus. Qui peccatum neceſſariò odit, neceſſariò debet illud punire, quia odium peccati eſt conſtans voluntas illud puniendi, quæ non poteſt effectu carere in eo, qui viribus non deſtituitur: at quì Deus neceſſariò peccatum odit, cum peccatum ſit malum, & impediens diffuſionem infinitę bonitatis ſuæ; amat ergo neceſſariò juſtitiam, itaut eam non poſſit non amare; undè neceſſariò, ex naturâ contrariorum, averſari debet peccato, & illud averſando punire. Eſt ergo in Deo formalitèr juſtitia vindex; cęterùm non eſſet ens quo melius cogitari non poteſt.

17. Dicunt Chriſtum pro nobis re ipſa non ſatisfeciſſe, nec etiam opus fuiſſe ut ſatisfaceret. R. Aſſerendo primò contra ipſos, opus fuiſſe, ut Chriſtus pro nobis ſatisfaceret. Ita neceſſaria fuit Chriſti ſatisfactio, ut de potentia Dei ordinaria, jure, ac virtutibus temperatâ, non potuerit homo lapſus alio pacto, quàm per condignam Chriſti ſatisfactionem reparari. Nam ex unâ parte Deus, qui naturâ ſuâ juſtus eſt, qui perfectè ac neceſſariò peccatum odit, tanquam ſanctitati, bonitati, ac juſtitiæ ſuæ repugnans, qui aliundè aliud omne poteſt, quod vult, non poteſt peccatum dimittere impunitum, ſed neceſſe eſt, ut pro illo pœnas repoſcat: natura enim juſtitiæ vindicis (quæ cum ſit perfectio ſimplicitèr ſimplex, eſt de conceptu eſſentiali Divinitatis) poſtulat maximè in ſupremo omnium Judice, qualis eſt Deus, ut ſicut be-

nè

nè operantibus juſtam mercedem, ita malè agentibus debitam pœnam retribuat. Hinc Scriptura ultricem Dei juſtitiam ſępiſſimè laudat, ac commendat. Exod. 34. *Deus, qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam progeniem*, Pſal. 5. *Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injuſti ante oculos tuos*, & infra. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

Ex altera parte, homo purus non poteſt Deo condignè ſatisfacere pro ſuo, vel alieno peccato mortali, vel etiam veniali: Nam ad condignam ſatisfactionem duæ potiſſimùm conditiones requiruntur, ut ſit ęquivalens, & ut fiat ex propriis, aliàs indebitis: atquì puri homini ſatisfactio non poteſt eſſe æquivalens. Nam ut ſatisfactio ſit æquivalens, neceſſe eſt, ut tanti ſit meriti, ac valoris in ordine ſatisfactionis, quanti demeriti fuit offenſa in ordine offenſę: ſiquidem ſatisfactio eſt actus juſtitiæ, cujus eſt ęqualitatem ſtatuere inter perſonam offenſam, & perſonam ſatisfacientem; & ſicut in bonis externis, aut furto ſublatis, aut mutuo, vel commodato acceptis, juſtitia exigit, ut ſtatuatur æqualitas rei ad rem; ita in læſione honoris neceſſe eſt, ut ſatisfactio condigna ſtatuat æqualitatem perſonę ad perſonam; Atquì ſatisfactio puri hominis, quibuſcumque gratiæ donis inſtructi, tanti meriti, ac valoris eſſe non poteſt: quanti demeriti fuit offenſa, ſiquidem offenſa Dei infinitam quamdam gravitatem contrahit, ſaltem objectivè, & extrinſecè, ex infinita Dei majeſtate, quæ læditur: Ex vulgatà quippe Theologorum ſententià, offenſa creſcit pro majori perſonæ offenſæ dignitate: è contra verò valor operis ſatisfactorii moralitèr æſtimatur ex ipsâ perſonâ ſatisfaciente. Porrò homo purus, quantumlibet in gratià creſcat, numquam poteſt opere ſatisfactorio finito adęquare gravitatem infinitam offenſę.

Nec ſatisfactio fieri poteſt à puro homine ex propriis, & aliàs indebitis. Non ex propriis: quidquid enim habemus, ſivè in ordine naturæ, ſivè in ordine gratiæ, Deo gratìs acceptum referre debemus. *In ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus.* Actor. 17. & 2. ad Corint. 3. *Non quòd ſimus ſufficientes aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Undè meritò idem Apoſtolus 1. ad Corinth. 4. ait: *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti?* Neque ſatisfactio fieri poteſt à puro homine ex indebitis. Deo etenim, tanquam ſupremo Domino, omnia debemus titulo juſtitiæ, religionis, & gratitudinis, à quo omnia accepimus. Ergo puri hominis ſatisfactio non poteſt eſſe æquivalens, non ex propriis, non ex debitis, ac conſequenter ſufficiens, & condigna eſſe non poteſt. Undè ſic concluditur argumentum. Si ergo Deus ex uno capite non poteſt relinquere peccatum impunitum, abſque læſione ſuæ juſtitię vindicis, quæ eſt de conceptu eſſentiali ſuę Divinitatis; & homo ex alio capite non poteſt condignè ſatisfacere pro quolibet peccato ſivè mortali, ſivè etiam veniali; neceſſaria fuit Chriſti ſatisfactio, qui cum ſit ſimul Deus, & homo, ſecundùm naturam humanam paſſus eſt ad perſolvendam ſatisfactionem, & ſecundùm dignitatem perſonæ Divinæ valorem, ac pretium paſſionibus infinitum communicavit. Vide S. Thom. 3. p. q. 48. art. 2. memor eorum quæ ſapientiſſimè docuerat ibid. qu. 1. art. 1. & 2.

R. 2. Sociniani, aſſerendo contra ipſos ex Scripturis Chriſtum verè, & propriè pro nobis Divinę juſtitię ſatisfeciſſe. Ac primò, Chriſtus proprio ſuo Sanguine nos redemit. 1. ad Corint. 6. *Empti eſtis pretio magno.* Ad Epheſ. 1. *In quo* (ſcilicet Chriſto) *habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum.* Ad Titum 2. *Dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate.* 1. ad Timoth. 2. *Qui dedit ſemetipſum re-*

Digitized by Google

demptionem pro omnibus, id eſt pretium redemptionis pro omnibus. Et ad Hebræos 7. Chriſtus dicitur *melioris teſtamenti ſponſor factus*. Quo verò ſenſu ſponſor ſit, exponit c. 9. *Ideò*, inquit, *novi teſtamenti mediator eſt: ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis*. Ad Galat. 3. *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*; id eſt maledictionem, ſeu punitionem nobis debitam in ſe transtulit. Primâ Petri 1. *Scientes quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vanâ veſtrâ converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo Sanguine, quaſi agni Immaculati Chriſti*. Denique Matth. 20. *Filius hominis venit dare animam ſuam redemptionem pro multis*. Roboratur adhuc argumentum: *Chriſtus pro nobis paſſus eſt*. Rom. 8. *Proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*. 1. Petri 3. *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo*. Denique 2. ad Corinth. 5. *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo*. Deinde Chriſtus peccata noſtra portavit. Iſaias toto ferè cap. 53. abjectionem Chriſti, ejuſque pro nobis ſubrogationem, ac ſatisfactionem deſcribit: *Non eſt ei ſpecies, neque decor* (inquit) *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit... Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus .... Poſuit Dominus in eo iniquitates omnium noſtrum*. Sed & in terminis propriis ſatisfactionis, ſcriptum erat de ipſo Domino. Pſal. 68. *Quæ non rapui tunc exſolvebam*. Et ad Coloſſen. 2. 14. *Delens quod adverſum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci*. Ex quibus omnibus teſtimoniis ſic inviċtè arguitur. Ille propriè merito, & opere, non exemplo tantùm, ac conſilio, ut volunt Sociniani, pro nobis ſatisfecit, qui verum ac proprium pretium ſolvit, quo redempti ac liberati ſumus: qui pro nobis per veram ſubſtitutionem paſſus & mortuus eſt, qui chirographum debiti noſtri paſſione ſua è medio tulit, qui peccata noſtra portavit: Atqui Chriſtus verum, ac proprium pretium pro nobis ſolvit, proprium ſcilicèt Sanguinem, quo redempti, ac liberati ſumus: pro nobis paſſus ac mortuus eſt per veram ſubſtitutionem, debitique noſtri chirographum (nec enim meliùs humano more potuit Apoſtolus pandere veritatem) delevit, ac veluti ſcidit: omnium noſtrum peccata portavit.

18. Negant Sacramentorum efficaciam in producenda gratiâ, & volunt illa eſſe dumtaxat nuda, & ſterilia ſigna, tùm externæ profeſſionis fidei Chriſtianæ, tum diſtinctionis fidelium ab infidelibus. R. ex ſacrâ Scripturâ, per quàm evincitur, omnia Sacramenta conſerre gratiam. De Baptiſmo Joann. 3. dicitur; *Niſi quis renatus fuerit ex aquâ, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*. Ubi regenerandi vis, & efficacia non minùs aquæ, quàm Spiritui ſancto tribuitur. Ad Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſam pro eâ, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ*. Actor. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum*. Denique Lucæ 3., & Joann. 1. *Ego* (ait Chriſti Præcurſor) *baptizo vos aqua, ille vos baptizabit in Spiritu ſancto*.

De Sacramento Confirmationis, Actor. 8. dicitur. *Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Cum autem vidiſſet Simon, quia per impoſitionem manus daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam*. De Euchariſtia Joann. 6. *Qui manducat*, inquit Chriſtus, *meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam*. De Pœnitentia Joann. 20. *Quorum remiſeritis*

peccata, *remittuntur eis*, *& quorum retinueritis retenta ſunt*. De extrema Unctione S. Jacobus in ſua Epiſtola canonica 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei*. De Ordine 1. ad Tim. 4. *Noli*, ait Apoſtolus, *negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per Prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterii*. Idem affirmat 2. ad Tim. 1. Matrimonii denique gratiam commendat, & inſinuat Chriſtus, cum nuptias in Cana Galileæ præſentiâ ſuâ cohoneſtavit, & ſanctificavit. Undè Apoſtolus magnum Sacramentum appellans Matrimonium, ob altiſſimam ejus ſignificationem, ſatis oſtendit, eſſe per Dei gratiam elevatum ad aliquod magnum in conjugibus cauſandum; neque enim tanti ſignificatio myſterii, extrinſeca tantùm Dei voluntate, ſed intrinſeca virtute intelligi poteſt: ita ut per veram efficientiam, rationem ſigni in hoc Sacramento collocaverit. Sacramenta conferre gratiam, aſſerit Concilium Florentinum in decreto. Tridentinum ſeſſione 7. Canone 7. & 8. Vide verbo *Armeni*. *Calvinus*.

19. Negant Baptiſmum prodeſſe parvulis, quos ideò volunt rebaptizandos in ætate adulta. R. ab univerſali Baptiſmi præcepto, à neceſſitate Baptiſmi, ab exemplo Apoſtolorum, quos conſtat baptizaſſe infantes: unde à SS. PP. hanc irrefragabilem habemus traditionem.

II. Socratitæ. Vide *Gnoſtici*, qui ut refert Epiphanius hæreſi 26. & Theodoretus lib. 1. hæretic. fab. diverſis nominibus ſunt appellati: dicti etiam *Stratiotici*.

XVIII. Sodomitæ. Quò non protendat humana impudentia, quandocumque vera religione abjectâ, ſuis ſe mancipitem tradat effrenatis paſſionibus? Illa etiam, à quibus natura ipſa abhorret in ipſis vilioribus animantibus, tanquam religionis fundamentum audet proponere. Anno 1730. detecta eſt in Hollandiâ Sodomitarum ſecta, qui non modò ſodomiam, ut par eſſet, non exprobrabant, ſed tanquam religionis actum proponebant. Plures hujus infamis ſectæ ſequaces detecti, dignis pœnis à Magiſtratibus compreſſi ſunt.

XIII. Sodomitici, dicti etiam Bugari, ex ſectâ Albigenſium, ob propudioſam eorum ſodomiam, à Bulgariæ regione, in quâ graſſabantur, ex agitati fuerunt à Roberto Eugre, Ordinis Prædicatorum, quorum plures obſtinati igne cremati ſunt. Ex Spond. anno 1234.

V. Sozimus Presbyter, de quo ſcribit Iſidorus Peluſiota, lib. 3. epiſtol. 235. Animam unà cum corpore mori credebat. Vixit temporibus præfati Iſidori. De immortalitate animæ actum eſt verbo *Arabes*, *Gregorius Pauli*, *Auguſtinus Marloratus*.

XVI. Spina, et Sureus, Calvini ſectatores, in colloquio Pariſienſi fol. 64. aſſerunt eodem temporis momento Deum non poſſe ponere ſuum corpus diverſis in locis, eo quòd hinc poſſet (ut ipſi dicunt) inferri Deum eſſe incoſtantem, & mutabilem. R. ex unanimi Philoſophorum conſenſu, qui oſtendunt non implicare ex intrinſecis principiis, quòd idem corpus ſit pro eodem inſtanti in pluribus locis, ſolventes contrarias, quæ adduci ſolent rationes. Quidquid autem non implicat ex intrinſecis principiis, non eſt impoſſibile Divinæ omnipotentiæ. Quarè Spinam, & Sureum ad philoſophorum rationes remittimus, per quas facilè poſſunt convinci; nec opus habemus aliis principiis ad ipſos refutandos ex ſacra Theologia, quamquam aliàs notiſſimis, cum illi ratione dumtaxat humana ducantur.

XVII. Spinosa Benedictus, Amſtelodamenſis, religione Judæus, Atheiſmum apertè profeſſus eſt. Poſtquam Latinam linguam ſub diſciplinâ cujuſdam Medici didicit, aliquot in Theologicis ſtudiis annos impen-

dit,

dit, deindèque totum ſe philoſophiæ devovit. Multas aggreſſus cum Rabbinis diſputationes, à quorum tandem communione deficiens, gladio à quodam Judęo graviter vulneratur; nec tamen aliam religionem amplexus eſt, contentus philoſophiæ ſubſidio ad pleniorem veritatis indagationem: ſed hæc nimis curioſa diſcuſſio, eum in maximum errorem Atheiſtarum præcipitem egit. Carteſii methodo maximè addictus, hinc factum eſt, ut Carteſii hoſtes, hujus philoſophi principiis monſtruoſum Spinoſę caſum attribuant, quamquam immeritò. Ut magis philoſophicis ſtudiis incumberet, Amſtelodamo diſceſſit, ruri ſecedens, ubi identidem microſcopiis, & tubis opticis faciendis operam dabat. Adeò illi ſolitaria vita placuit, ut nunquam ab ea divelli potuerit. Auctor fuit tractatus Theologo-politici, qui Hamburgi anno 1670. in lucem prodiit, in quo omnium religionum everſionem ſibi propoſuiſſe videtur. Religiones propter Reipublicæ bonum inventas aſſerit, non propter ſpem, aut metum in altera vitâ. In Hollandia potiſſimùm ſerpit Spinoſitarum peſtis, qui apertè non audent profeſſionem ſuam exprimere, Magiſtratuum timore correpti. Intèr inauditas Spinoſæ ſententias illa eſt, quòd prophetiæ donum vi fortioris imaginativæ attribuit, cum tamen eſſe purum Dei donum paſſim doceat Scriptura. Aſſeruit unicam eſſe in rerum natura ſubſtantiam, ſivè (ut vocat David de Dinantio) materiam primam, quæ unica & univerſalis mundi ſubſtantia, ſeu materia prima eſt Deus ipſe: creaturæ verò per ipſum, nihil aliud ſunt, quàm modificationes, ſivè attributa ipſius ſubſtantię; ex quo impio dogmate ſequitur omnia in Deo formalitèr contineri, ignem V. G. aerem, aquam, &c., quod ſummæ repugnat Divinæ ſimplicitati; imò ſi quis rectè perpendat, ſequitur planè, Deum non eſſe; ſed quamdam mutabilem materiam ab impio homine Deum appellari. R. 1. Si Deus eſt unica, & univerſalis mundi ſubſtantia, ſequitur manifeſtè omne quod exiſtit, formalitèr in Deo eſſe, & quidem ex neceſſitate naturæ ipſius; adeoque Deum formalitèr eſſe plantam, lapidem, leonem, &c. omnibuſque imperfectionibus eum ſubjacere, quibus entia illa ſubjacent, at nihil fingi poteſt magis inſanum, & impium. Tùm quia, cum Deus ſit ens perfectiſſimum, quo nihil melius cogitari poteſt, ne ipſo quidem diffitente Spinoſa, mirum certè illud videri debet, quâ ratione illum mente, intelligentiâ, providentiâ, ſapientiâ, conſilio, libertate, finis intentione ſpoliaverit. Vult enim omnia, & ſingula entia, cæcâ & ſtupidâ quadam neceſſitate ab ejus natura erumpere, ſicut erumpit V. G. lumen à Sole, fructus ab arbore, rivus à fonte, &c. Quid verò impium magis, & inſulſum? Verùm piget in tot deliramentis, ac impiis figmentis ſeriò confutandis diutiùs immorari.

SPIRITUALES, ſectâ ſunt Antilutherani, & Anabaptiſmum ſequuntur. XVI.
Vocantur Spirituales, eo quòd ſpiritum vivificantem ſequi dicunt, cæteros carnales appellantes. Dicuntur etiam *Separati*, propterea quòd deteſtantur omnia, quibus alii utuntur ſivè in uſu ciborum, ſivè armorum. Quaſi mundo mortui in veſtitu, cibo, ſomno, inceſſu, Anachoretarum ritu vivere affectant, prout refert Lindanus, dubit. dial. 2.

STABLERI. Vide *Bacularii*. XV.

STADINGHI. Anno 1234. facta eſt expeditio contra Stadingos, XIII.
ſeu Stedingos hæreticos, prædicatâ contra eos Cruce, auctoritate Gregorii Pontificis, illa ipſa Indulgentiâ additâ, iiſdemque privilegiis, quę proficiſcentibus ad Terræ ſanctæ ſubſidium concedi conſueverant à Romano Pontifice. Inter oras Friſię, & Saxoniæ, & Bremenſi tractu paludibus, & fluminibus circumcincti, dudumque à Sede Apoſtolicâ ob varios exceſſus, & errores excommunicati debacchantes, claves Eccleſiæ contemnentes, pluries cum Epiſcopis, ac

Proceribus viciniſ conflixerant, frequentiùs victores, quàm victi. Quæ nam vero eſſent eorum hæreſes & ſcelera, exactiùs proſecutus eſt in Chronico ſuo Albertus, tunc Stadenſis Abbas, longèque poſtea Albertus Krantzius Hamburgenſis, in ſuà Metropoli. Ajunt, eos doctrinà Eccleſię penitùs vilipensâ, ipſius libertatem conculcaſſe, nulli parcentes ſexui, vel ætati; quæſiſſe reſponſa dœmonum; ſimulacra feciſſe cerea; conſuluiſſe in ſuis ſpurcitiis erroneas Pythoniſſas; & viaticum ſalutis æternę, horribiliùs quàm deceat exprimi, pertractaſſe: Clericos & Religioſos omni generi tormentorum addixiſſe, & claves Eccleſiæ ſceleſtis labiis turpitèr blasphemaſſe, ſuiſque perſuaſionibus, ac malis exemplis adeò populos infeciſſe, & maximè ruſticos, ut non ſolùm verbo ab eis defenderentur, verùm etiam opere, & ſubſidio, quotieſcumque opportunitas exigiſſet, donec ab Exercitu Cruceſignato, die Sabbati, quæ ſuit ſexta Kalendarum Julii, adſtante eminus, & pro victoria Fidelium ſupplicante cum gemitu Clero, maxima clade cæſi, ac proſtrati ſunt, occiſis novem eorum millibus, cadente è Fidelibus Comite Oldemburgio, cum ſolis novem aliis Cruceſignatis: qui verò ex hereticis gladium evaſerunt, aut in fugà aquis ſubmerſi ſunt, aut in diverſas regiones diſperſi. Illorum reliquos ad pœnitentiam excitatos, ad Sedem Apoſtolicam habuiſſe prò abſolutione refugium, patet ex literis Gregorii Papæ, ſcriptis anno ſequenti, Pontificatus ſui anno nono, duodecimo Kalendas Septembris ad Archiepiſcopum Bremenſem, quibus Pontifex indulget, ut factà congruà ſatisfactione, illis Archiepiſcopus abſolutionem impendat.

Quo verò principio ea hæreſis orta fuerit, narrat Joannes à Leydis, Religioſus Carmelita. Cum nobilis quædam Stadinga fœmina die Paſchatis oblationem proprio Sacerdoti unius denarii feciſſet, avarus Sacerdos eo denario minime contentus, cum mulier ad communicandum acceſſit, non ſacram Hoſtiam, ſed eundem ipſum denarium ſceleratiſſimè ingeſſit vice particulæ conſecratæ in os devotæ mulieris, dum ipſa clauſis oculis Corpus Dominicum ſuſcipere expectaret. Sentiens autem mulier duritiem ſuſceptæ ſubſtantiæ, & proprlis culpis tribuens, quòd illam deglutire non poſſet, clauſo ore ab Eccleſia receſſit, linteoque mundiſſimo, eam excepit; ſed viſo denario, magis mente confuſa, ſuperveniente intereà viro ſuo, & cauſam mutati vultus inquirente, poſt multas tergiverſationes rem aperit afflicta mulier. Eà de re vir condolens apud Superiorem dicti Sacerdotis, cum minùs ei ſatisfieret, hinc majori irà vir excandeſcens, Sacerdotem ſuffocavit, eàque de re, viro excommunicatione perculſo, cum à popularibus ſuis, ac conterraneis in pertinacià foveretur, demùm tota illa Provincia in hæreſim declinavit, ac præter alia ſcelera, propriarum etiam neptum, ſororum, ipſarumque matrum nuptiis ſe ſe polluebant: reverſos item ad idola vana Stadingos, parùm curaſſe mandata Pontificis, & Imperatoris, referunt hiſtorici: quinimo cum miſiſſet ad eos Pontifex Legatum cum multis honeſtis Sacerdotibus, contumeliis affectos illos occidiſſe: quouſque inſtantià Bremenſis Epiſcopi decreta eſt in eos à Gregorio Crucis prędicatio. Ex Spond. ann. 1234.

Stancariani. Debacchavit currente ſeculo decimo ſexto, Franciſcus Stancarus, Italus Mantuanus, in Academià Regio-montana in Pruſſia profeſſor, primò ob hæreſim Mantua ejectus; deindè etiam ex Italià pulſus, à Germania prohibitus, demum in Poloniam ſeceſſit, ibique in Gymnaſio Cracovienſi Hebraicam linguam profeſſus, detectus hæreticus, in carcerem ab Epiſcopo conjicitur, ſed furtim elapſus, Pinchzoviam ſe contulit, ubi in templa irruit, ſacras Imagines ſuſtulit, & omnia ſacra, atque Sacerdotes exterminare niſus eſt. In Stancaro reviviſcere viſi ſunt XVI.

Arius,

Arius, Aetius, Macedonius, Neſtorius. Interim ut Oſiandro obſiſteret, qui Chriſtum ſecundùm ſolam naturam Divinam juſtificatorem noſtrum eſſe aſſerebat, in oppoſitam hæreſim incidit.

1. Docuit, Chriſtum ſolùm quà hominem eſſe juſtificatorem noſtrum. R.verbo *Muſculus*, *Antioſiandrini*.

2. Negavit Chriſtum eſſe Deum. R.verbo *Ebionitę novi*.

3. Dixit Filium non eſſe coæternum Patri, ſed ſolùm metaphoricè dici Dei Verbum. R. verbo *Arius*. Tum ex Euangelio Joannis,ubi Euangeliſta non eſt metaphoricè de Filio locutus, ſed verè atque realiter Verbum Dei eſſe enunciat,coęternum Patri:*In principio erat Verbum,& Verbum erat apud Deum*, *& Deus erat Verbum,&c.* Ex quibus textibus evidentèr Stancari error reprobatur.

4. Finxit in Chriſto duas eſſe perſonas; ſecundùm unam eſſe mediatorem, ſecundùm aliam eſſe collargitorem, ſivè authorem mediationis:ideoque unum eſſe hominem miſſum,alium mittentem,unum orantem Chriſtum, alium exaudientem. R. verbo *Feliciani*, *& Neſtorius*.

5. In Euchariſtia non Corpus, cum pane, ut Lutherus: non ſigna Corporis cum Sacramentariis ſtatuit, ſed abſolutè panem cibarium appoſuit, dicens, in pane ſolùm eſſe quamdam memoriolam Chriſti paſſi; & de hàc ſuâ novâ phantaſtica phreneſi lętabundus dicebat:Cœna Papiſtica mala, Lutherana pejor, Calviniana peſſima, Stancari Divina. R.verbo *Berengarius*, *Benedictus Talmarus*. Tum quia ſi panis Euchariſticus nihil aliud eſſet, & efficeret, niſi obſignare memoriam Chriſti paſſi, vel hoc haberet quia eſt cibus, & jam omnes cibi haberent rationem Sacramenti, & obſignarent memoriam Chriſti paſſi: vel hoc haberet, quia eſt panis, & tàm panis Euchariſticus eſſet dicendus panis exiſtens in officina piſtoria, quàm panis exiſtens in manibus Sacerdotis ex auctoritate conſecrantis, ergo panis per ſe ſumptus non obſignat memoriam Chriſti paſſi. Tum quia ſi Sacramentum Euchariſtię conveniret in obſignatione memoriæ Chriſti paſſi cum pane,magis ratio Sacramenti conveniret imagini Chriſti patientis,quàm pani,cum illa magis obſignet memoriam Chriſti paſſi, quàm panis. Vide verbo *Calvinus*, & prę oculis habe verba Domini: *Hoc eſt Corpus meum*, quibus omnes ejuſmodi hęreſes convelluntur.

6. Regi, & Sacerdoti parendum eſſe negabat, niſi juſſu parentum præſiderent. R. ex ſacris paginis, ubi tàm Regi, quàm Sacerdoti obedientia præcipitur ſubditis. Cæterùm in doctrina Stancari Laicus orbatus parentibus, jam ſequitur quòd non teneatur obedire alicui. Tum quia alia eſt obedientia, quę debetur parentibus, alia quę debetur Principi, & Sacerdoti. Principi autem, & Sacerdoti ex vi legis Divinæ poſitivæ parere debemus, parentibus verò tenemur obedire ex vi legis naturæ.

Demum Stancarus blaterabat, antiqua inſtituta Patrum novis inſtitutis permutanda, veterem religionem, ſcilicet Romanam abrogandam, & novam inſtituendam.

XVI. STEPHANUS GERLACHIUS, vixit circa medium ſèculi 16.Libro edito contra Buzeum, pag. 24., & 126. aſſerit veras eſſe has propoſitiones: Divinitas eſt nata, crucifixa, mortua. R.verbo *Polemiani*, *Lutherus*, *Muſculus*.

IX. STERCORANISTÆ. Si qui fuerunt, fuere nonnulli nono ſeculo, qui Corpus Chriſti, quod in Euchariſtia continetur ſeceſſui, ac dejectioni obnoxium eſſe putabant, itaut corruptis ſpeciebus, & ipſum Corpus Chriſti corrumperetur. Hujus tam craſſi & fœtidi Stercoraniſtarum erroris Amalarius Abbas primùm Metenſis, tum Chorepiſcopus Lugdunenſis accuſatur à Manguino,Tom.3.Vindiciarum prędeſtinationis & gratiæ, & ab Auctore *Perpetuitatis fidei circa Euchariſtiam*, Tom.1.lib.8.cap.11.Fundamentum accuſationis iſtud eſt. Rogatus à Guntario Ammalarius,

Quid fiat de Corpore Domini, poſtquàm in ſtomachum receptum eſt? ſic repoſuit; *Ita ſumptum Corpus Domini bona intentione, non eſt mihi diſputandum, utrum inviſibilitèr aſſumatur in cælum, an reſervetur in corpore noſtro uſque in diem ſepulturæ, aut exhaletur in auras, aut exeat de corpore cum ſanguine, aut per poros emittatur, dicente Domino:* Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum mittitur. *Hoc ſolùm cavendum eſt, ne corde Judę ſumam illud*, & *ne contemptui habeatur: ſed diſcernatur ſaluberrimè à communibus cibis.* Attamen leve admodùm videtur fundamentum iſtud impacti Amalario erroris Stercoraniſtarum. Varios ille modos proponit, quibus exponi poſſe cenſebat, quid fiat de Corpore Chriſti, poſtquàm *in ſtomachum receptum eſt*: Ex illis autem nullum adoptat, aut ſequitur Amalarius, ratus viro pio ac Catholico ſufficere, ſi purà conſcientià Corpus Chriſti percipiat, ac credat panem Euchariſticum non eſſe cibum communem: quo uno non obſcurè ſignificat, cœleſtem illam Euchariſtiæ alimoniam, communi aliorum ciborum ſorti, ac conditioni obnoxiam non eſſe, atque hujuſmodi quęſtiones à Guntario propoſitas, plus habere noxię, ac periculoſæ curioſitatis, quàm pietatis & ædificationis. Anonymus quidam, quem Cellotius edidit ad calcem Hiſtoriæ Gotheſcalchi, quemque Sigebertus Monachus Gemblacenſis, & alii volunt eſſe Herigerum Abbatem Lobienſem in Belgio, cujuſque auctoritate ducti Guillelmus Malmesburienſis, & Thomas Waldenſis, accuſant etiam Rabanum Maurum turpiſſimi erroris Stercoraniſtarum; ſed nullo prorſus fundamento; cum enim Heribaldus Altiſſiodorenſis hanc quæſtionem propoſuiſſet Rabano, utrum ſcilicèt Euchariſtia, poſtquàm conſumitur Sacramentum, redeat in naturam priſtinam, quam habuerat antè conſecrationem. Reſpondet Rabanus, in Epiſtola ad ipſum Heribaldum ſcriptà, cujus fragmentum repręſentat Mabillonius ſecunda parte ſeculi IV. Benedictini, & quam integram refert Baluzius in appendice ad Reginonem: Reſpondet inquam, otioſam & ſuperfluam eſſe hujuſmodi quæſtionem, cum ipſe Salvator dixerit in Euangelio: *Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum mittitur*; quæ verba occaſionem dedere incuſandi Rabanum fœdiſſimi, ac turpiſſimi erroris Stercoraniſtarum. At immeritò prorſus: ſpectat enim ille dumtaxat ſpecies externas Euchariſtiæ, non autem ipſum Corpus Chriſti verum, & naturale, quod ſub illis continetur. Id verò maniſeſtè oſtenditur ex ipſo ſtatu quęſtionis propoſitę ab Heribaldo, nempe *utrum Euchariſtia redeat in naturam priſtinam, quam habuerat in Altari, antequàm conſecraretur*. Atqui intelligi iſtud non poteſt de Corpore ipſo Chriſti, quod ante conſecrationem in Euchariſtia non exiſtit, ſed tantùm de eo, quod per conſecrationem mutatur, id eſt de pane & vino, quorum ſymbola negat Rabanus redire in priſtinam naturam, quam habuerant antè conſecrationem. Et hęc ſufficiant de hęreſi Stercoraniſtarum, quæ apud eruditos omnino fictitia videtur.

STEPHANUS COURCELLES, Genevæ anno 1586. natus, emenſo ſtudiorum curriculo Theologiæ addictus, cum pluribi in Gallia tanquam Calvinianus miniſter falſa ſui anteſignani dogmata docuiſſet, in Hollandiam ſe recipiens, defuncto Epiſcopio Theologię cathedram ſuſtinuit. XVI.

STRATIOTICI. Gnoſticorum ſecta in plures ramos diviſa, plura monſtra genuit, in quibus aliquid peculiare horrendum detegebatur. Propagati itaque ſunt ex Gnoſticorum ſecta Stratiotici: in quo autem peculiariter errarent ſupra Gnoſticos, non refert Epiphanius. II.

SUBSTANTIALISTÆ. Vide *Flacciani*, qui ex eo quòd aſſererent peccatum originale eſſe ipſam ſubſtantiam hominis, vocati ſunt Subſtantia- XVI.

rii. Quam hæreſim renovarunt aliqui Lutherani, qui proindè etiam dicti ſunt *Subſtantiarii*.

XVI. SUISTÆ. Tales vocantur ab Hoſio illi, qui nulli certæ ſectæ ſunt addicti, qui ſcilicèt neque Lutherum, neque Calvinum ſequuntur, ſed quod ſibi arridet profitentur, & aſſerunt: illum eſſe germanum Scripturæ ſenſum, quem unuſquiſque excogitat, & talem ſenſum verè eſſe à Spiritu ſancto, qui neminem vult perire. R. Quia ſi unuſquiſque haberet proprium ſpiritum deciſivum, & interpretativum ſenſus ſacræ Scripturæ, numquam poſſet Eccleſia eſſe certa de vero ſenſu Scripturæ: ſed in Republicà benè ordinatà lex debet eſſe certa, quod non ſequeretur in ſuppoſitione Suiſtarum, qui à ſchola Lutheri, Ochini, & Brentii ſunt propagati. Demum lex debet eſſe publica; ſed ſi ſpiritus revelans, & interpretativus eſſet privatus, jam lex non eſſet publica, & conſequentèr Reſpublica Chriſtiana non fuiſſet benè ordinata à Chriſto. Deinde ſenſus Scripturarum non poteſt eſſe ſibi contrarius; alioquin non in doctrinam, ſed in ludibrium hominum Spiritus ſanctus fuiſſet locutus, quam blaſphemiam nemo audebit cogitare: ſi autem privatis cogitationibus tribuendus eſſet verus Scripturarum ſenſus, cum illæ ex hominum ignorantià contrariè ſæpiſſimè inveniantur, manifeſtum eſt, quòd iis credi non potuit germanus Scripturæ ſenſus. Denique R. ex 2. Petri 1. v. 20. *Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humanâ allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines*. Quærendus ergo eſt ſenſus, quem illis Spiritus ſanctus inſpiravit; alii verò contemnendi.

XVI. SWENCHFELDIUS. Innotuit anno 1529. Gaſpar Swenchſeldius, nobilis Sileſius, qui doctrinam non vulgarem in ſcholis adeptus, ut majorem ſibi acquireret laudem, Lutherum maledictis cœpit impetere; nimis ad erudiendum vulgum ineptum eſſe dicens, ut qui omnia, ſecundùm exteriorem quamdam ſpeciem, abuſuum genera tolleret, parùm interim Chriſti Eccleſiam confortaret. Hincque neutralis plane, & ſcepticus videri volebat, publicè ſubindè proteſtatus, ſe neque à Pontificiorum, aut Lutheri partibus ſtare, eo quòd ipſorum Eccleſiæ in multis, quæ doctrinam, cœremonias, totiuſque religionis conſtitutinnes concernunt, ſibi contrariæ, nihil niſi carnalem ſpiritum ſequerentur. Non autem pendendum eſſe ex verbo externo, ejuſque prædicatione, ſed potiùs interiora ſpectanda, quæ Deus abſque medio inſtillat; ideoque magis meditationibus, & privatis contemplationibus ſtudendum eſſe, quàm audiendis concionibus, ac Sacramentis ſumendis. Ex Spond. ann. 1529. Swenchfeldii errores potiſſimi, ſunt ſequentes, in quibus tamen omnibus ſuſtinendis non conveniunt omnes Swenchfeldiani, qui tàm in Germanià, quàm in Helvetià abundant, ſed in prnfeſſione doctrinæ diviſi; Swenchſeldiani enim Golgovienſes diſſident ab Uratislavienſibus, & iſti à Suidnicenſibus ſunt ſegregati.

1. Verba conſecrationis ſic eſt interpretatus: *Corpus meum eſt hoc*, transferens ſubjectum in prædicatum, ita ut facerent hunc ſenſum: Corpus meum eſt hic panis, vel cibus. R. illis omnibus rationibus, quibus tranſubſtantiationem in Sacramento Euchariſtiæ probavimus contra *Joannem Odcaſtelium, Berengarium, Calvinum, Lutherum, & Sacramentarios*.

2. Repudiabat omnem ſacram Scripturam, aſſerens non eſſe verbum Dei, & ſidem ab eà non pendere. R. ex iis, quæ dicta ſunt contra *Albanenſes, & Ambroſianos*. Item ex ipſo motivo, quod adducit Swenchſeldius ad reprobandam ſacram Scripturam; intantùm enim reprobat verbum Dei ſcriptum, quia aſſerit, Deum ſolum audiendum eſſe, illiuſque vocem de cœlo expectandam, ſed Scriptura ſacra eſt Dei verbum, ſicut ſæpe in

ſacro eloquio Deus profitetur, ſe locutum fuiſſe per os Sanctorum, quales fuerunt Prophetæ in lege veteri, & Apoſtoli in lege gratię: ergo accipienda eſt ſacra Scriptura: quapropter nos monet D. Paulus ad Theſſalon. 2. cap. 2. *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſivè per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram.* Videbitur fortaſſe argumentum hoc minùs opportunum, quia neganti Scripturæ ſacrę auctoritatem, non rectè probatur ex auctoritate ejuſdem Scripturæ, eam eſſe Dei verbum; quippe vitioſi circuli ſpeciem habet. Tamen argumētum ſummi momenti eſt; quia Dei verbum docentis Eccleſiam, & ipſam regentis, ac proindè perpetuum & univerſale, ut eſt ipſa Eccleſia, nonniſi à mentis impote negabitur. Tollat è medio hæreticus Scripturas, & Traditiones (eadem quippè eſt ratio) & doceat, ubi nam ſit illud Dei verbum? Recurrendum ergo ad ejuſdem Scripturæ auctoritatem; neque per Dei verbum intelligi poteſt inſpiratio interna, ſicut vult Swenchſeldius; cæterùm numquam eertl eſſemus de vero Dei verbo, quia in diſcernendis inſpirationibus ſæpè decipimur (vide, ſi placet opuſculum noſtrum inſcriptum *De diſcretione perfectionis*, in quo de hàc materia diſſerimus) & cum ſępè unus habeat inſpirationes alterius inſpirationibus contrarias, ſequeretur, Deum in ſuo ſermone ſibi contradicere, quando internæ inſpirationes, quas unuſquiſque habet, eſſent Dei verbum. Hinc ſequitur etiam, quòd ad hoc ut in religione Catholicà ſit certa norma fidei, neceſſe eſt fidem pendere à ſacrà Scripturà, tanquam à lege ſcriptà, utpotè invariabili; quæ veritas eum ipſis hæreticis fuerit optimè perſpecta, hinc factum eſt, ut omnes hæretici ad confirmanda ſua figmenta multùm elaboraverint, oſtenſuri eadem figmenta, ſcripto Dei verbo inniti, licet pro libito Dei verbum ſint interpretati, & ex erroneis interpretationibus, falſas deduxerint conſequentias; legitima enim Dei verbi interpretatio, & explanatio, illa ſola eſt, quam approbat Romana Eccleſia, & Romanus Pontifex. Quà de re vide, quæ dicta ſunt verbo *Bibliſtæ, & Joannes Weſtphalus.* Sacræ Scripturæ libri ab Eccleſia recepti ſunt numero 72., quorum quadraginta quinque ſpectant ad Teſtamentum vetus, & viginti ſeptem novum Teſtamentum conſtituunt. Omnes præſati 72. libri dicuntur *Canonici* id eſt expreſſi in catalogo librorum ſacræ Scripturæ, ut regulæ Eccleſiæ approbantis auctoritate exarato. *Apocriphi*, id eſt occulti, utpote ex obſcura origine, incertoque authore procedentes cenſeri debent quotquot libri proferri poſſunt, qui in prædicto catalogo non ſunt expreſſi. Ex præſatis 72. libris, alii ſunt *Protoçanonici*, id eſt qui pro verbo Dei ſcripto ſemper fuerunt recepti; alii ſunt *Deuterocanonici*, qui progreſſu temporis Inter Divinos libros fuerunt ab univerſali Eccleſia recenſiti; licèt enim ſemper fuerint ut Divini, majorum traditione recepti; non tamen ubiq; ut tales habebantur, neque legitima traditio ejuſmodi fuerat ubique ſufficienter probata, ſive legali auctoritate propoſita. Cum ad reprobandos hæreticos fortius argumentum deducatur ex Scripturà in ſenſu ab Eccleſià accepto explanatà, & viciſſim hæretici ad ſuas probandas hæreſes Scripturà potiùs abutantur, quàm utantur; congruum cenſui hic advertere, quòd ſola editio ſacræ Scripturæ Latina, *Vulgata* dicta eſt authentica nobis, neque enim aliud hucuſque docuit expreſsè Eccleſia, quę hanc legendam proponit. Non me latet quot & quanta pro Hębraicis, & Græcis exemplaribus producantur; tamen ea erunt opportuna, ut proponantur Eccleſiæ Judicio; non ut quiſque ſibi decernendi arroget auctoritatem. *Vulgata*, ergo illa, jam à pluribus ſeculis in Eccleſià recepta, Concilii Tridentini decreto noviſſimè confirmata, auctoritate legitimà Eccleſiæ conformis judicata eſt cum ſuo originali textu. Originales textus, ſivè pri-

meri codices veteris Teſtamenti, omnes Hæbraico idiomate fuerunt expreſſi, ſi excipias libros. *Tobiæ*, *Judith*, *Eſdræ*, *Danielis*, qui primitùs apparuerunt lingua Chaldaica, & ſecundo Machabæorum libro, qui ſcriptus primò fuit lingua Græcâ. Originales verò novi Teſtamenti primò fuerunt linguâ Græcâ conſcripti, excepto Euangelio ſecundùm Matthæum, & Epiſtolâ D. Pauli ad Hebræos, qui duo libri primò ſcripti fuerunt linguâ Hebraicâ. Liber vero Euangelii ſecundùm Marcum, primò ſcriptus communiter cenſetur lingua Latinâ. Libri ſacr. Scripturæ alii ſunt *Legales*, quia ſpectant ad legem Divinam, alii *Hiſtorici*, alii *Sapientiales*, quia veram exprimunt ſapientiam, alii *Prophetici*.

Catalogus Auctorum, qui ſcripſerunt libros veteris Teſtamenti.

MOYSES primus inter omnes Scriptores, qui fuerunt ab Orbe condito, ſcripſit *Pentateuchum*, ſive quinque libros ſequentes. Geneſis. Exodi. Levitici. Numeri. Deuteronomii. Etiam librum Job, qui propè Moyſis tempora vixit, ſcripſiſſe creditur. Joſue librum ſcripſit, qui à ſuo nomine liber Joſue nuncupatur. Samuel Propheta ſcripſit duos libros Judicum unum, alterum Ruth. Item librum primum Regum. Gad, & Nathan Prophetæ, Davidis ſecretarii, ſcripſerunt librum ſecundum. Tertium verò librum Regum, ſicut etiam quartum ſcriptum fuiſſe partim ab Iſaia, partim à Jeremia, & partim ab Eſdra communis eſt opinio. David Rex potiorem Pſalterii partem cecinit. Librum primum Paralipomenon ab Eſdra fuiſſe conſcriptum, ſicut etiam librum ſecundum probabilitèr opinantur clariſſimi Auctores, quos recenſet Cornelius à Lapide in argumento ad Comment. ad præfatos libros: quæ tamen in ſecundo libro Paralipomenon de Salomone narrantur, probabile eſt ab Addone & Achia Prophetis fuiſſe conſcripta. Salomon ſcripſit libros Proverbiorum, Eccleſiaſtes, Canticorum, & Sapientiæ, quamvis hic ultimus ex ſententiis Salomonis magis videatur congeſtus. Joachimus magnus Sacerdos librum Judith exaravit. Tobias Tobiæ filius auctor eſt libri à ſuo nomine nuncupati. Mardochæus ſcripſit librum Eſther. Jeſus filius Sirach auctor eſt libri Eccleſiaſtici. Joannes Hircanus, Simonis filius, ſcripſit duos libros Machabæorum. Eſdras auctor eſt duorum librorum, qui Eſdræ nomen præferunt. Accedunt opera Prophetarum nempe Jonas, Joel, Oſeas, Amos, Iſaias, Abdias Micheas, Nahum, Jeremias, Baruch Propheta Jeremiæ Secretarius, Habacuc, Sophonias, Daniel, Ezechiel, Aggæus, Zacharias, Malachias.

Auctores novi Teſtamenti.

S. MATTHÆUS ſcripſit Euangelium. S. Marcus etiam Euangelii ſcriptor fuit. S. Petrus duas ſcripſit epiſtolas. S. Lucas ſcripſit Euangelium, & Actus Apoſtolorum. S. Paulus quatuordecim Epiſtolas. S. Jacobus minor Epiſtolam unam. S. Judas Epiſtolam unam. S. Joannes Euangelium, Epiſtolas tres, & Apocalypſim. His pro ſacrorum Librorum notitia prænotatis, jam ad Swenchfeldium redeamus, qui

3. Docuit fidem accomodandam non eſſe ad Scripturam, ſed Scripturam ad fidem. R. Nam ſi Scriptura deberet accomodari fidei, jam patet, quòd una tantùm non eſſet vera fides, quæ tamen una tantùm vera eſſe poteſt, ſicut probavimus in præparatione ad opus.

4. Chriſtum corpus ſuum de cœlo attuliſſe. R. verbo *Albanenſes*.

5. Humanam Chriſti naturam non eſſe creaturam Dei, ſed Spiritus ſancti genituram, & quaſi quid medium inter Creatorem Deum, & creaturam hominem. R. Nam omne ens, quod non eſt à ſe, neceſſariò eſt ab alio, ſcilicet à Deo, & conſequentèr eſt creatura Dei: neque datur quid medium inter hoc, quod eſt eſſe Creatorem, vel creaturam. Item

dè à Chalcedonenſis Concilii doctrinà recedens, negavit in Chriſto duas eſſe naturas, humanam ſcilicet, & Divinam. Ex Gennadio.

SYNERBOS. Vide *Præpones*. II.

T

XVI. TACENTES: Vide *Silentiarii*.

II. TALMUDISTÆ nuncupantur, qui doctrinam profitentur, quæ in libro Talmud continetur. Eſt autem Talmud liber à Rabbinis ſomniatus & compoſitus, ſæpe auctus & refectus, continens leges civiles, & œconomicas nationis Judaicæ. Nomen verò *Talmud*, idem valet, ac *Doctrinale*, ex eo quòd omnem Judæorum doctrinam complectitur. Pura litera Talmud, *Miſchna* dicitur: Gloſſa ſuper literam *Guemara*, quod nomen idem ſonat ac perfectio, complementum, ſive augmentum. Semper magni fecerunt Hebræi librum Talmud, aliquando etiam ſacræ Scripturæ præferentes, licèt pluribus ſit traditionibus ſomniatis, & fabulis ridiculis refertus, cujuſmodi eſt, quod in dicto libro legitur, Deum ſcilicèt quotidiè per tres horas legem Judaicam legere. Damnatus fuit præfatus liber à Gregorio IX. ab Innocentio IV., Julio III., & Paulo IV. Tam ab Hebreis in Babylonià reſidentibus, quàm ab Hebræis in Jeroſolyma commorantibus facta eſt traditionum Judaicarum collectio; quapropter duo libri Talmudici proferuntur, quorum unus *Talmud Babylonicus*, alter *Talmud Jeruſalem* nuncupatur, ab urbe ſcilicèt, in quà præfati libri conſcripti fuerunt, nomine deſumpto. Quamvis aliqua quę in Talmud continentur, vera eſſe poſſint, multa tamen ibidem reperiuntur, quę ſunt hyperbolica, falſa, erronea, & à Rabbinis conficta. Liber Talmud primò compilatus fuit à *Rabbi Juda Hakkadoſh*, anno poſt Chriſtum natum 188., & hanc compilationem *Miſchna* Judęi vocant. An. 469. ſivè ut aliis placet 230. *Rabbi Jochanan* novam collectionem fecit diſciplinę Judaicæ, quam multi putant primam *Miſchnæ* literam, & hęc collectio vocatur *Talmud Jeruſalem*. Anno verò 476. *Rabbi Aſe*, & *Rabbi Hammai*, alteram collectionem in urbe Babylonis fecerunt, quæ *Talmud Babylonis* nuncupatur. Quæ utilia ex Talmud eruditis hominibus putari poſſint, excerpſit Bernardus Lamy in Apparatu Biblico, à cap. 4. libri 1. Potiores errores, qui in Talmud reperiuntur, ſunt ſequentes.

1. Deum ante mundi creationem ſe ſe in variis mundis conſtruendis exercuiſſe, quos paulò poſt deſtruebat, ac rurſus inſtaurabat, quo adusque didicit mundum hunc, qui nunc exiſtit, ædificare.

2. Deum tres primas diei horas in legendà lege Moſaicà inſumere.

3. Deum primo novę lunæ Septembris die, univerſum orbem perluſtrare, decem verò ſequentibus ejuſdem lunæ diebus, applicare ſe ad ſcribendos juſtos in libro vitæ, malos in libro mortis.

4. Deum ſingulis diebus genuflexum orare.

5. Deum ſtatutis temporibus in occulto loco plangere deſtructionem permiſſam Templi, & captivitatem populi, & quotieſcumque calamitatum populi Judaici recordatur, duas lacrymas in Oceanum fundere, & utraque manu pectus ſuum tundere.

6. Deum Populo Judaico expiationis præcepiſſe ſacrificium, ſingulis noviluniis faciendum, ad expiandum malum, quod fecit, cum lumen à lunà ereptum Soli dedit.

7. Deum poſtremis tribus diei horis ad relaxandum animum, cum piſce *Leviathan* appellato, ludere.

8. Deum creaſſe elementum ignis die Sabbati.

9. Angelum Gabrielem gravi ſcelere ſe coinquinaſſe, ad cujus ultionem flagello igneo cędi Deus juſſit.

10. De Adam, & Noe impura, & impudica probra leguntur.

11. Jobum nunquam extitiſſe, & quæ de ipſo leguntur, conficta fuiſſe.

12. Davidem adulterio, & cęde perpetratâ, nullius criminis reum extitiſſe.

13. Multa complectitur liber Talmud pudicitiæ, & honeſtati matrimonii repugnantia.

14. Graviores pœnas ab illis repetendas, qui Scribis, quàm qui Moyſi contradicunt.

15. Falſos teſtes damnato reo, liberos dimittendos eſſe.

16. Illum, qui plurium judicio morti damnatur, interficiendum: ubi autem omnium vota in ejus necem conſenſerint, abſolvendum.

17. Rem amiſſam non reſtituendam domino ab illo, qui invenerit, ſi dominus ſpem amiſerit illam reinveniendi.

18. Judæos teneri ter in die Chriſtianos execrari, ter ſimilitèr Sacerdotes Judæos hoc facere debere in Synagoga, precaturi à Deo exterminationem Principum, & ſubditorum Chriſtianorum.

19. Licere Judæis bona Chriſtianorum acquirere dolo, vi, fœnore, furto.

20. Deum jubere, ut Judæi Chriſtianos tractent tamquam beſtias, occidant, ſi poſſint.

21. Eccleſias Chriſtianorum eſſe domicilia perditionis, ac idololatriæ.

22. Sacra Euangelia iniquitatem revelatam appellat.

23. Docet tranſmigrationem animarum ab uno corpore in aliud, eâ conditione, ut ſi anima peccet in primo, dimittatur in ſecundum: ſi peccet in ſecundo, dimittatur in tertium: ſi peccet in tertio, detrudatur in inferno.

24. Quicumque die Sabbati ter cibum ſumpſerit, ſalvum eſſe.

25. Nihil pari numero edendum, omnia impari, quoniam, inquiunt Talmudici, Deus impare numero gaudet.

26. Si quis converſus ad meridiem precetur, ſapientiam adepturum: ſin autem ad ſeptentrionem, divitias obtenturum.

27. Nihil unquam ex Talmud diſcere poſſe illum, qui tranſierit ſub camelo, vel inter duas fœminas.

28. Deum abnęgare, qui præcepta Talmud improbat.

Iſtæ, & conſimiles veſaniæ in libro Talmud continentur, ex quibus Lector de libro adeò à Judæis commendato, quem ſenſum concipere debeat, facilè cognoſcet. Conſule Petrum Galatinum lib. de Arcanis Catholicæ veritatis, contra obſtinatiſſimam Judæorum noſtræ tempeſtatis perfidiam, ubi falſam doctrinam, quæ in libro Talmud continetur, explodit.

Tandemus, ſivè Tanchelinus. Emerſit hic nebulo Antuerpiæ XII.
circa annum 1126. contra quem, ut ejus extirparetur zizania, multùm defatigavit cum ſuis Clericis S. Norbertus. Incedebat ſuperbo amictus habitu Tandemus, tria millium hominum comitatu ſemper circumſtipatus, omnibus terrorem incutiens. Verbis perſuaſibilibus eum eſſet ſatis eloquens, ſumptuoſis conviviis, homines ad ſui ſequelam alliciens, in obſiſtentes cędibus inſæviebat. In tanto honore à ſuis habitus, ut aquam, in qua corpus ſuum lavaſſet, biberent, & tanquam reliquiam aſportarent. Inter navigandum à quodam Presbytero in cerebro percuſſus, occubuit. Fuit Sacramentariorum hæreticorum pręcurſor, & Chriſtianæ religionis infenſiſſimus hoſtis. Ex Baronio.

1. Dicebat, ſumptionem Corporis Chriſti nihil prodeſſe ad ſalutem. R. verbo *Adelphius*, *Armeni*.

2. Miniſterium Epiſcoporum, & Sacerdotium nihil eſſe blaterabat. R. Quia Chriſtus inſtituit Sacramentum Ordinis, de quo mentionem faciunt antiquiſſima Concilia, velut Carthaginen-

ginenſe quartum, celebratum anno 398. De inſtitutione hujus Sacramenti, per quod confertur gratia, loquitur Apoſtolus primà ad Timoth. c. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterii*. Item Ep. 2. ad Timoth. c. 1. *Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* Ex quibus textibus conſtat, quanti ſit faciendum miniſterium Sacerdotum, quandoquidem per ordinem Sacerdotalem acquiritur gratia. Preterquam quòd initiatus charactere Sacerdotali, habet conſpicuam dignitatem, & ſummam auctoritatem in Eccleſia, nempe dimittendi peccata, conficiendi Corpus Chriſti, & plura alia peragendi, quę populo Chriſtiano ſunt proficua. Hinc eſt, quòd non modò inferiores laici, ſed etiam dignitate conſpicui viri, imò & Principes ſummam venerationem ſemper profeſſi ſunt, cuicumque inſignito charactere Sacerdotali, & eò magis venerabundi fuerunt miniſterii Epiſcopalis, agnoſcentes in Epiſcopis dignitatem Apoſtolicam. Siquidem Epiſcopi ſucceſſores ſunt Apoſtolorum, ſuperiores dignitate Presbyteris, ſuo charactere judices Sacerdotum, in quibus ſolis fuit ſemper poteſtas conſecrandi Sacerdotes, repręſentantes Chriſtum ſecundùm majorem perfectionem, dicti ſpecialitèr Eccleſię ſponſi.

3. Rem ſpiritualem eſſe dicebat ſivè virgines, ſivè mulieres violare. R. verbo *Florinus*. Tum quia peccata carnalia Deus expreſſè prohibet: contra fornicarios pœnas ſtatuit etiã in lege veteri. Nihil inſupermagis contrarium ſpiritui, & elevationi mentis ad Deum, quàm opera carnis. Undè adversùs ſpiritum caro concupiſcit, ut monet Apoſtolus, & omnes experimur. Quid ergo inſipientius, quàm violationes corporum, ſpiritualem rem nominare? Tandem violatio eſt actus injuſtitiæ, quæ ſpiritualium operum inimica eſt.

IV. THARSENSES. Meletiani Antiochię, ut pollerent multitudine, conjunxerunt ſe hęreticis Tharſenſibus, qui iidem fuerunt, ac Semiariani, ſic dicti a Silvano Tharſenſi eorundem Epiſcopo. Ex Sozom. lib. 6. cap. 4.

TATIANISTÆ. Vide *Encratitæ*. II.

TEMPLARII. Utrum Templarii XIII.
ſint inter hęreticos numerandi, an non, meum non eſt hìc diſcutere. Rem paritèr indeciſam relinquunt Prateolus, Gaulterius in catalogo hęreticorum, & idem præſtant ferè omnes Auctores, qui Templariorum hiſtoriam conſcripſerunt. Certum eſt à Clemente V. in Concilio Viennenſi damnatos fuiſſe Templarios proptèr crimina, quę illis fuerunt objecta, quę, accuſati, evacuare non potuerunt, licèt plures Templarii hujuſmodi criminum ſe nunquam reos fuiſſe conſtantiſſimè negaverint. Hìc ſolùm referam crimina, quæ Templariis fuerunt objecta, quæ ex inſtructione tranſmiſſa à Pontifice ad Inquiſitores fidei collegi, juxta quam inſtructionem Templarii examinari debebant, ut ad quæque objecta reſponderent, an dę facto objectorum ſcelerum ſe complices vel confiterentur, vel negarent. Circa annum 1118. initium habuit Ordo Militatis Templariorum, cum Hugo de Paganis, vir nobilis, unà cum octo aliis ſociis ſe Deo vovit, inſtar Canonicorum Regularium vitam ducturus, propè Templum Jeroſolymis, paratus arma ſumere, & vitam exponere pro defenſione illorum, qui ad loca Sacra peregrinarentur: ex quo Milites Templi, præfati novem illuſtres viri, unà cum ſuis ſucceſſoribus ſunt nuncupati, qui vitam ex eleemoſynis ſpontè oblatis ſuſtentabant. Creſcente interim Confratrum Templariorum numero, creverunt etiam penè in immenſum eleemoſynæ ipſis à Regibus, & Potentioribus oblatæ; & per univerſam Europam dilatatus eſt Templariorum Ordo, cui adſcripti ad plures annos devotè vixerunt, & pro defenſione Terræ ſanctæ ſæpè virilitèr contra Saracenos pugnarunt. Sed inter divitiarum abundan-

tiam reſrigeſcente devotionis ſpiritu, paulatim Templarii deficientes, non modò in vitia, ſed etiam in hereſim declinaſſe, referunt Hiſtorici. Res delata ad Principes, & ad Summum Pontificem, qui cum vix credere valuiſſet, Religioſos equites potuiſſe tot ſceleribus ſe contaminare, in quibus immerſos vivere clamabant Templariorum accuſatores, ut in re tanti momenti omni cum cautelà procederet Pontifex, literas dedit ad locorum Ordinarios, ut captis Templariis diligentèr inquirerent, an verè in ſequentibus articulis, ſicuti delatum erat ab accuſatoribus, defeciſſent.

1. An Templarii cooptati in Ordinem, Deum, & Chriſtum abjurarent.

2. An crederent Ordinis Magiſtrum poſſe pœnitentiæ Sacramentum, licèt in nullo Ordine conſtitutum, miniſtrare.

3. An Chriſtum pro redimendo genere humano paſſum fuiſſe negarent.

4. An edocerentur, poſſe inter ſe luxurioſè commiſceri.

5. An conſpuerent Crucem, & imaginem Chriſti.

6. An quoddam ſimulacrum Divina veneratione colerent.

De prefatis ſceleribus convictos fuiſſe Templarios, ſunt qui aſſerant, quapropter Templariorum Ordo ſuppreſſus fuit, pluribus ex illo Ordine, ſicut decebat hæreticos & facinoroſos, condignis ſuppliciis affectis. Vide Spondanum ab anno 1270. uſque ad 1313. Alii illos defendunt, videndi apud Franciſcum Mennenium Symbol., & origin. Ordin. Militar. pag. 75., qui & ad calcem operis Templariorum Regulam, & inſtituta edidit. De illis etiam, & judicio in ipſos lato diſſerit Aubertus Miræus in ſimili opuſculo, cap. 4. & 5.

V. Tepioi. Tepidos Gaulterius eoſdem eſſe credit, ac *Pacificatores*.

II. Terebinthus. Vide *Buddas*.

XII. Terricus. Vide *Populicani*.

III. Tertullianus, natione Afer, patrià Carthaginenſis, patre Centurione Proconſulari natus circa finem ſecundi ſeculi, cum omnium ſcientiarum evaſiſſet peritiſſimus, & inter Latinos diſertiſſimus, propter eminentem ſcientiam, quam ſibi ex aviditate ſciendi comparaverat, cœpit clarere inter Doctores ſui ævi, ineunte ſeculo tertio. Penè innumeræ fuerunt Tertulliani lucubrationes, quibus à juventute inſudavit; quapropter adhuc juvenis librum ſcripſit *De moleſtiis nuptiarum*, quas, factus uxoratus in juventute, cum adhuc eſſet Gentilis, maturè nimis expertus fuerat. Interim vera diſcendi deſiderio magis ac magis fervens, ab idololatria ad religionem Catholicam tranſitum fecit, & ſtatim operibus ſuis hæreticos cœpit impugnare, promulgato inſigni opere contrà eoſdem, inſcripto *De Præſcriptione*. Furente interim ſub Severo Imperatore perſecutione in Chriſtianos, Romam ſe contulit, ubi ſcripſit pro Chriſtianis apologiam ad Magiſtratus Romanos; & hinc Carthaginem reverſus, cum Scapula Proconſul eſſet in Africa, ubi etiam perſecutionem excitaverat contra Chriſtianos, ad eumdem declamatorium, potiùs quàm ſupplicem libellum direxit, quo violentos Scapulæ impetus ſiſteret. Anno 209. ſcripſit adversùs alios hæreticos, nempè Marcionem, Valentinum, & adversùs Judæos. Duro erat Tertullianus genio, & auſtero animo, vitæque Chriſtianæ profeſſionem in ſeveritate, atque auſteritate nimià ſitam eſſe credebat; hinc factum eſt, ut malè acciperet dulcedinem, quà Zephyrinus Pontifex adulteros benignè ad pœnitentiam receperat, quos Tertullianus, utpotè animo, indole, & genio auſterior, duriùs voluiſſet ab Eccleſiâ, quæ cæterùm eſt pia mater, acceptos. Interim cum Proclo Montani diſcipulo amicitià inità, facilè fuit ab hoc hæretico Tertullianum decipi. Docebat enim Proclus diſcipulos ſuos in jejuniis, continentià, aliiſque pœnalitatibus vitam inſtituere, qui rigidior vivendi modus, cum magis eſſet conformis auſterio-

ri Tertulliani genio, hinc factum eſt, ut Proclo hęretico Tertullianus adhęreret, & à verà Eccleſià recederet. Sentiunt alii Tertullianum à fide defeciſſe, eo quòd Carthaginenſem Epiſcopatum, cui inhiabat, non obtinuerit. S. Hieronymus verò in Catal. Scriptor. Eccleſiaſticor. ait, ad Montani hæreſim propterea defeciſſe, quia Romæ malè habitus fuerat. Quidquid ſit de causà prævaricationis Tertulliani, certum eſt Proclo hęretico adhęſiſſe; quapropter Zephyrinus Papa in omnes Procli defenſores, & potiſſimùm in Tertullianum anathema dixit. Quarè magis ac magis in Catholicos excandeſcens Tertullianus, plura in eoſdem ſcripſit; pro quorum defenſione, cum ſanioris eſſet mentis, adeò felicitèr calamum acuerat. Sed cum Cataphrygarum ſecta, cui adhęrebat Tertullianus, ei non ampliùs arrideret, à Cataphrygibus ſe disjunxit, & ſuos habuit ſectatores, Tertullianiſtas nominatos. Vixit ad ętatem decrepitam, & potiſſimùm docuit.

1. Animas per traducem propagari, ſcilicèt animam filii propagari ab anima patris, quemadmodùm corpus à corpore propagatur. Fatendum eſt, Tertulliani tempore non in eam claritatem creviſſe doctrinam de origine animæ, ut veritas fuerit definita; undè multi ex antiquis Patribus dubitarunt, an humani ſeminis virtute generaretur. Cura prior Eccleſiæ fuit reprobare Platonicos, quorum errorem ſuſtinuit Origenes, exiſtimantes de numero ſubſtantiarum ſeparatarum animas eſſe, & in opera informanda deſcendere. Sed nunc, cum jam placuerit Spiritui ſancto illuminare Eccleſiam, doctrina Tertulliani. R. ex pluribus Conciliis, utpotè Lateranenſi, celebrato anno 563., & aliis, in quibus definitum eſt animam rationalem creari immediatè à Deo, quam veritatem evidentèr evincunt verba Geneſis, cap. 2. *Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Tum quia ſi anima rationalis propagaretur per traducem, ejuſdem eſſet conditionis cum animà cujuſcumque viliſſimi bruti. Tum quia imperceptibile eſt, quomodò anima, quæ eſt ſpiritualis, poſſit animam generare. Demum quidquid generatur, corrumpitur, anima non eſt corruptioni ſubjecta, ergo neque poteſt generari.

2. Docuit, malas animas converti in dœmones. R. ex verbis Matthę, cap. 25. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus.* Ex his verbis conſtat, Deum paraſſe ignem diabolo, & cæteris ſpiritibus deſertoribus, ad quem mittit animas hominum jure puniendas: ergo malæ animæ non convertuntur in dœmones, cum in præfato textu Deus diſtinguat inter homines reprobos, & dœmones. Tum quia malæ animę reſurgent in proprio corpore, dœmones autem reſurgere nequeunt in corpore, quod numquam habuerunt. Hic error etiam ex Platonicorum ſchola proceſſit, ut patet in eorum libris, eſtque præcedentis ſequela.

3. Secundas nuptias contra Apoſtolicam doctrinam, tanquam ſtupra damnavit, hàc de re promulgato libro de Monogamia. R. ex verbis Apoſtoli, qui in epiſtola ad Titum, pro remedio imbecillitatis humanæ, permittit viduis tranſire ad alias nuptias, ut præfatam epiſtolam legenti patet. Tum quia conjux mortuo alio conjuge æquè liber eſt, ac eſſet liber, antequàm nuberet: ergo iterum in ſuà eſt voluntate, & libertate, ſi velit ad ſecundas nuptias tranſire.

4. Negavit Chriſtianum hominem poſſe fide ſalvà militem agere. R. Nam militia non eſt contra inſtitutum Chriſtianorum, & ſcimus ſanctiſſimos viros etiam militaſſe. Deinde Chriſtiana lex non deſtruit jura naturæ, ex quorum præſcripto licet bella gerere, quæ ſine militibus fieri non poſſunt.

Plu-

Plures hęretici, ut ſua probarent figmenta, conati ſunt Tertulliani ſcripta pluribus in locis perperam accipere, & diſtorquere in pravum ſenſum; ſic Calviniſtæ ex quàdam Tertulliani ſententia, probare nituntur eundem ſenſiſſe in Calviniano ſenſu, circa Sacramentum Euchariſtiæ: ſed ab his, & aliis calumniis Tertullianum vindicatum, videre eſt in Natali Alexandro, ſeculo tertio. Vide etiam Cerdæ commentaria in eundem Tertullianum.

VI. TETRADITÆ. Aſpis ſecundus fuit Severus, cujus ſectatores ab Epiſcopis Severianis diverſa nomina ſortiti ſunt; inter quos numerantur *Tetraditæ*, à Tetradio Severiano nuncupati. Ex Niceph.cap.49.

XV. THABORITÆ. Joannes de Ziſcha, Joannis Huſſi erroribus infectus, Thaboritarum dux fuit. Dicti ſunt autem Thaboritę à Monte quodam, quem Ziſcha occupavit in Bohemia, mœnibus cinxit, ibidemque finxit, quaſi in Monte Thabor ſe Chriſti transfigurationem vidiſſe, & veræ fidei veritatem accepiſſe. Ziſcha Monoculus, poſtmodùm omnino cœcus, emerſit ſub Sigiſmundo Imperatore, currente ſeculo decimo quinto, communiterque deceſſiſſe creditur anno 1424. Creverat in aulà Sigiſmundi, poſtmodùm Imperialis exercitus Dux conſtitutus, cum plures retuliſſet victorias, ſactum eſt, ut Bohemi tanquam Angelum de cœlo miſſum venerarentur; quarè ipſe in ſuperbiam elatus, ſe Huſſitarum in Bohemia coriphæum conſtituit, & factus Chriſtianæ religionis infenſiſſimus hoſtis, Monaſteria incendiis devaſtans, ſacras Imagines diſſipavit, neque aliam imaginem retinuerunt Thaboritæ, niſi imaginem Angeli, qui calicem in manu tenebat, ſuper Civitatis portam conſtitutam, ut innuerent ſe cum Bohemis, ſivè Calixtinis communionem ſub utraque ſpecie ut neceſſariam amplecti, & imaginem Ziſchæ, quem penè ut numen venerabantur. Tandem Ziſcha peſte deceſſit, cum ex cute ſuà præcepiſſet tympanum bellicum conſtrui, ad cujus ſonitum hoſtes quàm primò fugandos aſſerebat. Mortuo Ziſcha, Thaboritæ in factiones diſperſi, tandem à ſacra expeditione fuerunt exterminati. Thaboritarum errores verbo *Huſſitæ* reprobantur. Conſule Æneam Sylvium in Hiſt.Bohem.

I. THEAUTES, unus fuit ex primariis hæreticis, qui ſciſſionem in Eccleſià fecerunt, prout refert Egeſippus, de quo etiam mentionem facit Euſebius Cæſarienſis in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica lib.4.cap.18. Cum ægrè ferret, ſe ad Epiſcopatum non eſſe promotum, circa annum 60. ab Eccleſia ſe ſegregavit: quales autem errores introduxerit, compertum non habemus, ſicut & incertum, an ſectatores habuerit. Aliqui aſſerunt Simoni mago, & Menandro adhęſiſſe *&* *Cleobium*, *Doſithęum*, *Gotrhęum* ſectatores habuiſſe.

II. THEBULIS. Martirio coronato Simeone, anno 109. Jeroſolymorum Epiſcopo, in ejus locum ſuffectus eſt Juſtus, rejecto Thebule quondam Judæo, qui repulſę impatiens, Eccleſiam Jeroſolymitanam erroris labe inficere exorſus eſt: quos autem errores docuerit, non refert Egeſippus, à quo Euſebius hanc deſumpſit narrationem. Vixit initio ſecundi ſeculi. Ex Euſebio in Chronic.

VI. THEMISTIANI. Graſſante in Oriente annò 519. corruptibilium, & incorruptibilium factione, Timotheus Alexandrinus Epiſcopus, Severi opinioni de corruptibilitate adhęrens, Themiſtium ejuſdem Eccleſiæ Diaconum in ſuam opinionem trahere contendit: ſed renuente Themiſtio, qui incorruptibilium factioni adhęrebat, Timothei Epiſcopi corruptibilium fautoris à communione ſeceſſit cum plurlbus, qui in Ægypto Themiſtiani ſunt nuncupati. Vide verbo *Julianus Alicarnaſſeus*, *Corruptibiles*, *Incorruptibiles*. Ex Leontio de Sectis act.5.

III. THEOCATAGNOSTÆ. Dicti fuerunt Theocatagnoſtæ, etiam *Blaſphemi*, & *Contumelioſi*, eo quòd Deum

ipſum

ipſum auderent arguere, quaſi quædam facta peccaminoſa commiſiſſet. Similiter in *Sanctos* procaces, imò & in ſacris *literis plura à rectis* moribus diſſona *contineri* blasphemabant. *Agit de his hęreticis Sanderus*, hęreſi 124.

IX. Theoctistus, profeſſione Eremita in multos impegir errores, ſed a Theodoro Studita ſæpius admonitus, ad pœnitentiam ductus, ſuas tandem retractavit erroneas opiniones, ſicut ex epiſtola Theodori ad Theoctiſtum colligitur. Ex Spond. in Epitom.

1. Aſſerebat beatiſſimam Virginem non ex viro & fæmina genitam fuiſſe, ſed ante ſecula extitiſſe. R. ex ſacra pagina, ex qua conſtat, Chriſtum Dominum ex ſemine Abrahę, & Davidis natum eſſe. Non autem potuit ita procedere, ni ex illis nata fuiſſet ſanctiſſima ejus Mater, cum ortus fuerit ſinè humano Patre. Fuit ergo Maria genita, & nata ut cęteri homines in tempore. Propterea locum illum Iſaïæ: *Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet*, ità interpretatur S. Hieronymus, & cum illo Catholica Eccleſia, ut de ſemine Jeſſe patris David proceſſerit, ut virgula ex radice Deipara Virgo, ex quà proceſſit flos Chriſtus. Nihil ergo non commune ſecundùm naturam Virginis generationi aut origini, ſed illud ſingulare, quòd communis peccati mortem in ſua conceptione non incurrerit.

2. Chriſtum Dominum non fuiſſe crucifixum. R. ex Symbolo Apoſtolorum, & ex quatuor Euangeliis, ubi Chriſti paſſio deſcribitur.

3. Dæmones poſt Judicium ſalvandos fore. R. verbo *Ægidius*.

4. Monachum unum poſſe à pœnis inferni eruere centum quinquaginta damnatos effutiebat, ſuſtinens etiam recipiendum eſſe librum quemdam apocryphum, Antonii dictum, in quo plura impia, & blasphema continebantur.

IX. Theoda. Anno 848. mulier natione Svevica, nomine Theoda, Moguntiæ publicè blaterabat, ſe ſcire determinatè ultimum diem Judicii prænunciare. Juſſu Archiepiſcopi carceri mancipata, confeſſa eſt, ſola ſpe lucri ſe agere prophetiſſam; quare virgis cæſa, in exilium pulſa fuit. Ex Genebrardo.

Theodorus Balsamon, Cartularius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, peſſimè affectus in Latinos, quòd ab eis detineretur Eccleſia Antiochena, cujus Patriarcham ſe eſſe dictitabat, in commentario, quod ſuper Canones edidit, potiſſimùm ſtuduit diffamare Romanam Sedem, miſcens apocrypha in ſua collectione cum authenticis, ubi occaſionem ſumpſit ſcribendi contra cœlibatum Eccleſię Occidentalis, & contra jejunium Sabbati. Sed longè execrabiliora ſunt, quæ evomit *In Meditatis*, ſivè in reſponſione de Patriarcharum privilegiis, contra Romanum Pontificem. Ex Baron. anno 1193. XII.

Theodorus Dorschius, natione Germanus, qui vixit cadente ſeculo 16. Franciſci Davidis errorum propugnator fuit. XVI.

Theodorus Cornartius, Ordinis Batavorum Secretarius, ſectam ex ſuo nomine fecit, cujus præcipuus erros fuit Pelagium ſuſcitare, negando peccatum Originale. Ex Spond. XVII.

Theodorus Byzantius Coriarius. Anno 196. ſedente Victore Romano Pontifice, Theodorus Byzantius, profeſſione Coriarius damnatur, & ab Eccleſia eiicitur. Tempore perſecutionis, ſub Marco Aurelio comprehenſus, & in judicio examinatus, cum Chriſtum negaſſet, & id poſteà ei exprobaretur Romę, ubi præ pudore confugerat, in defenſionem ſuæ culpæ novum excogitavit errorem, aſſerendo ſe non Deum Chriſtum negaſſe, ſed hominem; quàpropter ſuſtinuit, Chriſtum non eſſe de Spiritu ſancto conceptum, natum ex Virgine, ſed eſſe purum hominem, nulla alià præ cęteris excellentià, niſi ſolius juſtitię inſignitum. Ejus Sectatores II.

tores nuncupati ſunt Theodotiani. R. verbo *Cerinthus*, *Budneitæ*. Ex Theorbrero hæretic.fabul.lib.2.

V. Theodorus Mopsuestenus, de quo agit Liberatus in Breviario, quinto currente ſeculo vixit. Ex Monacho factus Epiſcopus Mopſueſtenus in Cilicia, ſocium in Monaſterio habuit S. Joannem Chryſoſtomum, qui miſeratus errores Theodori ad vitia proclivis, ad eundem Tractatum ſcripſit, ut ad ſaniorem frugem revocaret; ſed ſenſuum illecebris immerſus Theodorus adhuc Monachus, in iiſdem perſtitit, licèt Epiſcopus, & uſque ad deceſſum perſeveravit. Cum tamen eſſet dicendi gratiâ valde diſertus, quoſdam auditores habuit, inter quos fuit Neſtorius, qui ſuam impiam doctrinam Neſtorianam hauſit ſub diſciplina Theodori Mopſueſteni, contra quem, & ejus ſcripta, anathema pronunciatum fuit in quinta Synodo generali, celebrata anno 553. quo tempore jam Theodorus deceſſerat; primuſque fuit inter hæreticos, qui poſt ſuum deceſſum ab Eccleſia fuit damnatus, nondum enim Eccleſia definierat hæreticos, judicio publico & anathemate, etiam poſt eorum mortem poſſe damnari. Scripſit contra Theodorum S. Joannes Damaſcenus, & eum vocat lib.3. cap. 3. Deo odibilem, & igne dignum. Theodorum licèt jam mortuum, etiam anathematizavit Nonnus ſanctæ memoriæ, Edeſſenæ Civitatis Epiſcopus. Verbo *Neſtorius*, errores Mopſueſteni reprobantur. Cęterùm peculiaris ejus error fuit aſſerere, quòd in veteri Teſtamento nihil propriè dicatur de Chriſto, quod reprobatur verbo *Judæi*, contrà quos oſtendimus impleta in Chriſto vaticinia Prophetarum.

VII. Theodorus Pharanita, cujus hiſtoriam perſtringit Baronius anno 649. Epiſcopus, obſcuri quidem nominis vir, ſed ex ſua impietate optimè notus, qui & ideò princeps erroris habitus eſt, quòd ex ejus ſcriptis omnes, qui hæreſim Monothelitarum promulgarunt, ſcandalum ſumpſerint. Cognitum ſiquidem eſt per Theodori ſcripta, ex quo fonte blaſphemia flueret de unâ tantùm in Chriſto voluntate, & operatione, nempe ex eo, quod Theodorus aſſereret, incorporalitèr ex utero proceſſiſſe Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum; quare in ſexta Synodo, ſub Martino Pontifice anathema dictum eſt Theodoro Pharanitæ, ejuſque ſcripta reprobata. Chriſtum autem verum hominem, nempe cum integra natura humana in utero Virginis aſſumptâ, ex utero Virginis proceſſiſſe, probant quatuor Euangelia, in quibus Chriſti nativitas exprimitur; ubi Mariam peperiſſe infantem, quem ſtatim pannis involuit, narratur. Item Angelus ad Mariam dixit: *Concipies in utero, & paries filium*. Filium ergo peperit, quem in utero concepit, ergo falſum eſt, incorporaliter Chriſtum ex utero Virginis proceſſiſſe.

Theodorus Syncellus, Preſbyter, & Monthelita impudentiſſimus, cuſtos vaſorum Eccleſiæ, anno 666. eligitur Patriarcha Conſtantinopolitanus, regnante Conſtante Imperatore. Factus ſignifer hæreſis Monothelitæ, delere auſus eſt è diptycis nomina Romanorum Pontificum, uno excepto Honorio, quem, ſed perperam, ut ſuo loco diximus, Monothelitam fuiſſe arbitrabatur. Cum autem ipſe Imperator ferre non valeret Theodori procacitatem, qui contra expreſſam ipſius Imperatoris prohibitionem, Vitalianum Papam è ſacris diptycis eraſerat, eundem ſtatim à Sede Conſtantinopolitana expulit, & in ſexta Synodo Œcumenicâ damnatus fuit, cui ſucceſſit Georgius: ſed poſt triennium mortuo Georgio, ſimulante Theodoro Catholicam fidem, iterum ad Sedem priſtinam fuit aſſumptus: reverà tamen in ſuâ pertinaciâ perſiſtens, fraudulentèr corrupit acta Synodi. Ex Baronio. VII.

Theodosius Acephalus, orationum ſcriptor, & ſectator Severi Acephalorum capitis, corruptibilium hæreſis inventoris, electus fuit con- VI.

trà

trà Gajanum Epiſcopus Antiochenus; in hac enim promotione duæ fuerunt electorum factiones, quarum una ſtetit pro Theodoſio, alia pro Gajano. Sed cum Theodoſius ferre non poſſet contra ſe odium populi, qui eum ægrè Epiſcopum eſſe patiebatur, à Sede diſceſſit, ſeceſſitque Conſtantinopolim ſub protectione Theodoræ Auguſtæ. Tempore quo Theodoſius Conſtantinopoli degebat, ibidem Agnoetarum dogma excitatum eſt. Adverſantibus novo dogmati pluribus, magna orta eſt de hoc dogmate inter contrarias partes altercatio. Qui cum Theodoſio ſentiebant, teſte Joanne Damaſceno, dicti ſunt Theodoſiani. Cum verò Theodoſius ſubſcribere renuiſſet Concilio Chalcedonenſi,cujus erat infenſiſſimus hoſtis; ab Imperatore Juſtiniano, anno 536. in exilium pulſus eſt. Hic notandum Agnoetas juxta nomen capitis, ſub quo militabant, diverſa nomina ſortitos fuiſſe: dicti ſunt enim *Themiſtiani* à Themiſtio Agnoetarum ſectę Principe: *Theodoſiani* à Theodoſio: *Jacobitæ* à Jacobo: *Barſaniani* à Barſanio, qui omnes diverſis in locis eamdem Agnoetarum hęreſim profeſſi, a ſuo nomine ſectatores ſuos nuncupari voluerunt. Vide *Agnoetæ*.

V. THEODOSIUS ALEXANDRINUS. Ab hoc Theodoſio (graſſante ſchiſmate in Alexandriâ ob electionem Epiſcopi Alexandrini, ſufficiendi in locum Dioſcori propter hęreſim depoſiti) nominati ſunt Theodoſiani. Hujus rei hiſtoriam perſtringit Spondanus in ſua Epitome,anno 452. Cum itaque in electione Epiſcopi, Cives Alexandrini ab Eccleſia Catholica ſe ſegregaſſent, & in diverſas factiones eſſent diviſi, alii dicti ſunt *Ægyptii*, alii *Schematici*, alii *Monophyſitæ*, alii *Jacobitæ*, alii demum *Theodoſiani*. Porrò in iiſdem diſſidentibus reducendis, plurimùm laboravit Marcianus Imperator; quâ de re ſermonem proſequitur Spondanus loco citato, ad quem lectorem remittimus.

V. THEODOSIUS EUTYCHIANUS. Quidam Pſeudo-monachi Eutychiani in Palæſtina, anno 452. cum impudentèr nimis aſſererent Concilium Chalcedonenſe fuiſſe congregationē Neſtorianam, in ſuam ſententiam plurimos duxerunt, adeò ut expulſo, qui eis adverſabatur Juvenale Jeroſolymitano Epiſcopo, Theodoſium quemdam Pſeudo-monachum, hominem perditiſſimum in ejus locum ſubſtituerint: qui Theodoſius raptâ in ſuam hæreſim Eudoxiâ Auguſtâ, in tota Palęſtina Catholicos cędibus, tormentis, exiliis exagitavit, ad hoc ut Synodo Chalcedonenſi adverſarentur. Sed reclamantibus ejus flagitiis, poſt viginti menſes, quibus Sedem Jeroſolymitanam occupaverat, cum ad Imperatorem juſſus eſſet perduci, aufugit in montem Sina. Adversùs Theodoſium pro defenſione Catholicę fidei, egregiè ſcripſit Cyrillus, diſcipulus magni S. Anthimi Anachoretæ.

THEODOSIUS SCHINBERGIUS, XVI.
ſcriptis Joannis Summeri Epiſtolam [illegible], in quâ plures inſeruit errores: ibi enim potiſſimùm negat Trinitatis myſterium. Vixit cadente ſeculo 16.

THEODOTUS PROSELYTUS, Patriâ Epheſinus, II.
Marcionis hæreſiarchę ſectator, ad Judaiſmum declinans, vixit cadente ſeculo ſecundo; & cum Hebraici,& Græci ſermonis eſſet peritiſſimus,novam Divinę Scripturæ tranſlationem fecit, quæ tertia tranſlatio dicta eſt, ſed pluribus referta erroribus, quippe quę ab hęretico compaginata, repugnans in pluribus verſioni Septuaginta duorum. Illam jure merito improbat S. Hieronymus, lib.2.contra Ruffinum.

THEODOTUS MILLISENUS, dictus IX.
Caſſiterra, erat ex eorum numero, qui Spatharii dicebantur.Ille fuit, cujus fraude Leo Imperator in hęreſim Iconoclaſtarum perductus, pro mercede ſuę impietatis Patriarchatum Urbis ab Imperatore obtinuit, expulſo Nicephoro legitimo, & Catholico Epiſcopo, anno 814. Ex Baronio.

THEODOTUS MONTANISTA, II.

fuit

fuit primus doctrinę Montani procurator, ſive promotor, ſtatim ac deceſſit Montanus. Sed mente captus, & à fraudulento ſpiritu, cui ſe crediderat, in ſublime aliquando delatus per aera, de repentè præceps dejectus, miſerè periit. Ex Euſebio Eccleſ.hiſt.cap.15.

II. Theodotus Trapezita. Idem ſignificat Trapezita, ac opifex argentarius, qualis fuit Theodotus Melchiſedechianorum auctor, qui vixit circa finem ſecundi ſeculi. Dixit, Chriſtum purum hominem eſſe, licèt ex Spiritu ſancto conceptum, & de Maria Virgine natum, inferiorem tamen Melchiſedech fuiſſe, eo quòd dictum ſit de Chriſto: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech*; nam illum Melchiſedech advocatum eſſe Angelorum, Chriſtum verò advocatum eſſe humani generis affirmabat. De priori Melchiſedech compręhendi non poſſe initium, aut finem, ideoque Melchiſedech, Chriſto eſſe pręſtantiorem. Vide *Melchiſedechiani*. De Theodoto mentionem facit Tertullianus, de Præſcrip.cap.ultimo.

IV. Theognis. De Theognide, quem alii Thogenem appellant, Nicenæ Civitatis Epiſcopo, plura diſſerit Nicephorus, lib. 8. cap. 18. Arianæ hæreſis propugnator acerrimus, in Concilio Nicæno vocem *Homouſion*, quæ conſubſtantialitatem ſignificat, admittere recuſavit. Unus ex illis potiſſimùm fuit, qui in D. Athanaſium excitatà perſecutione, ſancto Epiſcopo tot ęrumnas pepererunt: quarè Theognis in exilium pulſus, cum ægrè ferret ſe à ſuà Sede dimiſſum, ut ad eamdem revocaretur omnem viam ſibi excluſam animadvertens, niſi cum Nicæna Synodo ſentiret, ſimulavit ſe ab Arii ſententia diſcedere, & cum Catholicà Eccleſià ſentire, tranſmiſſo ad primarios Epiſcopos pœnitentiæ libello. Decantata proindè palinodià ad ſuam ſedem ab Imperatore revocatus, vix eandem obtinuit, cũ in priſtinum Arii errorem relapſus, in eodem impœnitens deceſſerit. Difficile erat meliorem frugem ab eo ſperare, qui pęnarum timore perterritus, in perſecutione Diocletiani idolis ſacrificaverat in opprobrium fidei, quam à Luciano Martyre, cujus fuerat auditor, didicerat.

Theonas, Marmaricenus Epi- IV.
ſcopus, acerrimus Arii propugnator, proindè à ſancta Synodo Nicęna anathemati nominatim ſubjectus fuit. Ex actibus Synod.Nicęnæ

Theophilus, Metropolitanus VIII.
Nacollæ in Phrygia, primus omnium Epiſcoporum adversùs ſacras Imagines pugnavit, unà cum Leone Iſauro. Ea Spond.in Epitom:anno 726.

Theopaschitæ, iidem ſunt ac VI.
Monophyſitæ, ſivè Monothelitæ. Vide etiam verbo *Cnaphęus*.

Theophronius, natione Cap- IV.
padox, Eunomium præceptorem habuit. In Philoſophicis ſcientiis inſtructus, tractatum compoſuit inſcriptum *De exercitio mentis*; ſed cum potiùs Sophiſta eſſet, quàm Philoſophus, probare contendebat, quòd Deus, id quod non extat præſciret, quod extat ſciret, & quod extitit, memoria retineret, mutationem in Deo inducens, quaſi cognitionem transferret ad pręſentia, ad futura, & ad præterita, cum tàm præſentià, quàm præterita, & futura ſemper ſint, & fuerint nuda, & aperta oculis Dei, qui nulli poteſt eſſe, proptèr ſuam eſſentialem immutabilitatem, mutationi obnoxius. De quo legitur in Scrip. *Ego Deus, & non mutor*. Tum quia immutabilitas eſt perfectio ſimplicitèr ſimplex, quæ neceſſariò eſſe debet in Deo. Tùm quia agens mutatur, ut acquirat ſibi bonum, Deus infinitè bonus nequit ſibi bonum acquirere, ergò nequit mutationi eſſe obnoxius. Perbellè D. Proſper ſic cecinit.

Utque rebus cunctis ſimul eſt Deus omnibus unus.
Sic rerum metas ſecum habet, ac numeros.
Nec ſerum, aut properum ſibi ſentit in ordine rerum,

Cui cuncta aſſiſtunt acta, & agenda ſimul.

Ab Eunomianis ipſis repudiatus fuit; quàpropter conventus ſuos ſeorſim ab Eunomianis congregans, ſub nomine ſuo hęreſim inſtituit, cujus ſequaces dicti ſunt *Eunomio-Theophroniani*, qui præter Eunomii errores, adhuc.

Docebant, Baptiſmum per unicam merſionem, in ſolo nomine Chriſti faciendam, conferri debere, nullâ factâ mentione ſanctiſſimæ Trinitatis. R. verbo *Agnoetæ*. De Theophronio ſcribit Nicephorus lib. 12. cap. 32.

II. THEOTIMUS, Valentini diſcipulus, anno 175. De hoc ſcribit Tertullianus, adversùs Valentinum.

II. THESSARESCEDECATITÆ hæretici, pro ut placet Tertulliano, in opuſculo De hæreſibus, auctorem habuerunt quendam nomine *Blaſtum*. Epiphanius verò, lib. 2. contra hæreſes, vult ex Quintillianiſtarum, & Priſcillianorum duabus ſectis permixtis emerſiſſe Theſſareſcedecatitas, quos eoſdem eſſe, ac Quartodecimanos ex eorum errore colligitur. Quare autem ſic fuerint nuncupati, nullibi apud eos, qui de hac hæreſi agunt, exprimitur. Argumentàri licet, vel ab aliquo erroris propagatore, vel à loco, in quo error fuerit propagatus, hoc nomen potuiſſe ſortiri. Vide *Paſchatitæ*, & *Quartodecimani*.

VIII. THNETOPSYCHITÆ. Agit de Thnetopſychitis Sanderus, hæreſi 123. Credebant hominum animas, non ſecus ac belvas, unà cum corpore extingui; hoc enim ſignificat Græca vox compoſita *Thnetopſychita*. R. verbo *Arabes*.

XIV. THOMAS, natione Apulus, Pariſiis ſe à Spiritu Sancto miſſum ad confundendos errores, & virtutes exaltandas firmiter aſſerebat, libro edito, in quo ſtatum Eccleſiaſtici ordinis turpiter diffamabat, beatiſſimam Virginem vilipendens, & Sanctos, quos omnes hęreticos eſſe dicere audebat. Mundum non ampliùs à Deo Patre, vel Filio, ſed à Spiritu ſancto gubernandum aſſerens, neque indigere mortales Sacramentis efficiens, igni damnatur. Sed cum à Medicis non ſani capitis judicatus fuerit, commutatâ pœnâ, perpetuo carceri fuit addictus. Ex Spond. anno 1383.

THOMAS MANICHÆUS, unus fuit ex tribus primariis Manetis diſcipulis, quem Manes ad Indos deſtinavit, ut ibidem ſuam hæreſim promulgaret, ſicut & alium ſuum diſcipulum, nomine *Adam*, ad Syros in ſuperiores Orientis partes legatum impiæ prædicationis fecerat, ſecum retento Hermea ſuæ impietatis collega. Ex S. Epiph. hæreſi 66. III.

THOMAS HOBBES, Anglus, cadente ſeculo 16. ortus Oxfordii, ſtudiis operam dedit, pluribuſque poſtmodùm peragratis regionibus, in Galliâ Mathematicę ſcientiæ applicuit, & librum vulgavit inſcriptum *De cive* in quo penè totius, in materiâ religionis, regiminis Regem diſpenſatorem conſtituit. Alios libros Angliam reverſus edidit, in quibus plures hæreticales propoſitiones eſt reperire; omnia eſſe corporalia arbitratus eſt. Atheus communiter creditus, anno 1639. deceſſit. XVI.

THYMOLEUNTES. Iconoclaſtis hoc novum nomen, ſcilicet *Thymoleuntes* inditum, eo quòd eos, qui ſacras Imagines exciperent, aut ſalutarent, plagis & ſuppliciis ſinè modo afficerent. Ex Damaſceno de hæreſ. VIII.

TIBBE. Vide *Memnonitæ*. XVI.

IV. TICONIUS, natione Afer, ſectâ Donatiſta, nihilominus Parmenianum redarguit aſſerentem, Eccleſiam veram ſolùm eſſe apud Donatiſtas. Contra Ticonium ſcripſit Parmenianus, ſed à Ticonio feliciùs fuit ſuperatus. Mirum, quòd Ticonius factus Donatiſtarum impugnator, nihilominus Donati erroribus omninò non renunciaverit, ſed à Donatiſtis diviſus, in novo ſchiſmate, cujus fuit coriphæus, deceſſit. Ex

XVI. S. Auguſtino, libr. contra Parm.

Tilemannus. De ipſo actum ſub nomine Heſchuſius: nihilominus hîc de eodem iterum ſermo inſtituitur, ad reprobandos uno ictu omnes illos, qui volunt Pontificem errare poſſe in fide. Solent itaque ejuſmodi homines, ut ſuam opinionem ſuſtineant, obiicere aliquos Pontifices, quos de facto hereticos fuiſſe impudentèr, & ſinè ullo prorsùs valido fundamento aſſeverant; ſed quia iſtę ſunt quæſtiones de facto, conſequenter hujuſmodi objectiones ſolvendæ ſunt teſtimonio graviſſimorum virorum, qui contrarium profitentur. Pontifices verò, quos in hæreſim lapſos teſtantur heretici, ſunt. Liberius, quem Arianum fuiſſe aſſerit Tilemannus, lib.de Eccleſia cap.9. ſed contra mendacium Tilemanni ſtat primò Liberius ipſe, epiſt. 1. ad Athanaſium, in qua profitetur ſe amplecti fidem Concilii Nicæni, quod certè non feciſſet, ſi fuiſſet Arianus. Hęc autem epiſtola refertur in Theſauro Catholico. Liberium vindicat S. Athanaſius, Apologia 2., in qua profitetur, quòd Liberius maluit pati exilium, quàm adherere Arianis: idem aſſerit Ammianus Marcellinus, Ethnicus, lib. 15. cap. 6. qui vixit circa annum 360. Ambroſius lib. 3. de Virginibus, vocat Liberium virum ſanctæ memoriæ, cui adſtipulatur Damaſus in Pontificali. Siricius Papa, epiſt. ad Himericum cap. 1. Socrates lib. 4. cap. 11. Sozomenus lib. 4. cap. 10. Theodoretus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 2. cap. 15. Simeon Metaphraſtes in vita S. Athanaſii. Nicephorus Caliſtus lib. 9. cap. 37.

Negari utique non poteſt, convicente teſtimonio Athanaſii ad ſolitariam vitam agentes, & teſtimonio Hieronymi de viris illuſtribus, cap. 97., quòd Liberius tandem victus tędio exilii, ſubſcripſerit latam ſententiam ab Arianis in Athanaſium; attamen hinc deduci non poteſt, ut prætendunt hæretici, quòd in fide erraverit; nam & ſi hæretici perſequebantur Athanaſium cauſà fidei, tamen non cauſam fidei, ſed crimina circa mores prætexebant, & Liberius conſenſit in damnationem Athanaſii propter crimina illi objecta, non propter ejus fidem. Pari ratione cum hæreticis communicavit, quia Catholicos ſe fingebant. Undè potiùs Liberius dici debet deceptus circa informationem cauſæ Athanaſii, & circà communionem cum hereticis, qui ut Liberium deciperent, Catholicos ſe fingebant. Nec noſtrum eſt contendere, Liberium non peccaſſe, ſed à fide non defeciſſe.

Alius Pontifex, quem in hereſim prolapſum dicunt, eſt Felix Secundus, quem etiam Ariana hereſi infectum fuiſſe aſſerit Tilemannus. Attamen fuiſſe virum Orthodoxum teſtatur Damaſus in Pontificali, ubi prò fidei conſtantià martyrio coronatum aſſerit, ejuſque memoria in Martyrologio commendatur, quarto Kalendas Auguſti à Bedà, Uſuardo, Baronio, & à pluribus aliis, qui de ſummis Pontificibus ſcripſerunt. Verum eſt, quòd antequam creatus eſſet Pontifex, cum Arianis communicavit, attamen numquam Arianam hæreſim profeſſus eſt; quod ſatis ex eo patet, quòd damnaverit Conſtantium hæreticum, qua de cauſa capitis obtruncatione martyrio coronatur. Pontificem iſtum non omnes recipiunt: qua de re controverſiæ mihi ſuperſedendum credidi.

Sequitur Honorius Primus, qui hereſis notà inuritur à Nilo Theſſalonicenſi, & à Magdeburgenſibus Centurià 7., ubi eundem Monothelitam fuiſſe, ſed falsò proferunt, reclamante S. Martino, qui tempore Honorii vixit, & eundem virum Catholicum prædicat, quod præſtat & Beda in hiſtoria Anglicana, lib. 2. cap. 17. Platina etiam tamquam virum ſanctiſſimum Honorium commendat. Epiſtolæ Honorii ad Sergium, ex quibus eundem Monothelitam fuiſſe præfati hæretici autumant, ſicut & alii Romanę Sedi injurii, qui ſe tamen Catholicos dicunt, longè aliud important. Nam quòd diſputationem eo tem-

tempore ſupprimere tentaverit, veritus Orientales tumultus, non eſt quòd errorem approbaverit. Quòd ſi videtur ſignificaſſe diverſas non eſſe in Chriſto voluntates, Catholico ſenſu id dixit, removens à Chriſto rebellis concupiſcentiæ appetitum, & animale *velle* perverſę naturæ, ut Abbas Joannes Honorii à Secretis patentèr ſcripſit, apud S. Maximum in Dialogo contra Pyrrhum. Acta ſextæ Synodi, in quibus Liberius damnatur corrupta eſſe, multi probant, Baron., Bellarm., Marcheſius in Vindiciis Honorii, licèt acta Concilii, ut incorrupta ſuſtineat, tamen ſapienter notat, damnatum Honorium propter negligentiam in hæreſi extirpanda, ut jam notaverat Leo Secundus, in epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Omnes Latini hiſtorici, ubi de Monothelitis agunt, nullam de Honorio mentionem faciunt. Hac de re jam actum eſt, ubi de voluntate Chriſti, & ibi breviter Honorius à tali labe eſt vindicatus.

Profertur inſuper Silveſter Secundus, quem Tilemannus, Magdeburgenſes, Lutherani, & Calviniſtæ Negromanticum fuiſſe contendunt: ſed contra clamat Epitaphium, quod hodie adhuc legitur ad ejus ſepulcrum in Eccleſia Lateranenſi. Sanctum fuiſſe virum commendant antiqua monumenta, & antiqui Scriptores. Hermannus Contractus in Chronicis, de anno 1000. Sigebertus Gemblacenſis, de anno 992. Blondus Flavius, Decadis 2. lib. 3. hæc habet; *Nullus Scriptorum affirmare dubitat Silveſtrum Secundum litteris, moribuſque ornatiſſimum fuiſſe*.

Accedunt ultimò Hiſtoriographi Lutherani, & Magdeburgenſes, in ſanctiſſimum virum Gregorium Septimum, anteà Hildebrandum debacchantes, quem ob ſua ſcelera Pontificatu indignum probare conantur. Sed eorum mendacia convincuntur adeò apertis Sanctorum virorum teſtimoniis, qui Gregorium Septimum prædicant, ut nullus de ejus ſanctitate maneat dubitationi locus. Inter illos autem, qui Gregorium Septimum virum ſanctiſſimum commendant, proferri poteſt Petrus Damiani, epiſt. 1. ad Hildebrandum, & S. Anſelmus, epiſt. 8. ad Guillelmum Abbatem Hirſaugienſem, teſtes utiq; omni exceptione majores. De Gregorio Septimo, utpote in albo Sanctorum adſcripto, celebrat officium ſub ritu duplici Ordo ſancti Benedicti, ſub die 28. Maii, cujus inſtitutum ſub nomine Hildebrandi, in Cluniacenſi Monaſterio profeſſus eſt. Sed & univerſalis hodie Eccleſia, Deo vindice, illum eodem officio decorat.

Hic etiam de Vigilio Pontifice agendum fore videtur, quem in hæreſim lapſum fuiſſe in cauſa trium capitulorum aliqui, ſed fruſtra probare contendunt: qua de re agimus in fine operis, ubi de controverſiis, quæ ad Eccleſiaſticam hiſtoriam pertinent, differimus, & à notà hæreſis Vigilium vindicatum oſtendimus. Auctores, qui torvis oculis S. Romanæ Sedis in rebus fidei decernendis infallibilem prerogativam depræhendunt, adhuc obiiciunt exempla Clementis III., Innocentii III. Bonifacii VIII., & Sixti V. per quæ evincere contendunt Romanos Pontifices in definitionibus fidei poſſe errori eſſe obnoxios. Aſſerunt itaque Clementem III. in Decretali *Laudabilem*, decreviſſe ſolubile eſſe matrimonium, ſi alter ex conjugibus in hæreſim incidat: ſed ullo prorsùs abſque fundamento, ex prefata Decretali colligi poteſt illata propoſitio, nam preter quàm quòd Decretalis *Laudabilem* revocata fuit ſub Innocentio III. Pontifex, qui Decretalem *Laudabilem* propoſuit, tamquam homo privatus ſuum in ea expreſſit ſenſum, quod colligitur ex illis verbis in Decretali præfata inſertis *Non videtur nobis*. Cum autem Pontifices aliquid proponunt tamquam dogma fidei, ab univerſo Fidelium cętu accipiendum, non loquuntur ſub dubiis terminis, ſed abſolutè.

Circa Bonifacium VIII. probant ex ejus Bulla *Unam Sanctam*,

quam

quam Clementem V. revocaſſe aſſerunt, Pontificem non eſſe infallibilem. Conſtat tamen Clementem V. non revocaſſe, ſed explicuiſſe bullam *Unam Sanctam*, quam adhuc vivente Bonifacio VIII. in pravum ſenſum fuiſſe à malevolis acceptam, ipſe Bonifacius conqueſtus eſt.

Tandem falſum eſt, Innocentium Tertium declaraſſe in certo caſu poſſe à Confeſſario confeſſionem pœnitentis revelari, hoc enim prorsùs fictitium eſt commentum.

Demum ex eo, quòd Sixtus V. in Bulla, quam præfecit Bibliæ ſacræ, declaraverit impreſſionem Bibliorum ejus juſſu factam eſſe puriſſimam, omninoque concordare cum Vulgata, & nihil ominùs Clemens VIII. emendatiorem editionem poſtmodùm promulgaverit, deducere contendunt Romani Pontificis antagoniſtę, Sixtum V. propoſuiſſe editionem Bibliorum univerſę Eccleſię, tanquam puriſſimam, quæ tamen, ut talis à Clemente VIII. approbata non fuit: quandoquidem Clemens VIII. puriorem adhuc editionem ſuprà Sixtinam promulgavit, & quodammodò Sixti V. editionem ſuppreſſit. Attamen tantum abeſt, quòd Clemens VIII. per novam editionem Bibliorum, ejus juſſu factam, Sixtinam ſuppreſſerit, ut quin imò voluerit ſemper Bibliam ſacram nomen Sixtinæ editionis retinere, ſolùmque addidit Sixtinam editionem iterum fuiſſe juſſu Clementis VIII. recognitam. Porrò omnes inſtantias, quæ contra infallibilitatem Romani Pontificis à malevolis proponuntur, nervosè & lepidè ſolutas videre eſt in quodam opuſculo, ab innominato Theologo edito Coloniæ, apud Petrum Marteau, anno 1688. linguâ Gallica, cujus operis ſequens eſt titulus. *Remarques d'un Theologien ſur le traitè hiſtorique de l'etabliſſement, & des prerogatives de l'egliſe de Rome, & de ſes Eueques, composè par Monſieur Maimbourg.*

XVII. Tilenus, diſputationem habuit contra Gommariſtas. Petrus Mollinus, Gallus Calviniſta, fuit Tileni oppugnator. Ambo de unione hypoſtatica, naturarum diſtinctione, proprietatibus, & officiis diſceptantes, pugnas verbo, & ſcripto ediderunt; quapropter Tilenus in ſuâ ſententia perſiſtens, novam ſcholam Calvinianam, à ceteris Galliæ Calviniſtis ſegregatam, Seduni aperuit, in qua nihil novi protulit ſupra Calvinianam hæreſim, niſi quòd à ceteris Calviniſtis ſegregatus, diverſitate terminorum Calvinianum dogma, præcipuè circà unionem hypoſtaticam explicare contendit. Ex Spond. anno 1613.

Timotheus, homo neſandus, vitâ impuriſſimus, Theopaſchitarum obſtinatiſſimus ſectator, licèt pro temporum opportunitate conſueverit fidem ad horam mutare, intruſus eſt ab Anaſtaſio Imperatore in Sedem Conſtantinopolitanam, quam cum injuſtè occuparet, repentinâ morte ſublatus reliquit. Ex Evagrio lib. 3. VI.

Timotheus Elurus. Hujus Timothei ſequaces etiam dicti ſunt Timotheani. Vixit poſt medium ſeculi quinti: fuit cognomento Elurus, ex Pſeudo-monacho creatus Presbyter. Alexandriam veniens, à ſectatoribus Dioſcori in Pontificium Alexandriæ thronum fuit intruſus, quam electionem Leo Papa Romanus improbavit. Auſus proinde anathema inferre in ipſum Romanum Pontificem; quare Leo Auguſtus juſſit invaſorem Eccleſiæ Alexandrinæ Timotheū eiici, & relegari Cherſonam. Sed mortuo Leone Auguſto, à ſucceſſore Zenone revocatus, vehementiori furore accenſus, Alexandriam reverſus, multa neſanda in Catholicos debachatus eſt; & hinc Conſtantinopolim profectus, fauſtis acclamationibus ab Eutychianis receptus, turbas interim movit in Catholicos, Zenonis fictus patrocinio, quo promovente, cum Timotheus Elurus magna pompâ duceretur ab Eutychianis ad Eccleſiam Chriſtianorum, Eutychianis à Zenone conceſſam, factum eſt magnâ Dei providentiâ, ut Elurus ex jumēto cadens, quo vehebatur, fracto crure coactus fuerit domum V.

reverti. Sed ſub Dei flagello nihilo melior factus, imò ſemper deterior, Zenonem induxit ad revocandos omnes hæreticos, quos ejectis Orthodoxis, in Eccleſiam intruſit: quare procurante Eluro, reſtitutus eſt Eccleſiæ Antiochenæ Petrus Fullo, impiiſſimus hæreticus, de quo actum ſuo loco: ſicut etiam Eluro ſuadente Baſilius Imperator, Zenonis ſucceſſor encyclicam edidit ſanctionem contra Chalcedonenſe Conciliū, quaſi illud diſcordiarum ſeminarium eſſet, multaque conſtituiſſet contra fidem. Sed ſuæ peſſimę vitæ tandem pertæſus, & à malà conſcientià exagitatus Elurus, ſibi veneno mortem conſcivit, cum tot malorum auctor extitiſſet, Dioſcori,& Eutychtetis ſectator, ſupra quorum errores docuit verbo, & ſcriptis, Verbum ita carnem factum, ut manente Verbo in ſua ſubſtantià, & homine in ſuà naturà ſubſiſtente, ſocietate, non perſonæ unitate, unam Filii Dei factam dici perſonam aſſereret: contra quem eruditè ſcripſit Samuel Syrus, ut refert Gennadius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cap.81.

IV. Timotheani Apollinaristæ. De quodam Timotheo,unà cum Vitale Apollinaris diſcipulo mentionem facit Baronius, anno 373., & ab hoc Timotheo, doctrinę Apollinaris propugnatore, nuncupatos eſſe ejus ſequaces Timotheanos perhibet. Damnatus autem fuit Timotheus à S. Damaſo Papa in Concilio Romæ convocato.

XII. Tolosani. Vide *Albigenſes*, ſic dicti, eo quòd in partibus Toloſæ potiſſimùm debaccharentur.

IV. Traditores. Perſequente Diocletiano Catholicos, ineunte ſeculu quarto promulgatum eſt edictum, ut Chriſtianorum codices igni ſubiicerentur. Statim in omni Provincià Prę ſides adhibitis tormentis invigilarunt, ut à Chriſtianis codices traderentur. Qui atrocitate pœnarū perterriti, libros, quos apud ſe habebant, tradiderunt, vocati ſunt Traditores, qui juncti poſtmodùm Donatiſtis, acritèr Catholicos vexaverunt. Vide Baronhàc de re copioſè differentem.

Transylvani. Vigent in Tranſylvania Hęretici partim ex Lutheri, partim ex Calvini ſcholà progeniti, qui intèr cęteros errores improbant voces, quibus utimur in explicando myſterio Trinitatis, & Incarnationis, cujuſmodi ſunt *Eſſentia*, *Homouſion*, *Hypoſtaſis*, utpotè inauditas tum in Scriptura, tum in Patribus, & à Theologis Catholicis ad meram (ut ajunt) cavillationem adinventas: quod falſum eſſe oſtenditur, quandoquidem tum in Scriptura, tum in SS. Patribus ſaltem quoad æquivalentiam uſitata eſſe perhibentur. Et quidem de nomine *Eſſentia* habemus in ſacris paginis, Exodi 3. *Ego ſum, qui ſum*, ergo ſi Deus eſt ens, cum ratio eſſentię competat omni enti, benè ratio eſſentiæ prædicatur de naturà Divinà. De nomine *Homouſion*, quod ſignificat eſſe conſubſtantiale, habemus Joann. 10. *Ego, & pater unum ſumus*. Utitur voce *Homouſion*, ad ſignificandam conſubſtantialitatem Filii cum Patre, auctor lib. de Amore Dei, qui intèr opera S. Bernardi inſeritur. De voce *Hypoſtaſis* agunt Theologi, ubi de unione hypoſtatica. Quare autem vocibus plerumque novis utatur Eccleſia, ad magis explicandas antiquas fidei veritates, pulchrè explicat S. Vincentius Lyrinen. in Commonitorio, cap. 32. Sed & lege S. Hilarium, lib. adversùs Conſtantium Imperatorem, num. 16. XVI.

Trascodrugitæ. In plures ſectas Montani deſcendentes diviſi, dicti ſunt etiam *Traſcodrugitæ*, qui iidem ſunt ac *Perticonaſati*. Cum Catholicis vetus, & novū Teſtamentum ſuſcipiunt; reliquos autem Prophetas ſuis falſis prophetis, nempè Montano, Priſcę, & Maximillæ poſtponunt, hos illis præſtantiores eſſe jactantes. Ex Epiph. hæreſ. 48. II.

Transvasatores, qui dicebant Filium in Patre eſſe tanquam vas parvum in magno vaſe. Vide verbo *Metangiſmonitæ*. III.

XVII. Traſtus, nomine Joannes, vixit initio ſeculi decimi ſeptimi, & novam erigens peſtilentię cathedram, cunctas, quæ antè ipſum fuerunt Eccleſias ſpernit, aſſerens in mortiferis jacuiſſe erroribus, eo quòd Sabbatum Moyſis in diem Dominicum fuerit trãslatum, neglectis etiam aliis feſtis, quæ Chriſtus, & Apoſtoli obſervarunt. Nocturnas indixit ſuis ſectatoribus preces cum clamore, & ſola ſpiritus ſuggeſtione fundendas. Ebionis hæreſes excitavit, & circà pœnitentię Sacramentũ, ſentit cum Hercule Coxam.

XVI. Transcunditionatores, orti ſunt anno 1543. oppugnantes tranſubſtantiationem in Sacr. Euchariſtiæ, tranſcunditiationem invenerunt, dicentes, vinum & panem poſt conſecrationem aliquid plus eſſe vino tabernario, & pane piſtorio. Ex Edero.

XVII. Trepidantes. A voce Anglica *Quakers*, quæ trepidare ſignificat, nuncupantur. Currente ſeculo 17. invaluit in Anglia hæc ſecta, inſtitutore *Georgio Fox*, viro calceorum operario, quem ejus ſectatores magnum Apoſtolum, & glorioſum Dei inſtrumentum acclamabant, in Oppido Cretonenſi, Provinciæ Leyceſtrenſis, à parentibus abjectæ originis genito: quaproptèr genitoris profeſſionem ſecutus, calceatorem exercuit in Oppido Motthinghem. In ſui operis exercitio ſacram Scripturam ſecum tacitus meditabatur; ſed utpotè qui ejuſdem intelligentiam non habebat, perperam Scripturam intelligens, varios ſimul textus ineptè quodammodò aſſuebat. Cum naturalitèr ad melancholiam propenderet, eàdem ſtimulatus, ſolitariam vitam ſelegit, & in ſuis meditationibus immerſus, à ſpiritu mendacii ductus & illuſus, ſupernarum revelationum favore à Deo inſigniri arbitrabatur; quàpropter ad prædicationis munus ſe à Deo deſtinatum inaniter arbitratus, ad reformandos hominum mores, publicè cœpit concionari, & inter præcipuos aſſeclas, & operarios in promovendâ ſuâ ſectâ, habuit *Jacobum Nailor*, qui abdicatâ militiâ, hiſce phanaticis ductorem ſe præbuit; & licèt ſeverè caſtigatus à Magiſtratibus, inſtigantibus Puritanis, obduratus nihilominus perſtitit. Angli novitatum amatores, facilè ad audiendum novum concionatorem accurrerunt; quaproptèr ab affluentiâ populi in ſuâ opinione obduratus, majori audaciâ ad ſuam confirmandam miſſionem prædicationi inſiſtebat. Plura, ſed ficta miracula orationum ſuarum interceſſione patrata promulgans, paucos fidei articulos ſuis in concionibus proponens, totam religionem reducebat non ſolùm ad obſervantiam charitatis erga Deum, & proximum, ſed & ad interiorum motuum obſervationem, quos unuſquiſque intrà ſe excitatos ſentiebat. Suam religionem in triſti & religioſo ſilentio reponens, ſtatim prorumpebat in verba exhortatoria, per quę auditores excitabat ad pœnitentiam, & concordiam. Ejus ſectatores potiſſimùm in commercio ſummam affectant probitatem, ita ut in venditione rerum, neque obulum ſupra debitum mercis vendibilis pretium expetere auderent, ſemper faciem gravem, & modeſtam exhibentes, tàm in proſperis, quàm in adverſis, tàm in habitu, quàm in cibo frugales. Illicitum credunt quodcumque juramentum, & bellum feris, non hominibus conſonum execrantur, ægrè ferentes Eccleſiæ Anglicanæ paſtores, utpotè mercenarios. Divitiarum etiam ſe contemptorem Georgius profitebatur; quapropter attentâ externa vitę probitate, quam affectabant hiſce ſectarii, univerſo populo Anglicano admirationi eſſe cœperunt.. Sed Georgius novę ſectæ inſtitutor, quia audacter templa ingrediebatur, & miniſtros Anglicanos concionantes deturbabat, verbum prædicationis aſſumens, eoſdem miniſtros habuit infenſos, quibus ſtimulantibus ſępe fuit carceri mancipatus. Nihilominus ejus ſecta in Anglia multùm invaluit, anno *1656.* cum *Guillelmus Peri*, natalibus, & ingenio celebris huic ſectæ adhæſit, in qua licitum unicuique eſt prædicatio-

nis munus aſſumere, dummodò ſatis
audax ſit ad exhibendum publicè ver-
bum concionatorium. Potiora hujus
religionis exercitia conſiſtunt in inter-
nà ſui ipſius collectione ad audiendas
(ut ajunt) Spiritus ſancti motiones.

Quo ad dogmata, jam in hoc
opere reprobata, publicas reiiciunt
orationes, neque admittunt Sacra-
menta. Quo ad Baptiſmum conve-
niunt cum Anabaptiſtis. Animam cre-
dunt Dei eſſe particulam. Unum-
quemque in ſe ipſo lumen ſufficiens
ad obtinendam ſalutem habere arbi-
trantur. Inutilem aſſerunt orationem
ad ſalutem; & unumquemque per ſuã
propriam juſtitiam juſtificari volunt.
Extra hunc mundum nullam gloriam
expectandam profitentur, & omnia
debere eſſe communia. Neminẽ debe-
re dominum, aut magiſtrum vocari,
neque ullum hominem ſupra alium
majorem poteſtatem habere debere.
Vivendum eſſe juxtà lumina interna,
quæ unuſquiſque in ſe ipſo experitur,
per quæ ſolùm veram Scripturæ in-
telligentiam acquiri autumant. Nul-
lam religionis ceremoniam admitten-
dam, neq; in civili conſortio ſalutatio-
nis urbanitatem approbant. Qui co-
pioſiora de hac ſecta deſiderat, ejus
hiſtoriam Amſtelodami impreſſam an-
no 1695. percurrat.

VI. Trideitæ. Vide *Joannes
Philopponus*.

XVI. Trinitarii. Vide *Michael
Servetus*, *& Deiſtæ*.

XVI. Trissacramentales, ſunt
molles Confeſſioniſtę noſtri tempo-
ris. Lipſiæ potiſſimùm abundant,
ex ſcholà Lutheri progeniti. Tria
tantùm Sacramenta recipiunt, nem-
pe Baptiſmum, Cœnam Domini, &
Abſolutionem. Ex Staphilo.

II. Tritheitæ, ſivè Triformia-
ni. Qui tres in Deo admittebant
formas ſubſtantiales, aut eſſentias in-
ter ſe diſtinctas eo modo, quo perſo-
næ inter ſe diſtinguuntur, vocati ſunt
Tritheitæ, & Triformiani. Idem au-
tem eſt admittere in Deo tres eſſen-
tias realitèr diſtinctas, ac admittere
tres deos. Ex Niceph. lib. 18. cap. 49.

Troglodítæ. Eunomiani dicti IV.
ſunt etiam Troglodítæ, eo quòd ſe-
cretò conventus ſuos agerent, quos
palam fieri prohibuerant leges Impe-
riales. Troglodítæ autem quondam
dicebantur apud Judæos, qui in ab-
ditis ſpeluncis habitabant, ut idola
colerent, & abominationes execran-
das operarentur. Ex Theodoreto.

Tropistæ vocati ſunt antiqui XVI.
hæretici, qui dicebant, Verbum
converſum eſſe in carnem. Eodem
nomine noviſſimè ſunt nuncupati, qu
ſeculo decimo ſexto dixerunt, in Eu-
chariſtiâ eſſe tantùm figuram Corpo-
ris Chriſti, non autem verum Cor-
pus. Ex Staphilo.

Tudetchinus, natione Barba- XI.
rus, Godeffridi Ducis Tuſcię Cappel-
lanus, propoſuit licitè emi poſſe
Epiſcopatus à Principibus laicis, ab-
ſque crimine ſimonię, dummodò
conſecratio gratis acciperetur; ſic
enim non emi Sacerdotium, ſed poſ-
ſeſſionem prædiorum, quæ venalia
ſunt, aſſerebat: quam hæreſim pri-
mus omnium redarguit rationibus,
atque authoritatibus S. Petrus Damia-
ni, & Alexander II. Pontifex in de-
cretali epiſtola vetuit, nequis omni-
no Epiſcopatus, Abbatias, & quæ-
que beneficia Eccleſiaſtica emere
poſſet.

Turcæ. Vide *Mahometes*.

Turco Christiani. Sic nun- VI.
cupantur illi, qui Baptiſmo initiati
unum, aut alterum Mahometis dog-
ma ſequuntur.

Turlupini. Nova ſecta in Gal- XIV.
liis, & Allobrogibus Turlupinorum,
de ridiculo ſchemmate dicta appa-
ruit, alio nomine *Sodalitas pauperta-
tis* nuncupata; à Gregorio XI. damna-
ta, ope Amedei Sabaudiæ Ducis,
Catholicæ religionis zelantiſſimi ex-
tincta, qui fidei zelus in omnibus Sa-
baudię Ducibus ſemper efferbuit. Hu-
jus religioſiſſimi Principis opem in
hac cauſa, cum Pontifex per literas
expoſceret, ad ejus nutum obſequen-
tiſſimus Amedeus, ſtatim militares vi-
res, ærariumque obtulit pro compri-
menda hac iniquiſſimà ſectà, quæ jam

longè lateque ſeſe diffuderat, cui ſtatim ſe oppoſuit Amedeus, ne per Italiam irrumperet; ſicut & uſque in præſens hoc potiſſimùm Sabaudiæ Ducum religioni debet Italia, ſi eam non inficit hæreſis, quæ quaſi inter compedes in vallibus languens, ab eorundem ſolertiâ, & religione comprimitur, ne ultra poſſit dilatari. Præter Beguardorum errores, quos profitebantur Turlupini, docebant inſuper, nihil pudere quemquam debere eorum, quæ à natura accepimus; quo perſuaſi dogmate, pudenda ſinè tegumento oſtentabant, & turpitèr beſtiarum more palam coibant. Voce etiam non eſſe orandum dicebant, ſed ſolo corde, eàque ſpiritus libertate, quæ Divinis legibus ſubjecta non eſſet. Fuit hæc ſecta ob turpidinem protinus extincta, pluribus ejus ſectatoribus igne combuſtis, tum in Sabaudiâ, tùm Pariſiis. Cęterùm orationem vocalem Deo eſſe acceptam, conſtat ex Pſal. 141. *Voce mea ad Dominum clamavi &c.* ex Pſal. 119. Vide quæ dicta ſunt contra *Hilarium Aſianum*. Verum quidem eſt, quòd orationem vocalem debet oratio interna, ſive attentio & devotio comitari, quam excitat oratio vocalis: experientiâ enim conſtat, quòd cum Eccleſiam ingredimur, & audimus voces devotè pſallentium, ad devotionem excitamur. De Turlupinis ſcribit Spond. ad ann. 1372.

TYPUS, ſic nuncupatur edictum de hęreſi Monothelitarum, promulgatum à Conſtante Imperatore, anno 648. damnatum à Martino Pontifice in Synodo Lateranenſi, anno 649. VII.

TYMPANISTÆ. Vide *Joannes Becbaim*.

V

IV. VADIANI. Vide *Antropomorphitæ*.

XII. VALDENSES. Anno circitèr 1168. Petrus Valdo civis Lugdunenſis, ſectam à ſuo nomine dictam inſtituit; erogatis ſiquidem in eleemoſynam ſuis omnibus bonis, pauperum multitudo maxima ipſi adhęſit, quos Apoſtolicam profiteri vitam ut doceret, ſacram Scripturam Gallico idiomate explanavit: quamobrem ab Eccleſiaſticis Prælatis objurgatus, Eccleſiaſticas reprehenſiones contemnens, contra Romanam Eccleſiam, tamquam moribus depravatam blaterare eſt aggreſſus. Reinerus quondam inter Valdenſes Epiſcopus, Dei afflante gratia ad Catholicam fidem converſus, de Valdenſium ſectâ, condemnata in Concilio generali Lateranſi ſub Alexandro Tertio, ejuſque ſurculis opuſculum ſcripſit. Interim ſæpè in judicium pluribus in locis ubi graſſabantur, vocati Valdenſes, ubique repetitam damnationem retulerunt. Hac de re uberiùs agit Natal. Alex. art. 13. de Valdenſibus: parag. ſeptimo, inſcripto de Valdenſium damnatione, & impugnatoribus. Valdenſes nuncupati ſunt *Leoniſtæ*, & *Pauperes de Lugduno* ab Urbe ex quà eruperunt. *Piccardi*, *Albigenſes*, *Lombardi*, *Bohemi*, *Bulgari*, quia in his regionibus graſſabantur. *Arnaldiſtę*, *Eſperoniſtę*, *Joſephitæ*, *Lolhardi* à variis ipſorum doctoribus. *Patareni*, quòd ſe præ cęteris puros jactarent, quod idem ſonat ac *boni homines*. Cathari autem iterum ſunt ſubdiviſi in *Albanenſes*, *Contorenſentes*, *Bagnolenſes*. Porrò ab Albanenſibus duę aliæ factiones prodierunt, quarum unius caput fuit quidam nomine Geleſinanza, Veronenſis; alterius verò Joannes de Lugduno, Bergomenſis. Bonacurſus, qui quondam fuit Mediolani Catharorum magiſter, Deo afflante ad fidem Catholicam converſus, librum edidit inſcriptum *Vitæ hæreticorum*, in

quo

Digitized by Google

quo præcipuos Catharorum errores refert,& confutat. *Texeriani* etiam dicti fuerunt Valdenſes, quia multi textores, & artiſices Valdenſium errores profitebantur. Etiam *Populicani*, *Turlupini*, *Ribaldi*, *Repbles* à Catholicis vocati ſunt in odium ſectæ execrabilis, quæ tamquã Hydra in plura capita pullulavit. Emanarunt enim à Valdenſibus *Runcarii*, *Sciſcidentes*, *Ortilibenſes*, *Bagnolenſes*, *Paterini*, *Paſſegini*, *Albigenſes*, de quibus omnibus actum ſub proprio nomine. Varia etiam alia nomina ſectarum, in quas Valdenſes diviſi ſunt, varioſque illorum errores ſingillatim recenſet Reinerius in ſuo libro de hæreticis, cap.6. ſunt autem ſequentes, quos omnes verbo *Joannes Wicleffus*, *Joannes Hus*, *Joannes Parvus*, *Albanenſes*, vel ſub aliis hęreticis jam reprobatos in hoc opere eſt invenire. Errores Valdenſium in tres claſſes dividuntur; alii enim ſunt contra Eccleſiam, alii contra Sacramenta, alii demum contra cętera dogmata, & conſuetudines Eccleſiæ. Eorum miniſtri *Barba* appellabantur, ex quo factum eſt, ut Valdenſis religionis profeſſores, Gallicè *les barbets* nuncuparentur, ſicut & ad huc nunc temporis *les barbets* appellantur hæretici, qui in vallibus Pedemontii, licèt Calvinianos profiteantur errores, à Valdenſibus tamen ſuam trahunt originem.

Contra Eccleſiam.

1. ROmana Eccleſia non eſt vera Eccleſia, imò omnium ſentina vitiorum: ſolùm Valdenſes juſtè vivere, doctrinam Euangelicam obſervare, ſe ſolos eſſe verè pauperes ſpiritu, & perſecutionem pati propter juſtitiam aſſerebant.

2. Romana Eccleſia eſt meretrix in Apocalypſi deſcripta, cujus ſtatuta ſunt contemnenda, cujus Papa eſt errorum caput & homicida, propter bella aliquando à Pontificibus indicta, cujus Prælati ſunt Scribæ, & Phariſęi, quibus parendum non eſt, ſed ſoli Deo.

3. Neminem in Eccleſia eſſe alio majorem: Sacerdotibus non eſſe inclinandum: ſolvendas non eſſe decimas: Clericos, & Regulares poſſeſſiones habere non debere: malum eſſe fundare clauſtra, & dotare Eccleſias: Clericos omnes manibus operari debere.

4. Reprobanda eſſe nomina Papæ, Epiſcopi, & alia, quæ prælationem in Eccleſia ſignificant.

5. Omnem immunitatem Eccleſiaſticam, ſivè localem, ſivè realem, ſivè perſonalem improbant; Concilia, & Synodos omnes contemnentes.

6. Jura Eccleſiaſtica tamquam humanas adinventiones explodebant.

7. Obſervantias regulares tamquã traditiones Phariſaicas æſtimabant.

8. Ad fidem neminem eſſe cogendum: quod intelligo de illis, qui fidem deſeruerunt, & in quos Eccleſia jus habet; quæ neminem aliàs punit infidelem, neque ad profeſſionem cogit.

9. Negant quòd lex humana ſivè Eccleſiaſtica, ſivè civilis, poſſit obligare in conſcientia ſub peccato, & ſub pœnis tranſgreſſores. R. ex Scripturà, ubi Matth. 23. dicebat Chriſtus obediendum eſſe Scribis, & Phariſęis. Et ad Heb. 13. obediendum eſſe præpoſitis, qui non tantùm poteſtatem habent præcipiendi, ſed etiam pœnis coercendi contumaces; quod patet 1. ad Cor. 5. ubi Paulus tradidit Satanæ in interitum carnis inceſtuoſum. Tum quia poteſtas legiſlativa Eccleſiaſtica eſt ſpiritualis, & ad ſpiritualia ordinatur, nempe ad ſanctitatem: ex quo manifeſtè ſequitur poſſe obligare hominem in conſcientia. Quòd autem lex humana poſſit etiam obligare in conſcientia, quatenus Deus præcepit ut ſubditi eſſemus ſuperioribus, patet ex verbis Chriſti, Matth. 22. ubi præcipit obediendum eſſe Cęſari in legibus tributalibus: & ad Rom. 13. Apoſtolus loquens de ſuperioribus ſecularibus ait. *Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autẽ reſiſtunt, ipſi ſibi damnationẽ acquirunt.. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote*

non ſolùm propter iram(id eſt ultionẽ præſentem) *ſed etiam propter conſcientiam*. Tum quia majus eſt debitum obediendi ſuo Principi, dummodò ſit legitimus dominus , nec aliquid inordinatum præcipiat , dum agitur de bono communi, quàm parentibus præcipientibus aliquid reſpiciens bonum privatum, cum bonum publicum prævaleat privato ; ſed filii tenentur in conſcientia obedire parentibus , ergo & ſubditi ſuis ſuperioribus . Pariter , eo ipſo quòd lex humana , etiam civilis aliquid debitè pręcipit , vel prohibet , illud collocat in aliquà ſpecie virtutis , aut vitii , ut patet , quando V. G. in rebus venalibus pretia taxat ; tunc enim facit, quòd vendere illas pretio ſic ſtatuto, ſit actus juſtitię , eo quòd pluris vendere ſit actus injuſtitię ; ergo etiam obligat in conſcientià , & conſequentèr ſub peccato , gravi quidem , ſi agitur de re gravi , levi autem, ſi agitur de re levi .

10. Dicebant dominium rerum ſundari in gratia & charitate , ita ut ſoli juſti, & exiſtentes in gratia ſint veri domini eorum, quę poſſident: amiſsà autem gratià per peccatũ, ſimul amitti dominium, & ita peccatores nullius rei habere dominium , nec particulare aliquorum bonorum , nec gubernativum & politicum ; unde inferebant nullum eſſe dominum civilem , nullum Prælatum , nullum Epiſcopum dum eſt in peccato mortali , ſed omnes carere omni dominio ; nec alitèr vocari dominos , quàm homo pictus dicitur homo . R. 1. ex ſacris iteris Iſaię 45. de Rege Cyro , qui infidelis erat & peccator , ſic ſcribitur . *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram , ut ſubiiciam ante faciem ejus Gentes , & dorſa Regum vertam* . Jeremię 27. de Nabuchodonoſore infideli etiam , & Pagano, ait Dominus: *Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis ſervi mei , & quicumque non curvaverit collum ſuum ſub jugo Regis Babylonis, in gladio, & fame , & in peſte viſitabo ſuper gentem illam , ait Dominus*. Job. 34. *Qui regnare facit hypocritam* (id eſt peccatorem , & iniquum) *propter peccata populi*. Et quid abſurdius, quàm aſſerere David, V.G. tempore quo peccavit, amiſiſſe Regnum, aut ſic contigiſſe ejus filio Salomoni , cum apertè de illo dixerit Deus. 2. Reg. 7. *Qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguā eum in virgà virorũ, & in plagis filiorum hominum. Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quē amovi à facie mea* ; id eſt non privabo eum Regno , ſicut privavi Saulem. Sunt plura alia Scripturæ teſtimonia, quibus hæc Catholica veritas , nimirùm poteſtatem , & dominium earum rerum , quas homo poſſidet, non ſundari in gratiâ & charitate , contra hęreſim Valdenſium ſtabilitur : ſicut definita ſuit in Concilio Conſtantienſi, ſeſs. 8. contra quem errorem adducuntur ibi in exemplum Salomon, Saul , & alii Reges Iſraelis , qui quamvis peccatores ſuerint , nihilominus veri Princeps illius Regni , & domini ſuorum bonorum extiterunt .

R. 2. Mulipltici ratione, ac primò. Fundamentum dominii, & auctoritatis debet eſſe manifeſtum , dominus enim ſundi requiſitus , debet oſtendere titulum ſui dominii ; ſimiliter Magiſtratus titulum , & fundamentum ſui muneris , & juriſdictionis ; undè cum Moyſes mitteretur à Domino ad filios Iſrael in Principem, & gubernatorem illorum , & quęreret ille à Deo , quomodò credent filii Iſrael me huic muneri ſuffectum , dedit illi Deus ſigna manifeſta . At gratia & charitas ſunt res occultę , de quibus nemo certus eſſe poteſt , nec in ſe ipſo : ergo nequeunt eſſe fundamenta dominii . 2. Non benè Deus providiſſet Reipublicę humanę, oporteret enim omnia dominia eſſe incerta , ac de nullo verè conſtaret , an eſſet legitimus dominus , cum nemo poſſet certò oſtendere ſe eſſe in gratia . 3. Ex hoc Valdenſium errore ſequeretur maxima occaſio bellorum, perturbationum , & commotionum: ſubditi enim negarent Regibus , &

Prin-

Principibus ſuam obedientiam, dicendo illos eſſe in peccato. Unus Princeps alterius Regnum invaderet, dicens ſe eſſe in gratia, & alterum in peccato; liceret etiam terras infidelium, qui nunquam fuerunt ſub dominio fidelium invadere, vel eo ſolo nomine, quòd eſſent infideles, quæ omnia ſunt prohibita, & valdè iniqua; cum nec infideles, quorum regna nunquam fuerunt fidelium, liceat oppugnare, niſi quando reſiſtunt prædicationi Euangelicæ. Demum audiendus eſt Sanctus Bernardus, qui ſermo 66. in Cantica ſic loquitur. *Jam verò qui Eccleſiam non agnoſcunt, non eſt mirum ſi Ordinibus Eccleſiæ detrahunt, ſi Inſtituta non recipiunt, ſi Sacramenta contemnunt, ſi mandatis non obediunt. Peccatores, inquiunt, ſunt Apoſtolici, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Presbyteri: ac per hoc nec dandis, nec accipiendis idonei Sacramentis. Nunquam duo iſta convenient, Epiſcopum eſſe & peccatorem? Falſum eſt. Epiſcopus erat Caiphas: & tamen quantus peccator, qui in Dominum mortis dictabat ſententiam? Si negas Epiſcopum, arguet te teſtimonium Joannis, qui eum in teſtimonium ſui pontificatus et & prophetaſſe refert. Apoſtolus erat Judas: & licèt avarus & ſceleratus, electus tamen à Domino. An tu de illius Apoſtolatu dubitas, quem Dominus elegit? Non ne ego, inquit, vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus eſt? Audis eundem electum Apoſtolum, & extitiſſe diabolum, & negas poſſe eſſe Epiſcopum, qui peccator eſt? Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, & qui non obedierunt eis, tamquam Epiſcopis, inobedientiæ rei fuerunt, etiam in ipſum Dominum præcipientem, & dicentem: Quæ dicunt facite. Patet ergo, quamvis Scribæ, quamvis Phariſæi, quamvis videlicet maximi peccatores; propter cathedram Moyſi, ad eos quaque nihilominus pertinere quod item dixit: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.*

Contra Sacramenta.

ERrant circa Sacramenta, quorum duo tantùm profitentur, Baptiſmum, & Euchariſtiam. Omnes Baptiſmi cæremonias, benedictiones, exorciſmos reiiciunt. Baptiſmum infantibus nihil prodeſſe dicunt, imò nemini abſolutè neceſſarium exiſtimant. Sacramentum Euchariſtiæ non confici in manu indigni, ſed in ore dignè ſumentis. Conſecrandum eſſe in materiâ communi, id eſt uſuali menſarum pane, & vulgari idiomate. Miſſam eſſe inanem ritum, non ab Apoſtolis traditum, ſed quæſtus gratiâ adinventum. Tranſubſtantiationem non admittunt, negant realem Corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia. Cantum Eccleſiæ, & Horas canonicas reprobant, imò omnes precum formulas, excepta oratione Dominica. Neminem ab improbo Sacerdote abſolvi: bonum laicum abſolvendi poteſtatem habere: graves pœnitentias non eſſe imponendas, etiam pro gravibus delictis. Confeſſionem annuam reiiciebant. Pœnitentiam non eſſe Sacramentum, nec eſſe neceſſariam lapſis dicebant. Pro libito Confeſſionē fieri poſſe: unumquemque laicum habere authoritatem audiendi Confeſſionem. Matrimonium Sacramentum eſſe negant. Statuta Eccleſiæ circa gradus affinitatis, & conſanguinitatis ſpernunt. Dicebant Eccleſiam erraſſe, cum cœlibatum Clericis indixit. Oſcula, & amplexus extra conjugatos non eſſe peccatum. Reiicientes etiam Sacramentum extremæ Unctionis, habebant certum ritum, quem vocabant *Conſolamentum*, quo utebantur pro Sacramento extremæ Unctionis. Ritus autem Conſolamenti erat hujuſmodi: major ex ipſis recitabat ſuper infirmum ſepties Pater, ſemel Euangelium S. Joannis, ponebat librum Euangeliorum ſuper caput infirmi, & ſic peccatorum omnium remiſſionem ab infirmo conſequi abſque alia ſatisfactione afferebant: quem ritum etiam exercebant mulieres. Spem ſalutis in certâ fidu-

cia reponebant, quam fiduciam ab ipſis didicit Calvinus. Reiiciebant Sacramentum Ordinis, probum quemlibet Laicum, Sacerdotem eſſe aſſerentes. Poteſtatem prædicandi non modò Laicis omnibus, ſed etiam mulieribus communem faciebant. Solum Scripturæ teſtimonium recipiebant, reſpuentes Traditiones, & decreta omnia Eccleſiæ, ſicut etiam auctoritates SS. Patrum. Contemnebant omnes Eccleſiaſticas cenſuras, Indulgentias, & peregrinationes ad loca ſancta.

Quia verò de Traditionibus occurrit incidenter ſermo, licèt plura jam circa Traditiones diſcuſſa exhibuerimus diverſis ſub hæreticis, & præcipuè contra Bibliſtas, & Lutherum; nihilominus ad faciliorem objectionum ſolutionem, quas adducere ſolent hæretici contra verbum traditum, adhuc opportunum cenſui pauca, quę ſequuntur ſubnectere. Notandũ itaq; quòd licèt nomine Traditionis lato modo ſumptæ gaudeat doctrina in genere fidei & morum, quę ad nos à majoribus noſtris derivat, ſivè per ſermonem de aure in aurem, ſivè per Scripturã, juxtà illud Apoſtoli ad Theſſalon. 2. cap. 2. verſ. 14. *Tenete Traditiones, quas didiciſtis, ſivè per ſermonem, ſive per epiſtolã noſtrã*, ſtricto tamen modo Traditio ſolùm de doctrina dicitur, quæ vivâ voce per majores ad poſteros eſt ſucceſſivè tradita, nullibi expreſſa in ſacris Paginis, quamvis implicitè, quod per ſacram Traditionem credimus, etiam in verbo Dei ſcripto contineatur. Triplex autem eſt ſacra Traditio, nempè *Divina*, *Apoſtolica*, *& Eccleſiaſtica*, qua de re uberiora facilè invenire eſt apud omnes Auctores, qui de ſacra facultate Theologica ſcripſerunt, ubi agunt de locis Theologicis. Traditiones autem Divinæ, & à Chriſto immediatè emanatæ, nullatenùs poſſunt mutari aut abrogari, benè autem Traditiones Apoſtolicæ, & Eccleſiaſticæ ad diſciplinam ſpectantes, pro temporis exigentia poſſunt à Chriſti Vicario mutari.

Circa cętera dogmata Eccleſiæ.

Execrabantur invocationem Sanctorum, ſignum Crucis, Sanctorum Imagines. Purgatorium negabant, deridebant Eccleſias, Altaria, omneſque ſacros ritus. Negabant dari poſſe Energumenos, nulla admittebant jejunia, omnia peccata eſſe mortalia aſſerebant, & juramentum nunquam eſſe licitum. Irridebant ſepulturam Eccleſiaſticam. R. Quia ſicut ſepelire mortuos eſt opus miſericordiæ, ita etiam eſt actus religionis conſiderare decentem locum, in quo mortui ſepeliantur. Convenientiùs autem ſepeliuntur in loco ſacro, & in Eccleſiis, ubi convenientes Catholici orandi causâ, videntes ſepulturas, faciliùs mortuorum recordantur, ut pro illis orent: ideò ſepulchra vocantur monumenta, quia revocant in mentem amicos, & parentes defunctos. Tum quia Deus faciliùs exaudit preces, quæ fiunt in Eccleſiis; ex quo ſequitur, quòd faciliùs miſereatur eorum, pro quibus oramus, qui ſepulti ſunt in Eccleſiis. Denique in Eccleſiis ſepeliuntur fideles in ſignũ communis fidei, & eorundè Sacramentorum participationis, in qua deceſſerunt; & quia adhuc animæ eorum expiandæ, de unius Eccleſię noſtræ bonis participant, atque Beati ſuorum meritorum, & precum nos participes faciunt. Unde excommunicati, qui his omnibus privantur, Eccleſiam non ingrediuntur, nec eorum cadavera in loco ſacro deponuntur.

Demum miracula omnia, quę fiunt in Eccleſia, dicebant eſſe præſtigias dæmonum. R. verbo *Marabach*, contra quem oſtendimus vera miracula fieri in Eccleſia.

Blaſphemiarum portenta, quę à Valdenſibus prodierunt, varias ſectas, quæ ab ipſis pullularunt, nauſeam pareret adamuſſim referre: qui copioſiorem de his notitiam deſiderat, Natalem Alex. conſulat. hiſt. Eccleſ. ſeculo duodecimo, articulo decimo tertio de Valdenſibus. Cęterùm prę-

fatos

ſatos omnes errores jam alibi in hoc opere confutatos exhibuimus.

XVI. Valentinus Cratoaldus, ſectâ Sacramentarius, vixit currente ſeculo decimo ſexto, & novam adinvenit explicationem verborum Euchariſticorum *Hoc eſtCorpus meum* dicens illa ſic eſſe diſponenda. *Corpus meum eſt hoc*, ita ut faciant hunc ſenſum: Corpus meum eſt panis & cibus, ſed panis & cibus ſpiritualis, & virtus, quæ de cœlo deſcendit. R. verbo *Anabaptiſtę*, *Joannes Odcaſtellius*, *Joannes Wicleffus*, *Berengarius*, contra quos probatur realis exiſtentia Corporis Chriſti in Euchariſtia. Ex Sandero hæreſ. 211.

XVI. Valentinus Gentilis, Calaber Coſſentinus, vir mediocris eruditionis, in Trinitariorum errorem prolapſus, tres Divinas perſonas, tres naturas diſtinctas eſſe affirmabat. Ignis pœnam ſuæ proterviæ debitam evaſurus, Genevam ſe recepit, ubi hæreticus Arianus detectus, inſtigante Calvino carceri mancipatus, ſuos retractavit errores. E carcere eductus Sabaudiam, Galliam, Germaniam peragravit, & in Tranſylvania apud Georgium Blandratam aſilo invento, ejuſdem protectione fruebatur; ſed proſcriptis à Sigiſmundo Auguſto Poloniæ Rege hæreticis, qui diverſitate doctrinæ Regni quietem infeſtabant, Gentilis iterum ad Helvetios tranſmeavit, & Bernæ pœnâ capitis damnatus, dum ad mortem duceretur, gloriabundus dicebat ſe primum pro gloria Dei Patris martyrium ſubire, quandoquidem cęteri Martyres pro ſola Dei Filii gloria ſuſtinenda mortem appetiere. Scripſit Gentilis contrà Calvinum, & contra Symbolum Divi Athanaſii. Ex Spond. anno 1566.

1. Tres eſſentias realiter diſtinctas aſſerebat in Divinis, & Patris eſſentiam eminentiorem eſſentiâ Filii conſtituebat. R. Quia tres eſſentias realiter diſtinctas admittere in Divinis, idem eſt, ac confiteri tres deos. Unum autem eſſe Deum, ipſe Dominus in ſacris literis frequenter nos docuit. *Videte*, inquit, *quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me*. Plures rationes non ſemel alibi, etiam à lumine naturę inditas, de Dei unitate tradidimus. Unde ſi Trinitas eſt perſonarum, ut Valentinus non negabat, ſequitur eſſentiam Patris non modò non eſſe eminentiorem, ſed eandem eſſe cum eſſentia Filii, juxtà Scripturæ verba: *Ego, & Pater unum ſumus*. *Ego in Patre, & Pater in me eſt*. *Qui videt me, videt & Patrem meum*.

Valentinus Philosophus. II.
Novum monſtrum apparuit circa medium ſecundi ſeculi, Valentinus Philoſophus, ſectâ Platonicus, ingenio potens, & eloquio, natione Ægyptius, patriâ Phębonites, quæ eſt Urbs maritima. In Græcis literis eruditus, imitatus eſt Heſiodum in aſſertione triginta deorum, quos Æonas, ideſt ſecula nominabat. Catholicam fidem amplexatus, hanc in Ægypto prædicavit, à qua lapſus creditur, eo quòd ad Epiſcopatum, quem ambiebat, aſſumptus non fuerit. Romam veniens ſub Hygino Papa, palinodiam recantat, ubi perſeveravit uſque ad Eleutheri tempora: ſed iterum lapſus, cum multos Orthodoxos vitiaret, ab Eccleſia in perpetuum fuit ejectus. Plures habuit ſectatores, qui novos excogitantes errores ultra deliria magiſtri, facti ſunt hęreſiarchæ. Inter eos magni nominis fuerunt *Ptolomęus*, *Heracleon*, *Bardezanes*, *Marcus*, *Colarbaſius*, de quibus actum ſub proprio nomine, quorum omnium conventus proſcripti fuerunt à Conſtantino Magno. Adversùs Valentiniſtas ſcripſerunt Irenæus, Tertullianus, Theodoretus, Theophilus Antiochiæ, & Philippus Gortinæ Epiſcopus, Modeſtus, Origenes, Rhodonus, Hippolytus, Euſebius Emiſſenus, Clemens Alexandrinus, & Epiphanius. Valentiniani etiam *Gnoſtici* fuerunt nuncupati. Scripſit Valentinus diverſas epiſtolas, & Euangelium, in quo deſcripſit Infantiã Salvatoris. Plura etiam apocripha collegit in ſuis ſcriptis ad ſuas pręſtigias

Digitized by Google

ſtigias illuſtrandas. Pſalmos compoſuit, & commentarium inſcriptum *Sophia*. Tanta fuit Valentinianorum procacitas, ut convinci potuerint, ſed non ſuaderi: cum enim teſtimonio Scripturæ, & Traditionum urgerentur, dicebant, ſe meliùs quàm Salvatorem interpretari doctrinæ myſterium. De Valentini figmentis, vide verbo *Politheiſtæ*.

1. Triginta Deos finxit, quos Æonas, id eſt ſecula nominabat, eorumque quindecim maſculos, & totidem fœminas, quorum per mixtione alii generarentur, atque ex his Salvatorem omnium eſſe perfectum.

2. Docuit, Jeſum Chriſtum ſic natum de Virgine, ut ex ea nihil acceperit; ſed per ipſam velut per canalem tranſierit, carnem de cœlo ſecum duxerit. Rep. verbo *Albanenſes*.

3. Negavit reſurrectionem hominum. R. verbo *Baſilidiani*.

4. Tria conſtituit genera hominum, carnale, animale, & ſpirituale. Spiritualibus, inter quos ſe, ſuoſque recenſebat, negabat neceſſaria eſſe bona opera, quæ ſolùm neceſſaria eſſent animalibus, ut ſpirituales effici poſſent: carnales verò nullatenus poſſe etiam per bona opera ſalutem conſequi aſſerebat.

5. Martyrium ſubeundum eſſe negabat. R. verbo *Adumitæ*.

Valentiniani appellare conſueverunt Catholicos, ſimplices, quaſi idiotas, & nihil ſcientes, eo quòd peccare timerent; ſed & Catholicos gratiam in uſum tantùm accipere blaterabant, ideoque ab his auferri, ſe verò tamquam proprietarios eam poſſidere.

IV. VALENS. Circa medium ſeculi quarti, Valens Murſi Epiſcopus, Conſtantium Imperatorem per mendacium ita in Arianâ perfidiâ ſibi devicit, ut hinc magnæ petulantiæ argumentum ad diuexandos Orthodoxos deſumpſerit. Diverſabatur apud Conſtantium Valens, dum Conſtantij exercitus contra Magnentium in Pannonia præliabatur; & cum de obtentâ victoriâ ab exercitu Conſtantii Valens per nuncios notitiam percepiſſet, ſtatim de eadem victoria Conſtantium certioravit, & ut ſibi reverentiam conciliaret, Angelum fuiſſe ſibi nuncium aſſeruit. Facilis fuit ad credendum Valentis mendacio Imperator, itaut ſe Valentis meritis, non virtute exercitus victoriam obtinuiſſe poſt modùm paſſim aſſereret. Fuerat Valens unà cum Urſacio Singidonenſi Epiſcopo jam damnatus à Patribus in Concilio Sardicenſi, propter calumnias, quas contra Athanaſium contexerat: ſed oblato pœnitentiæ libello abſolutus, cum Imperatoris gratiam ob fictum, de quo ſuperiùs, mendacium obtinuiſſet, hinc audacior factus, & in Arianam hæreſim relapſus, in conciliabulo Arelatenſi multam contra Catholicos Præſules violentiam adhibuit, factus præcipuus auctor Sirmianæ perfidię, de quâ fuſiùs agunt Hiſtorici ad annum 357. Auctoritate Conſtantij Imperatoris Liberium Pontificem, & alios Orthodoxos Præſules à ſuis ſedibus expulit, & in Eccleſiam debacchavit, donec mortuo ejus protectore Conſtantio, à Damaſo Papa, & aliis per Orbem Synodis, unà cum Urſacio ſuæ perfidiæ comite damnatus fuit. Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, & Hilarius Pictavienſis hos hæreticos impugnarunt.

VALLESII. Circa annum 247. eruperunt Valleſii, ſivè Eunuchi, qui novam conſtituerunt ſectam. Eorum auctor fuit quidam nomine Valens, natione Arabs. Porrò Valleſij ſe eunuchos faciebant, omneſque ſuæ ſectæ, ut aggregarent, mutilabant, ſalutem obtineri non poſſe aſſerentes, niſi mutilarentur membra, in quibus regnat concupiſcentia, litteraliter accipientes illa Euangelii verba: *Sunt eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum*. Damnati fuerunt in Synodo Achajæ. Valleſii ante abſciſſionem abſtinebant ab animatis, ſed facta mutilatione omnibus animatis veſcebantur. Scripſit contra Valleſios S. Epiphanius. R. ex

Sacra

ſacrâ Scripturâ, ubi Deus dixit Pro-ro parentibus *Creſcite, & multiplicamini*, quod præceptum, licèt non ad perſonas, pertinet tamen ad communitatem generis humanï. Impiiſſimum autem eſſet dicere, dediſſe Deum hominibus præceptum, cujus adimpletio ſalutem æternam impediret. Item datâ Valeſiorum ſententiâ, ſequeretur nullum conjugatum poſſe conſequi regnum cœlorum; ſequeretur etiam deſtructio humani generis. Tum quia certum eſt, quòd eunuchi non ſunt liberi à concupiſcentiæ motibus, ut tradit S. Auguſtinus, lib. 6. operis imperfecti, cont. Julian. cap. 14. n. 41. Ergo non prodeſt animæ ſaluti phyſica caſtratio. Docuit Chriſtus, caſtrandas eſſe animas à prava voluntate, non verò mutilanda eſſe corpora.

XVI. Varten hæreſiarca in Armeniâ, quem Armeni pro ſpeciali doctore venerabantur, non modò Armenorum errores, ſed & alia figmenta diſſeminabat; damnatus proindè cum ſuis erroribus à Clemente VI. Ex Spond. ann. 1351.

X. Walfredus, circà medium ſeculi decimi in Occitaniâ, hæreſim negantem immortalitatem animę publicavit, contra quem ſcripſit Durandus Caſtrenſis, Abbas Ordinis S. Benedicti. R. Verbo *Arabes*.

XVI. Ubiquitarii, à Brentio originem habuerunt, qui cum tranſubſtantiationem percipere non poſſet, novum errorem excogitavit, aſſerens Chriſti Corpus per unionem ad Verbum defacto eſſe ubique, non minùs quàm ubique Divinitatem eſſe aſſeritur: quam ſatuitatem, magis quàm opinionem, non ſolùm Catholici, ſed etiam permulti ex hæreticis confutarunt. Brentius verò in errorem ubiquitatis impegit, in quantùm non percepit in quo conſiſteret unio hypoſtatica, quam cum non crederet factam in unitate perſonæ, ſed in unitate naturæ, ideò ex unione hypoſtatica, in malo ſenſu intellecta, probare contendebat ubiquitatem Corporis Chriſti. Sed etiam eſt notandum, quòd licèt unio facta fuiſſet in natura Divina, non propterea eſſet ubique Chriſti Corpus; unio enim non poſſet auferre à naturali corpore modum connaturalis præſentiæ; nec ex neceſſirare vnionis ſequeretur additam fuiſſe humanitati aliam præſentiam ſupernaturalem; hoc enim eſſet nouum miraculum, præter miraculum unionis. Attamen unionem hypoſtaticam factam eſſe in unitate perſonæ, non verò in unitate naturæ, validiſſimis rationibus probant SS. Patres, impugnaturi Neſtoriũ & Eutychetem, & definit Concilium Epheſinum contra Neſtorium, qui volebat duas naturas ità eſſe ſimùl unitas, ut quidquid de una dicitur, poſſet dici de aliâ: & cum dicatur de natura Divina, quòd ſit ubique, hoc idem aſſeri poſſe de naturâ humanâ, ratione unionis hypoſtaticæ contendebat, à quo ſuam hauſerunt erroneam doctrinam Brentius, & Smidelinus, omneſque Ubiquitarii, quorum abſurda opinio ex hoc ſatis corruit, quòd in eorum ſenſu ſequeretur, proprietates naturæ humanæ in Chriſto, poſſe prædicari de natura Divina: ex quâ ſequelâ, quot deducantur abſurda, nemo non videt. Sicut etiam facilè quiſquis percipit, qnòd impoſſibile eſt, creaturam habere proprietates infinitas: ergo & eſt impoſſibile Corpus Chriſti eſſe ubique, quæ ratio ſufficit ad confundendos Ubiquitarios. Vide verbo *Lutherus*.

Udalricus, ſivè Ulricus Velenus, ſectâ Lutheranus, librum edidit, in quo novendecim argumentis perſuadere conatur, S. Petrum numquam fuiſſe Romæ, & tam D. Petrum, quàm D. Paulum non Romæ, ſed Jeroſolymis fuiſſe occiſos. R. Teſtimonio Sybillæ, quæ adventum D. Petri Romam longè antè prædixerat. Citatur hæc prophetia à Franciſcó Petrarca, lib. *De otio Religioſorum*: à Bernardino Senenſi, par. 6. ſerm. 1. de feſto Mariæ. Ab Antonino in Chronicis, par. 1. tit. 3. Inſuper traditio Eccleſiaſtica confirmata tot ſanctorum XVI.

PP. teſtimoniis, ſatis convincit erroris, contrarium aſſerentes. Veritas hæc, quòd ſcilicèt S. Petrus Romæ ſederit, ibidemque ſit mortuus, ſolùm tribus circitèr ab hinc ſeculis fuit oppugnata, cum per quindecim precedentia ſecula ſēper omnes unanimiter Petrum Romæ fuiſſe, ibidemque mortuum affirmarint. Dicat Udalricus, cui tutiùs in hàc causà credendum, an illis qui primo, ſecundo, tertio ſeculo, & ſic ſucceſſivè uſque ad decimum quintum ſeculum ſcripſerunt Petrum Romæ fuiſſe mortuum, an paucis Novatoribus, qui poſterioribus ſeculis contrarium ſomniarunt? Sed & memoriæ crucifixionis, ſepulchri D. Petri, & aliæ per plures, quæ adhùc in præſens in Urbe videntur, ſatis comprobant D. Petrum Romæ mortuum fuiſſe. Ulricum Velenum doctiſſimè confutavit inſignis Martyr Cardinal. Roffenſis. Videndus etiam Auguſtinus Calmet, 1. ad Petri epiſt. cap. 5. v. 13.

XVI. Vergerius Petrus Paulus, Juriſconſultus, Juſtinopoli in Iſtrià natus, circa annum 1535. à Paulo III. in Germaniam miſſus eſt, ut ſuavi veniæ promiſſione, & blandis officiis charitatis, Lutherum cum ſuis aſſeclis ad obſequium reduceret: ſed à pravà cum hæreticis converſatione infectus, à fide deficiens, in eandem defectionem fratrem ſuum etiam, in Iſtria Epiſcopum induxit; quapropter ab Inquiſitoribus exagitatus, Tubingam petiit, ſub protectione Ducis Wirtembergenſis, cujus opera uſus eſt Henricus ad diſſolvendum Concilium. Contra Indicem librorum prohibitorum, & contra indictionem Concilii à Pio IV. factam, plura debacchantis more ſcripſit. Demùm Tubingæ die 4. Octobris, anno 1565. in ſua perfidia, & apoſtasià deceſſit.

XII. Venustiani. Vide *Paternlani.*

XV. Vhovallistæ, dicti Groningani, ex Anabaptiſtis prodierunt. Porrò iſti, non modò impiiſſimis, & deſperatis, imò & ipſi diabolo ſalutem tribuunt. Repr. verbo *Ægidius*. Tum quia improbis, in ſacris paginis ſæpè Deus pœnam æternam minitatur. Tum quia, ſi impii etiam conſequerentur ſalutem, inutile eſſet virtutis ſtudium, quo homines in Dei ſimilitudinem contendunt. Adde, homines iſtos ampliſſimum aperuiſſe oſtium ad omnia ſcelera perpetranda, turbandumque genus humanum; quæ enim lex in officio continebit, ubi æternæ damnationis timor deficiat?

Victor Garbiensis. Donatiſtæ, ut gloriari poſſent ſe Romæ habere Epiſcopum, ac proindè nomen Catholicum promæreri, Silveſtri Papæ temporibus miſerunt ex Africa Romam quemdam, ab ipſis ordinatum Epiſcopum, nomine Victorem Garbienſem, ut ibidem Epiſcopum ageret, cui alii quinque, uſque ad tempora Optati, qui hæc deſcripſit, ſucceſſivè ſuffecti ſunt. Nihilominùs Victor, & ejus ſucceſſores Donatiſtæ nullos habuerunt Romæ adhærentes, niſi Afros Donatiſtas; quapropter Donatiſtarum machinatio, unica argumentatione ab Orthodoxis Patribus facilè eſt diſſoluta, nempè, quòd nullam haberent Donatiſtæ manantem à Petri Cathedrà ſucceſſionem. IV.

Vicleffistæ. Vide *Joannes Wicleffus*. XIV.

Wictorinus. Sedente Silveſtro, anno 324. in Romano Concilio damnatus fuit quidam nomine Victorinus, qui receptos ab Eccleſia Paſchales Cyclos redarguere præſumpſerat, aſſerens Paſchale feſtum nequaquam ex inſtituto Eccleſiæ, ſed decimo Kalendas Maii eſſe celebrandum. IV.

Vigilantius. Alii Gallum, Hiſpanum alii hunc faciunt. S. Hieronymus Hiſpanum, patrià Calaguritanum; Gennadius verò Gallum fuiſſe aſſerit. Certum eſt, quòd Barcinonæ multo tempore diverſatus, à S. Paulino, qui Vigilantium pium, & probum virum eſſe arbitrabatur, Preſbyter eſt ordinatus, atque apud ſe ægrotantem fovit, proficiſcentem quoque Jeroſolymam S. Hieronymo plurimùm commendavit, à quo in V.

gra-

gratiam Paulini maxima aviditate ſuſceptus eſt. Sed mox qualis eſſet Vigilantius, à S. Hieronymo detectus, ab eodem receſſit, & Palæſtinam, Ægyptum, aliaſque Provincias peragravit. Hæreticorum more pro beneficiis injuriā rependens, in D. Hieronymum, à quo humaniter receptus fuerat, oblatravit, eundem Origenis erroribus infectum eſſe aſſerens. Interim in Occidentem reverſus, cæpit in Gallia ſub fictâ ſanctimoniâ hæreſes ſuas evomere; quare D. Hieronymus ſtatim contra errores Vigilantii calamum acuit, opere inſcripto contra Vigilantium, dictum à D. Auguſtino Dormitantium, qui circa annum 406. docere cæpit.

1. Non eſſe colendas Reliquias ſanctorum Martyrum, & earundem cultores appellabat cinerarios, idololatras; & ſigna apud ſacras Reliquias fieri ſolita, aſſerebat eſſe præſtigias. Baſilicas Martyrum declinandas, Catholicos, qui ibi orarent, quaſi immundos vitandos eſſe dicebat. R. ex ſacra Sriptura, Pſalm. 49. *Adorate ſcabellum pedum ejus*, ubi per ſcabellum intelligitur Arca Teſtamenti: ergo à fortiori honorandi ſunt Sancti, qui adhuc viventes in hoc mortali corpore, fuerunt templum Spiritus ſancti. Tum quia in ſacris Scripturis legitur homines Angelos adoraſſe. Geneſ. 18. Abraham pronus in terram adoravit Angelum. Geneſ. 19. Loth pariter adoravit Angelum: ergo etiam adorari debent Sancti, qui cum Angelis triumphant in cœlis. Demum ad Rom. 2. *Gloria, & honor operanti bonum*. R. autem verbo *Eudoxiut*, quo ad cultum debitum Reliquiis Sanctorum. Quoad miracula. R. verbo *Marlac.* Quoad orationes, quæ fiunt in Eccleſiis, R. verbo *Eutactus*.

2. Negabat, Sanctos eſſe invocandos. R. ex Concilio Chalcedonenſi, actione undecima. Ex Trid. ſeſſ. 25. in decreto de invocatione Sanctorum. Articulus fidei de Communione Sanctorum, qui habetur in Symbolo, evincit Sanctos ſemper fuiſſe invocatos, & orare pro nobis. Deum exaudire preces Sanctorum, cum eoſdem invocamus, conſtat Exodi 32. verſ. 13. ubi Moyſes pro populo ſuo enixè oravit Deum per merita ſanctorum Patrum Abraham, Iſaac, & Jacob. Item Danielis cap. 4. verſ. 34. legimus, Azariam oraſſe Deum, ut eundem liberaret ab igne fornacis per merita Abraham, Iſaac, & Iſrael, & exauditus fuit. Habetur etiam 2. Machab. 15. Jeremiam in limbo Patrum oraſſe pro populo, & ſancta Civitate: quantò magis nunc ille, & cæteri Beati pro nobis orant, Deum videntes? Tum quia, ſi Sancti adhuc viventes invocantur, & exaudiunt, ut conſtat ex pluribus hiſtoriis tum veteris, tum novi Teſtamenti, quantò ardentiùs pro nobis orabunt in cœlo, ubi perfectior eſt charitas?

3. Joviniani errores excitavit. R. verbo *Jovinianus*.

4. Cœlibatum Clericorum improbavit. R. verbo *Confeſſio Auguſtana*.

5. Jejunia fidelium ſpernebat. R. verbo *Aeriani*.

6. Eccleſiaſticas cæremonias contemnebat. R. verbo *Adiaphoriſtæ*.

7. Poſt mortem nullum pro alio deprecandi facultem habere dicebat. R. verbo *Aerius*. Vide etiam, quæ ſupra notavimus ex cit. 2. Machabæor.

8. Vigilias in S. Eccleſia ſervari ſolitas abolendas eſſe, præter ſolemnes vigilias, quæ fierent in ſolemnitate Paſchali. R. ex antiqua inſtitutione Eccleſiæ, quæ juxtà illud, quod legitur in Pſalmo: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, conſuevit nocturno tempore pſallere Dei laudes. Tum quia nocturno tempore, ſivè ratione majoris incommodi, ſivè quia o antis mens minùs devagatur, oratio videtur fieri cum majori fervore, ideò magis eſſe debet Deo accepta.

9. Nonniſi in Paſchate Alleluja canendum. R. Nam contra Adiaphoriſtas probatum eſt, Eccleſiam habere auctoritatem condendi leges: er-

go etiam cæremonias & ritus, quibus Catholici ſe debent conformare: Deus enim vult ritè coli: & cum Eccleſia in ritu aliquid præcipit, hoc facit ex inſtinctu Spiritus ſancti, & multa habemus ex traditione Apoſtolica.

10. Eleemoſynas, quæ mittuntur ad loca ſancta, damnabat. Repr. Nam in lege veteri, ad decorem Sanctuarii, legimus Salomonem plura impendiſſe, quas expenſas commendavit Altiſſimus: ergo à fortiori eleemoſynæ, quæ fiunt ad decus ſanctorum locorum, ſunt commendabiles.

11. Aſſerebat eos meliùs facere, qui utuntur rebus ſuis, & paulatim fructus poſſeſſionum ſuarum pauperibus dividunt, quàm illos, qui poſſeſſionibus ſuis renuntiatis, ſemel omnia largiuntur. R. ex conſilio Evangelico, ubi habetur: *Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, ſecundùm quod conſilium, legimus plures ſanctos viros integrum ſuum patrimonium diſtribuiſſe pauperibus, tam ut ſubvenirent eorum indigentiis, quàm ut faciliùs expeditiâ terrenis, meliùs Deo famularentur.

X. Vilgardus. Apud Ravennam Italiæ Civitatem, quidam Vilgardus Grammaticus, currente anno milleſimo, deceptus præſtigiis dœmonum, ipſi apparentium ſub ſpecie Poetarum Virgilii, Horatii, & Juvenalis, cœpit multa turgidè contra fidem effutire, & aſſerere dictis Poetarum per omnia eſſe credendum. Sed eo per Petrum ejus civitatis Archiepiſcopum damnato, plures quoque ejus diſcipuli tum gladio, tum incendio puniti ſunt. Ex Synod. anno 1000.

V. Vincentius Victor, circa annum 420. novi erroris in Africa aſſertor emerſit, qui de Animarum origine nova commenta excogitavit, nempe eas non ex nihilo, ſed ex Divina creatas eſſe ſubſtantiâ. Fuit verò hic olim Donatiſta, vel potiùs Rogatiſta, ac poſtea Catholicam fidem ſimulans, nihilominus adeò Rogatiſtis addictus permanſit, ut etiam cognominari voluerit *Vincentius*, eo quòd Rogati ſucceſſorem, eo nomine dictum, tamquam magnum, & ſanctum virum ſuſciperet, eumdemque in viſione (ut jactabat) ab illo Vincentio admonitum, adjutumque, adversùs Auguſtini tractatum de origine Animarum, quem in Mauritaniâ Cæſarienſi inveniſſet, duos libros ſcripſiſſe, idem Auguſtinus tradit: qui mox contrariis ſcriptis eos refellens, ipſum quoque illorum compoſitorem Vincentium Victorem (quod mireris in auctore erroris) victum ſe fatentem, atque emendationis ſuæ litteras ad Auguſtinum ſcribentem, fidei Catholicæ reſtituit. Ita quidem, quod (ut ait Auguſtinus) eum non præproperè deteſtandum, ſed adhuc docendum, quanta potuiſſet lenitate tractaſſet. Reprobatus habetur error Vincentii, Verbo *Dicarita*. Ex S. Aug. lib. de anima. Vincentius alius, Pelagianus, Auguſtino infenſiſſimus, contra D. Proſperum, qui ab obtrectatoribus ſanctum Doctorem defenderat, acriter ſcriptis objectiones, quas *Vincentianas* à nomine auctoris appellant. Card. Baronius ſuſpicatur, Vincentium iſtum eſſe illum, quem commemorat Gennadius in lib. de Viris illuſtrib. cap.8., nec mirum, ſi Semipelagianus Pelagianum inter viros illuſtres commendet. Perperam aliqui putarunt, S. Vincentium Lirinenſem illarum objectionum auctorem, à qua calumnia illum egregiè vindicat laudatus Baronius, in Martyrol. ad diem 24. Maii. Nam Lirinenſis in Pelagianam hæreſim vehementer invehitur in ſuo perilluſtri Commonitorio, capitibus 2. & 14. atque 34. ubi expreſsè contra Pelagium, & Cœleſtium pro fide Catholica, eodem ſenſu & ſententia, ac Auguſtinus inſurgit; cap. inſuper 40, contra Julianum, ac tandem cap.43. optimè commendat Epiſtolam Cœleſtini Papæ ad Epiſcopos Galliarum, quâ Opera S. Auguſtini, adversùs Semipelagianos impugnantes eum,

egre-

egregius ille Pontifex defendit. Manet ergo certiſſimum Vincentium illum, *Objectionum* Auctorem, à Lirinenſi fuiſſe perſona, & religione diverſum.

IV. VITALIS, Antiochenus Preſbyter, anno 364. ob indignationem quamdam adverſus Flavianum Compresbyterum, quòd ſe contemptui haberi videret, derelicta communione Catholica, adhæſit Apollinari, & factus eſt ſuæ ſectæ Antiochenus Epiſcopus. Quapropter vocatus ad dicendam cauſam apud Damaſum Pontificem, Romam ſe contulit, editque fidei formulam, quæ prima fronte ſana viſa eſt; ſed à Gregorio Nazianzeno repudiata: nam cum Apollinaris præcipua hæreſis eſſet, Chriſtum fuiſſe humanę mentis expertem, & humanam carnem tantùm, abſque mente ſuſcepiſſe, Vitalis quidem in ſuâ fidei profeſſione confeſſus erat in Chriſto carnem & mentem, ſed per mentem, non mentem humanam, ſed Divinitatem ſignificari doloſè intelligebat. Quarè detecta Vitalis fraude, unà cum Apollinare damnatus fuit. Ejus ſectatores, ut perhibet S. Ephręm Edeſſę Diaconus, Vitaliani ſunt nuncupati. Ex Sozomeno cap. 27.

V. VITALIS PELAGIANUS, vixit circa annum 428., ad quem D. Auguſtinus epiſtolam, quæ eſt 107. ſcripſit, eundemque improbat, quòd aſſereret, ad fidem acquirendam nullà opus eſſe gratià internà, ſed ſolam ſufficere prædicationem externam, cui homo pro ſuo arbitrio poteſt præbere aſſenſum. R. Verbo *Pelagius*.

XIV. UMBILICANI. Vide *Pallamas*.

XVI. UNCTORUM Secta. In Suria, Angliæ comitatu, apud Baſtedium orti ſunt ex Calviniſtarum ſectâ, ſub Vurito quodam duce, homines, qui ſe unctos appellabant, proùt refert Spond. anno 1570. docentes.

1. Neminem peccare, niſi qui veritatem ab ipſis prædicatam non reciperet.

2. Totum novum Teſtamentum rerum futurarum prędicationem eſſe, atque ita Chriſtum, quem ſemel veniſſe non negabant, iterum ante diem judicii eodem modo rediturum.

3. Cui ſemel remiſſa fuerunt peccata, iterum non peccare. R. ex Euang. ubi Chriſtus dixit: *Vade, & jam ampliùs noli peccare*, cum peccata primò remiſiſſet; ex quo apertè conſtat, cui ſemel remiſſa fuerunt peccata, iterum poſſe peccare, quod patet quotidianâ experientiâ noſtræ fragilitatis. Deindè Petro dixit Dominus, ut ſeptuagies ſepties, id eſt, quoties homines veniam petant, indulgeret. Poſſunt ergo pluries peccare.

4. Doctis Viris omnem prorſus fidem abnegandam eſſe.

VOETIUS, nomine Cilbertus, XVII.
à quo Voetiani, Theologiæ profeſſor in Academia Ultrajectenſi, ad Dordracenam Synodum cum aliis Theologis Proteſtantibus ſe contulit. Cum vero Voetius rigidum Calviniſmum profiteretur, antagoniſtam habuit Joannem Coccejum, qui Calvini doctrinam emollire nitebatur. Vide verbo *Coccejani*.

VOLFANGUS. Vide *Capito*. XVI.

URBICUS. Inter diſcipulos, IV.
quos habuit Eunomius, magiſtro in impietate non impar, fuit Urbicus Potentinus, cujus meminit Athanaſius, vixitque circa medium ſeculi quarti.

URSICINIANI. Poſt obitum Li- IV.
berii, canonicè electus eſt Romanus Pontifex Damaſus Hiſpanus: ſed cum aliqua eſſet in Clero Romano diſſenſio, à factioſis acclamatus fuit, poſt electionem Damaſi, Urſicinus: in quo ſchiſmate plura mala Eccleſia Romana perpeſſa eſt. Vrſicini ſectatores, licèt etiam ab Imperatoribus repreſſi, quippè qui noverant irritam eſſe Urſicini electionem, nihilominus ſæpe tumultuarunt. Pulſus eſt in exilium à Valentiniano Imperatore Urſicinus, à quo Urſiciniani, qui demum juncti ſunt Luciferianis, declinante ſchiſmate in hæreſim; quæ omnia fuſiùs deſcripta videre eſt

apud

apud Baronium ann. 367. 368. & 385. Vide verbo *Valens*, quem Urſicinus damnationis comitem habuit.

XV. Utriquistæ exorti ſunt ex Huſſitis, circà initium ſeculi decimi quinti, qui negarunt ſub altera ſpecie Sacramenti Euchariſtici contineri totum Chriſtum, ac propterea ſub utràque ſpecie, omnibus promiſcuè debere exhiberi aſſerebant. Ex hiſt. Bohemic.

XI. Vvecillo, à quo Weeillianæ hæreſis, ex Clerico Halverſtatenſi jam pridem anathematizato, atque fugitivo, poſt mortem Sigiberti intruſus fuit ab Henrico Imperatore, ſed excommunicato, in Moguntinum Archiepiſcopatum, in remunerationem defenſionis quam pertinaciter aſſumpſerat de ipſo Henrico, Pontifici infenſo. Damnatus autem fuit Wecillo in Synodo Quintilineburgenſi. Aſſerebat ſeculares Eccleſiaſtico non ſubjacere judicio, nec poſſe pro ſuis exceſſibus excommunicari. R. Quoad ſecundum, verbo *Huſſitæ*, *Joannes Wicleffus*, *Albanenſes*: & conſequenter reprobatur quoad primum, ſi enim Eccleſia poteſt punire peccatores, eos excommunicare, ſequitur ſeculares Eccleſiaſtico ſubjacere judicio: ſeculares enim baptizati, ſunt oves ex grege Catholico, cujus paſtor eſt Pontifex, cui Chriſtus dedit totam poteſtatem ſupra omnes oves: ſecus dicendum foret, laicos non eſſe intra ovile, & ſolos Eccleſiaſticos eſſe de corpore Eccleſiæ.

XVII. Vvorstius. Mortuo Jacobo Arminio hęreſiarcha, Ordines Batavici, ejus loco evocarunt Leidam ex Steinfurto, ubi primarium miniſtrum agebat, Conradum Worſtium; undè novæ diſſenſiones ortæ, dum quem ſectà licèt Calvinianum, plerique alii Calviniani ut ſchiſmaticũ, & hæreticum inſectarentur, & ne ab Ordinibus reciperetur monitis, precibus, ac minis obſtare conati ſunt; quidam alii obſtinatiſſimè defenderunt, ipſique Ordines tutati ſunt, ac promoverunt. Quod inter alios adeò moleſtè tulit Jacobus Rex Angliæ, ut poſt ejus ſcripta igni adjudicata, etiam Ordinibus graviter minatus ſit, niſi eum à ſe pellerent, non modò ſe illos tanquam apoſtatarum fautores, per univerſum terrarum orbem proclamaturum, verùm etiam ſuum cum illis fędus immortalibus inimicitiis commutaturum. Quibus minis territi Ordines, Worſtium invitum inviti à ſe dimiſerunt: qui rurſus in aliis locis, ad quæ divertit, uti Apoſtolus receptus eſt, & ingentium turbarum anſam præſtitit: quæ diù incolis moleſtæ fuerunt, vigetque hactenus ſecta. Multa feruntur impia ejus dogmata contra Divinas perfectiones, ſimplicitatem individuam, magnitudinem, infinitatem, immenſitatem, immutabilitatem, æternitatem permanentem, & indiviſibilem. De propoſitionibus Conradi Worſtii, agit Gaulterius ſeculo 17. cap. 6. ad quem lectorem remittimus. Potiſſimùm aſſervit Deum eſſe mutabilem, & non eſſe ubique, ſivè immenſum. R. Quoad primum verbo *Theophronius*, quoad ſecundum etiam. R. Quia eſſentia Dei debet in omni genere perfectionis eſſe infinita, ergo etiam eſſe debet immenſa: quòd ſi non eſſet immenſa, Deus poſſet mutari de loco ad locum, quod dicit imperfectionem. Tum quia ſi Deus non eſſet immenſus, eſſet determinatè in uno loco, ibi autem eſſet vel liberè, vel neceſſariò: ſi primum, poſſet mutari, ſi ſecundum, non eſt major ratio cur potiùs ſit in uno loco, quàm in alio; ergo Deus neceſſariò eſt immenſus, & quidem per extenſionem ſuæ ſubſtantiæ; ex Divinâ enim operatione probatur efficaciter Dei præſentia in omni loco. Deinde Jerem. 23. v. 24. dicit Dominus: *Cœlum & terram ego impleo.* Plura alia deduci poſſunt è ſacris literis argumenta.

Witahems Guillelmus, Anglo calviniſta, inclinante jam ſeculo 16. plura ſcripſit, potiſſimum ut ſacræ Scripturæ auctoritatem enervaret. Hunc egregiè oppugnavit Thomas Stapletonius, Witaheri contemporaneus.

Digitized by Google

XVI. Wolmarus Melchior, natione Germanus, patriâ Rotnvilenſis, Græcis literis inſtructus, ſcientiarum eruditione celebris, primus eſt, qui Calvinum viro hereſis infecit, ejuſque perſuaſione Caluinus Theologiæ ſcientiæ operam dedit, tanto Chriſtianæ Reipublicę detrimento.

X

V. Xenajas. Vagus quidam nebulo, natione Perſa, nomine Xenajas, conditione ſervus, ſervilibus natus parentibus, Manicheiſmo infectis, fugitiuum agens, patriâ & domino ſuo relictis, profugus Antiochiam venit, ubi cum ſe Clericum eſſe mentiretur, & de facto Clericum ageret, quamvis nec initiatus eſſet Baptiſmo, à S. Calendione Antiocheno Epiſcopo, in mendacio deprehenſus, ab Eccleſiâ fuit ejectus. Adeò perverſum hominem, tamquam ſibi fidum Achatem, aſſumpſit Petrus Fullo, cui in animo nihil magis erat, quàm, ut cuncta à Catholicis benè geſta irritaret, atque Philoxenum Græca lingua eum nominans, Hierapolis creavit Epiſcopum, licèt non baptizatum. Tale monſtrum in ſede Epiſcopali conſtitutum, indicibile eſt quot mala pepererit. Catholicis ſemper fuit infenſus, & primus omnium hanc blaſphemiam evomit, ut diceret Chriſti, Angelorum, atque Sanctorum Imagines non eſſe venerandas. Hunc ducem habuerunt Iconoclaſtæ.

Z

II. Zachæani. Vide *Gnoſtici.*

IV. Zachæus. Cadente ſæculo quarto, vixit in Oriente quidam nomine Zachæus, qui in ſummitate montis propè Jeruſalem, ſolitariam vitam agebat: cujus aberrationem à veritate, & in ſuperbā cordis temeritatem, refert Epiphanius, qui ſequentes Zachæo errores adſcribit, in quibus pertinax deceſſit, docens.

1. Orandum eſſe ſolitariè, negans acceptam eſſe Deo orationem, quæ fit unanimiter publicè à fidelibus in Eccleſiis. R. Nam David nos hortatur in Eccleſiis benedicere Domino. Tum quia ex ore Chriſti Domini edocti ſumus, quòd ubi fuerint plures in nomine ejus congregati, in medio eorum ipſe eſt. Inſuper Deus promiſit Salomoni, ſe faciliùs accepturum preces orantium in Templo. Vide quæ dicta ſunt contra *Apoſtolicos*, & *Albigenſes*.

2. Zachæus, licèt laicus, ſacra ſe peragere poſſe jactabat. R. verbo *Lutherus*, & *Joannes Wicleffus*.

Zacharias Rhetor, vixit poſt medium ſeculi quinti, fuit hæreticus Eutychianus, & multa in ſuis hiſtoricis ſcriptis, pro ſuæ ſectæ validatione commentus eſt, ſuitque Catholicis valdè calumnioſus; quarè nonniſi ſummâ cum cautelâ legendus occurrit. V.

Zeno Imperator, dictus Iſaurus, qui Ariadnam, Leonis Imperatoris filiam, in uxorem duxerat, & circà annum 476. imperavit, inter hæreſiarcas meritò nuncupandus occurrit, quippè qui non modò Eutychetis & Dioſcori, qui unam tantùm Chriſto tribuebant naturam, fuit hęreſi infectus, ſed ſub ſpecioſo titulo conciliandi hæreticos, & Orthodoxos, reverà autem Œcumenicum Concilium Chalcedonenſe reprobandi, *Henoticum*, ideſt *conciliatorium*, ſivè *pacificatorium* edictum promulgare auſus eſt, arrogans ſibi facultatem V.

deci-

decidendi in materia fidei, quæ ſoli Romano Pontifici, & Eccleſiæ ſub ejus magiſterio ſivè congregatæ, ſivè per orbem diſperſæ, competit, miſerimè in flagitiorum ſuorum pœnam interiit. Vide verbo *Pacificatores*.

XV. ZISCHA. Vide *Thaboritæ*.

XVII. ZUINGLIUS Uldaricus, à juventute militiam ſecutus, poſtmodùm Clericali habitu aſſumpto Conſtantię, Canonicatum in Helvetia obtinuit: ſed profeſſionis Clericalis, cui adnexus eſt cœlibatus, pertæſus, ſub titulo Lutheranæ doctrinæ amplexandæ, uxorem duxit, vendito beneficio; & contrà cœlibatum, Indulgentias, & Summum Pontificem prędicans, novam cathedram apud Helvetios, ſicut Lutherus apud Germanos, ut erigeret, contrà Lutheri dogmata potiſſimùm cœpit concionari, ejuſque erronea doctrina, (licèt adverſaretur totis viribus Conſtantienſis Epiſcopus) in pluribus Helvetiæ oppidis ſuit recepta; condemnata nihilominùs ab Epiſcopis Baſileenſi, Conſtantienſi, & Lauſanenſi, anno 1627. Sed prævalentibus Zuinglianorum tumultuantium viribus, armis ſtipati in Eccleſias irruentes hæretici, omnia ſacra conculcarunt. Hinc inter Helvetios facta diſſenſio, itaut ubi de religione agitur, Catholici contra hæreticos, & hæretici contrà Catholicos ſæpe dimicaverint, & in certamine commiſſo anno 1531. inter vtroſque, Zuinglius ipſe, qui cum ſuis, armis ſtipatus præliabatur, interemptus fuit. Poſtmodùm Zuingliani cum Genevenſibus Calviniſtis fœdere inito, Calvini doctrinæ adhęrere cœperunt. Martinus Bucerus inter Lutheri, & Zuinglij dogmata anceps, ſectam Luthero zuinglianam inſtituit.

1. Negavit Indulgentias. Repr. verbo *Joannes Wickeffus*, *Huſſitæ*, *Lutherus*.

2. Errores Pelagii, & Neſtorii prædicavit. R. verbo *Pelagius*, & *Neſtorius*.

3. Affirmavit in Baptiſmo non eſſe neceſſariam certam verborum formam. R. Nam cum ſolus Chriſtus potuerit inſtituere Sacramenta, ſolus etiam Chriſtus potuit determinare materiam, & formam uniuſcujuſque Sacramenti; ex quo ſequitur, ad Sacramentum Baptiſmi neceſſariam eſſe formam à Chriſto inſtitutam.

4. Docuit Baptiſmum Joannis eſſe Baptiſmum Chriſti, & eoſdem effectus contuliſſe omnibus illis, qui Baptiſmum Joannis receperunt. R. verbo *Bogomilli*.

5. Docuit, in Euchariſtia non dari Corpus Chriſti, ſed eſſe verum panem, qui ſolùm obſignat Corpus Chriſti, ideoque verbum *eſt* in conſecratione, accipit pro ſignificat. R. verbo *Berengarius*, *Joannes Odcaſtellius*, *Joannes Wicleffus*, *Energici*.

6. Dixit, parvulos decedentes abſque Baptiſmo, non privari beatitudine, eo quòd velit per Chriſtum univerſam naturam humanam ita eſſe reparatam, ut tam filii fidelium, quàm infidelium ſalventur. R. Quia peccatum originale, quo anima inficitur, reddit creaturam coinquinatam, & conſequenter incapacem viſionis beatificæ: nulla ſiquidem creatura, niſi juſtificata, & à quacumque macula depurata, eſt capax viſionis beatificæ. Tum quia ſuperflua fuiſſet inſtitutio Baptiſmi, ſi paruli decedentes abſque Baptiſmo poſſent ſalvari. Dominus autem dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei*. Cui ſummo bono ſemper, ut par eſt inhiantes, faxit Deus, ut quotquot Catholico Romanam profitemur fidem, cum cœleſtibus Spiritibus tandem liceat aſſociari.

LEXICON

Potiorum Controverſiarum, quæ ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinent, quarum notitia dilucidat Polemicam facultatem.

CONTROVERSIA I.

De numero Librorum Canonicorum.

DE aliquibus ſac. Scripturæ libris, nempè Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici & Machabæorum, fuit aliquando controverſia, an eſſent inter Canonicos recenſendi. Controverſiæ fundamentum erat, quia præfati libri apud Judæos non recipiebantur ut Canonici; & plures Eccleſiæ Patres, qui ante Innocentium primum ſcripſerunt, eoſdem ut non Canonicos excludere viſi ſunt. Indubium tamen eſt 72. libros, quos enumerat Tridentinum ſeſſ.4. decreto de Scripturis Canonicis, eſſe omnes Canonicos, quia non Canon Hebræorum, ſed Canon Eccleſiæ, Canonicas facit Scripturas. Quòd ſi aliqui primitivæ Eccleſiæ Patres, præfatos libros eſſe Canonicos dubitaverunt, hoc non officit, quia tunc nondum erat ab Eccleſiâ deciſum, quinam ex pluribus libris, qui circumferebantur, utpotè à Spiritu ſancto dictati, recipiendi eſſent tanquam Verbum Dei ſcriptum. Ceterùm præfatos 72. in Canone ſupracitato recenſitos, ſecundùm traditionem ab Apoſtolicis temporibus in Eccleſiâ Romanâ conſervatam, ſemper ut Canonicos recepit Eccleſia; quamquàm licuerit Doctoribus diverſis in locis diverſa ſentire, cum neque eſſet unum ubique ſacrarum Literarum volumen, nec quidquam univerſali decreto ab Eccleſia firmatum: quæ deinde in Conciliis congregata, decretum edidit de libris Eccleſiaſticis Canonicis, & Apocryphis. An autem hoc decretum primò promulgatum ſit in Concilio Romano, ſub Gelaſio Papa, vel in alio Concilio ab Hormiſdâ Pontifice, etiam controvertitur. Quidquid ſit de primo Pontifice, ſub quo promulgatum ſit decretum de libris Canonicis, certum eſt ſacrum eſſe monumentum venerandæ antiquitatis. Probabiliùs cenſeo, primò à Gelaſio editum, qui deceſſit anno 496. deindè ab Hormiſdâ confirmatum, qui ad Pontificatum fuit aſſumptus anno 514. ſi tamen ſub Damaſo, qui Pontificatum geſſit ab anno 367. uſque ad 384. primam non habuit originem, ut placet Baronio. Conſule Balutium.

CONTROVERSIA II.

De ſacræ Scripturæ authenticis editionibus.

CUM multæ ſint Scripturæ ſacræ editiones, nempè Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Samaritana, Græca, & Latina, quæ

Vulgata nuncupatur, controverſum eſt, quæ ex his omnibus eſſet authentica. Hanc ſolam eſſe Latinam vulgatam, certum nobis eſt, quia ſola eſt certò conformis cum ſuo originali textu, qui Divinus erat, ſivè immediatè à Deo dictatus. Controverſiæ anſam dedit potiſſimùm editio Hebraica, de quâ aliquandò dubitatum, an eſſet habenda ut authentica, quia fuit olim à Chriſto, & ejus Apoſtolis collaudata. Circà quod ſciendum, quòd quouſque editio Hebraica in ſuâ puritate perſeveravit, utique fuit authentica: cum tamen hæc proceſſu temporis fuerit præcipuè à Judæis vitiata, nec ampliùs inveniatur ſuo conformis originali, ideò nec Hebraica, nec ulla alia quævis editio habenda eſt ut authentica, unâ ſolâ exceptâ Latinâ vulgatâ, de quâ, medio infallibili Eccleſiæ Romanæ teſtimonio, nobis conſtat quòd fuerit ad nos ſemper tranſmiſſa omninò conformis cum ſuo originali textu; & licèt à Sixto V. emendata, & à Clemente VIII. reviſa fuerit, hoc non officit, quin verè ſit authentica, & ſuo conformis originali, quia quæ à Sixto V. & Clemente VIII. emendata fuerunt, levia ſunt, nec ſenſum verum & genuinum immutant, in his maximè, quæ ad fidem pertinẽt. Nam quo ad hæc in editione Latinâ vulgatâ, nunquam aliquâ opus fuit emendatione; ſiquidem ſemper pura, & conformis ſuo originali ſervata eſt, quod dici nequit de ullâ aliâ editione tàm Hebraica, quàm Græca &c. quæ ab hæreticis in pluribus vitiatæ fuerunt, & corruptæ. Dicimus tamen, originalia illa ſeù Græca, ſive Hebraica, & ſi corrupta, magnæ utilitatis eſſe, pro Vulgatæ elucidatione, & uberiori rerum intelligentia; ac authentica utraque evaſura, quoties Apoſtolicæ Sedis judicio corrigantur, & probentur.

CONTROVERSIA III.

De Oraculis Sibyllinis.

SIbyllarum oracula, in quibus adeò manifeſtè inter cetera, Chriſti adventus vaticinatur, non ſunt Chriſtianorum figmenta, quod pluribus probatur authoritatibus, quas congerit Natal: Alex. ſec. 1. diſſert. 1. Non negatìm tamen, ab aliquibus Gentilibus potuiſſe falſis immiſceri figmentis, & hoc per invidiam. Cùm enim adeò manifeſtè, per Sibyllina vaticinia de veritate religionis Catholicæ convincerentur Gentiles, ad effugiendam vim argumenti, plura falſa genuinis miſcuere Sibyllarum oraculis, ut ſic omnem ab illis authoritatem eriperent.

CONTROVERSIA IV.

De Æra Nativitatis Chriſti.

QUo anno Chriſti Dñi contigerit Nativitas, & conſequenter Baptiſmus, & Crucifixio, tot prodierunt ſententiæ, ut difficile ſit unam ſequi, quæ ceteras poſſit falſitatis convincere. Agitur enim ibi de controverſiâ chronologicâ, circà quam nonnulla opinandi libertas, ſuis reſpectivè innixa probabilitatibus relinquitur. Hàc de re videndus præ ceteris Seneſchellus, Soc. Jeſu in Triade Euangelicâ, ubi varias exponit ſententias. Ceterùm Eccleſia, licèt unam acceptaſſe chronologiam (ut ex Martyrologio 8. Kal. Januar. conſtat) videatur; nihilominùs ceteras chronologias, quarum unaquęque ſuum reſpectivè habet fundamentum, non improbat. Imò etiamſi aliquos irrumpere leves errores in materiâ chronologicâ paſſim deprehendat, eos tolerat, agitur enim de rebus levis momenti. Hinc eſt, quòd in Æra vulgari aſſignandâ, ferè quotquot authores ſcripſerunt, tot inveniuntur diſcrepantes ſententiæ: undè ſit ut biennio,

trien-

triennio, quadriennio, vel etiam quinquennio maturiùs, vel tardiùs, Chriſti mortem contigiſſe, diverſi diverſa ſentientes ſcribant authores.

CONTROVERSIA V.

De Epiſtola Jeſu Chriſti ad Abagarum.

JEſu Chriſti ad Abagarum Epiſtolam, communior ſententia eſt fuiſſe ſuppoſititiam, & apocrypham; quòd ſi evidenter probari poſſet veram fuiſſe, etiam certum eſt reponendam fore inter Scripturas Canonicas. Sed, & S. Thomas 3. par. quæſt. 42. art. 4. nihil à Chriſto ſcriptum fuiſſe probat (præter id, quod ſcripſit in terrà, cum mulierem in adulterio deprehenſam abſolvit) eſtò quòd inſignes Scriptores nempè Euſebius, Hiſt. Eccleſ. cap. 13. Darius Comes ad S. Auguſtinum ſcribens, Evagrius Hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 4. cap. 26. Joannes Damaſcenus, Theodorus Studita, & alii de hàc Epiſtola fecerint mentionem, & in eà fuerint ſententià, ut verè à Chriſto ſcripta ſint arbitrati. Potuerunt enim in ſuis aſſertis alicui deceptioni ſuccumbere, & ſinè ulteriori veritatis examine, unus ſucceſſivè ab alio narrationem accipere. Mihi ſatiùs eſt Eccleſiæ Romanæ decreto, edito anno 494. ſub Gelaſio Papa, hanc Epiſtolam non admittenti, quàm privatis Scriptoribus, licèt etiam ſanctimonià inſignibus, adhęrere.

CONTROVERSIA VI.

De Symbolo Apoſtolorum.

QUamvis omnia, quæ continent duodecim articuli in Symbolo expreſſi, tenenda ſint de fide; non tamen ab Eccleſià definitum eſt defactò Symbolum factum eſſe ab Apoſtolis. Hinc locum habet controverſia, an ab Apoſtolis ſub expreſſis terminis, qu bus communiter recitatur à Chriſti fidelibus, Symbolum defactò fuerit conditum; maximè cum Symbolum nunquam repoſitum fuerit in Canone Scripturæ, nec de eo mentionem faciat S. Lucas in Actibus Apoſtolorum, nec convenientia ſit inter authores de tempore, quo Symbolum factum fuerit ab Apoſtolis; & etiam, quia ſub diverſis terminis, in diverſis Eccleſiis Symbolum recitatur. Tenendum tamen Symbolum ab Apoſtolis editum fuiſſe, qui illud non ſcripto mandarunt, ſed in cordibus fidelium ſcripſerunt, ut fideliùs, tanquam in ſacrario cuſtodiretur, & ſucceſſivè per traditionem de aure in aurem, ad fidelium corda tranſmitteretur. Et ideò de eo mentionem non fecit Lucas, (qui tamen neque omnia Apoſtolorum acta ſcripſit, & plura prætermittit, ut etiam in Euangelio) quia utpotè in omnium cordibus ſcriptum, nemini poterat non innoteſcere. Licèt autem ſit diſſenſio de tempore, quo Symbolum factum fuerit ab Apoſtolis, hoc non officit, quin tenendum ſit ab ipſis de facto fuiſſe editum. Quid enim certiùs, quàm quòd Chriſtus pro nobis ſit crucifixus? & tamen de anno ætatis ſuæ, quo fuerit crucifixus, etiam non conveniunt authores. Vide Natal: Alex. ſec. 1. diſſert. 11.

CONTROVERSIA VII.

De reprehenſione facta D. Petro, à S. Paulo.

AN verè & ex animo, an ex ſolà ſimulatione S. Paulus reprehenderit S. Petrum, controverſia eſt difficilis ſolutionis, cùm pars negativa patrocinatorem habeat S. Hieronymum, quòd ſcilicèt fuerit piè ſimulata, & politicè de utriuſque conſenſu privato facta reprehenſio, non ex animo: affirmativa verò S. Auguſtinum. Prolixè ſatis de hàc quæſtione agit Baronius, ad annũ 51. Quidquid verò ſentiat Natal: Alex., qui ſeculo 1. diſſert. 11. in D. Auguſtini ſententiam, ſicut multi alii, propendet, Annalium parentis, qui D. Hie-

ronymo adhęret, magis arridet ſentētia; maximè cum diſtinguendum neceſſariò ſit inter hujus generis ſimulationem, & mendaciam; ſimulationemque quadam ratione aliquando eſſe licitam, negari non poſſit. Neque hæc eſt ea ſimulatio duplicitatis, quam religio damnat, ſed ſimplicitatis prudentia: quandoquidem & Chriſtus finxit ſe longiùs ire. Vid. S. Thom. 2. 2. q. 3. art. 1. ad 1. Quà adhibità diſtinctione, facilè in hàc causà hinc inde ſolvi poſſe objecta crediderim. Sunt etiam qui propugnent, non Petrum Apoſtolum, ſed Cepham Diſcipulum fuiſſe à Paulo reprehenſum. Vide Calmet diſſert. in Epiſt. ad Galatas.

CONTROVERSIA VIII.

De electione per uſum ſortium.

EX Apoſtolorum facto in electione S. Matthiæ, ſecutà medio uſu ſortium (quem uſum approbaſſe videtur Concilium Bracarenſe III.) contenderunt aliqui probare, licitum eſſe uſum ſortium in electione Miniſtrorum Eccleſiæ: quem tamen illicitum eſſe conſtat ex Decretali Honorii III. lib. 2. Decretal. tit. 21. Non dico eſſe intrinſecè malum & illicitum; ſed talem eſſe ex Canonicis diſpoſitionibus, & attento fraudum periculo, atque eligendorum inæqualitate. Unde ſuffragatur etiam ratio, probans illicitum ſic eſſe uſum ſortium in electione Miniſtrorum, quia hoc medio adhibito, etiam indigni concurrentes poſſent pręfici Eccleſiis, cum magno animarum detrimento. Electio autem S. Matthiæ facta eſt medio uſu ſortium, ex prudentiſſimo eligentium judicio, quia uterque ex propoſitis cenſebatur ęqualiter dignus, quantùm ad humanum judicium. Undè neſcientes quem præferrent, ſe Dei judicio orantes, & fidentes commiſerunt. Ideoque non poteſt iſte uſus extendi ad alias electiones, niſi concurrentes ita omnes æquę digni reputarentur, ut digniorem ſecernere poſſibile non eſſet; in quo ſolo caſu, poſſe ſortes adhiberi crediderim, ſuffragante D. Auguſtini ſenſu epiſt. 180. & in eodem ſenſu intelligendum eſt Conc. Brac. eſſe locutum de ſortibus.

CONTROVERSIA IX.

De Concilio Antiocheno Apoſtolorum.

HAbitum fuiſſe Concilium Antiochiæ ab Apoſtolis, in quo novem Canones ſanciti fuerunt, probabilior ſententia eſt, maximè cum de hoc Concilio mentionem faciat Concilium Nicęnum II. actione 1. & Innocentius I. Romanus Pontifex, epiſtolà 18. Tum quia hos Canones Turrianus teſtatur ſe inveniſſe in antiquiſſimo codice manuſcripto Pamphili Martyris, qui in Origenis Bibliothecà illos invenerat; quapropter videtur non eſſe congruum negare authoritatem Concilii, Pontificis, & fide digni auctoris, qualis eſt apud omnes Turrianus. Nec valet opponere cum oppoſitum ſentientibus, Turrianum non indicare ubi invenerit manuſcriptum, ideoque nullam in hoc adhibendam eſſe fidem; potuit enim Turrianus hac de re ſcribens, gravioribus intentus, locum per oblivionem omittere, in quo manuſcriptum invenit. Tum quia quod à probatæ fidei authore aſſeritur, credendum eſt plus ob reſpectum ad authorem, quàm ob majores vel minores circumſtantias, cum quibus author factum valeat exponere. Nec improbanda authoritas Innocentii, qui de hoc Concilio diſſerens, de eodem ſub nomine Conventus, non verò Synodi ſermonem inſtituit: nam hoc Concilium vocat Innocentius *Conventum celeberrimum Apoſtolorum*. Quomodò autem ſubſiſteret adjectivum *celeberrimum*, ſi ſolùm Antiochiæ conveniſſent Petrus cum Paulo, & Barnaba? Satis fuiſſet dicere convenerunt Antiochiæ Petrus, Paulus, & Barnabas: & nimis emphatica videretur expreſſio Innocentii, ſi

collo-

Digitized by Google

colloquium Petri, Pauli, & Barnabæ vocaſſet Conventum celeberrimum. Profectò expreſſio *Conventus celeberrimi Apoſtolorum* aliquid plus dicit, quàm ſolam unionem trium tantummodò Apoſtolorum. Certè Synodus nihil aliud eſt, quàm congregatio, ſivè conventus Prælatorum Eccleſiæ. Si ergo Innocentius vocat congregationem ab Apoſtolis factam Antiochiæ, *Conventum Apoſtolorum*, idem eſt, ac ſi dixiſſet factum eſſe ab Apoſtolis Antiochiæ Synodum. Quidquid dicat Natalis Alex. (qui hanc Synodum Apoſtolorum Antiochiæ, unà cum ſancitis novem Canonibus, apocrypham eſſe aſſerit) tanti non videtur ponderis, quin facilè poſſit enodari.

CONTROVERSIA X.

De numero Canonum Apoſtolorum.

GEnuini Canones ab Apoſtolis editi, an numero ſint 85. vel tantùm 50. diſcrepantia eſt inter Authores. Videndus hac de re Turrianus, qui 85. enumerat, Bellarminus, qui ſolùm 50. recipit, cui accedunt Baronius, & Poſſevinus, Binius verò 83. eſſe aſſerit, ſexageſimum quintum, & octuageſimum quartum excludens.

CONTROVERSIA XI.

De Epiſtolis S. Pauli ad Senecam.

LIcèt non omnes, quæ circumferũtur epiſtolæ S. Pauli ad Senecam, & Senecæ ad S. Paulum genuinæ ſint, negare tamen cum aliquibus, inter S. Paulum & Lucium Annæum Senecam omne epiſtolarum commercium, durum mihi videtur, ſtante teſtimonio S. Hieronymi in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. & S. Auguſtini epiſtola 54. ad Macedonium, qui aſſerunt hinc indè ſcriptas fuiſſe epiſtolas. Nec valet obiicere, quòd ſi S. Paulus ſcripſiſſet ad Senecam, hujuſmodi epiſtolæ eſſent Canonicæ: nam Canonica Scriptura illa eſt, quam talem eſſe Eccleſia declarat, quod de præfatis S. Pauli ad Senecam non fecit, quia non agebant de dogmatibus fidei ad Eccleſiam univerſam ſpectantibus, ſed ſcriptæ erant urbanitatis gratià, tanquam ad virum ſingulari eruditione celebrem, & quamvis Ethnicum, fortaſſe Eccleſiæ utilem; ideò non cenſuit inter Scripturas Canonicas fore reponendas.

CONTROVERSIA XII.

De abſtinentia à ſanguine, ſuffocato, & fornicatione.

CUm in Concilio Ieroſolymæ ab Apoſtolis habito, promulgatum ſit decretũ de abſtinentià à ſanguine, ſuffocato, & à fornicatione: lex autem de abſtinentià ab immolatis, & fornicatione ſemper vigeat; imò ſemper viguerit, controvertitur, quare ex vi ejuſdem legis teneantur Chriſtiani abſtinere à fornicatione, & abſoluti ſint ab obligatione abſtinendi à ſanguine, & ſuffocato, cum ex vi ejuſdem legis videatur aut ab omni onere eſſe debere abſolutos, aut in omnibus debere adhuc vigere præceptum. Sed ratio diſparitatis ſolvit controverſiam propoſitam. Abſtinentia à fornicatione adhuc obligat, quia hæc eſt jure Divino lata: jus autem poſitivum Divinum, nunquam poteſt abrogari; & circà fornicationem Apoſtoli ſolùm fuerunt promulgatores legis naturalis Divinæ, tamẽ circà abſtinentiam à ſanguine, & ſuffocato fuerunt authores, cum ratione ſcandali, quod tunc contingere poterat, talem abſtinentiam judicaverint neceſſariam; & cum nunc citrà ſcandalum poſſint Chriſtiani veſci ſanguine, & ſuffocato, decretum Apoſtolicum ampliùs non obligat. Hinc patet, quarè obligatio ceſſare potuerit circà abſtinentiam à ſanguine & ſuffocato, & immobilis perſiſtere debeat circà abſtinentiam à fornicatione. Uno verbo, lex quoad primam partem eſt juris Divini, quoad ſecundam verò Ec-

Digitized by Google

cleſiaſtici, ac propterea ſecundùm tempora mutabilis.

CONTROVERSIA XIII.

De Conſtitutionibus Apoſtolicis.

INcredibile videtur conſtitutiones, vulgò dictas Apoſtolicas, octo libris ſub Clementis nomine vulgatas, fuiſſe ab Apoſtolis editas, quia varia continent, quæ doctrinæ Apoſtolorum ſunt contraria, circà Baptiſmum, circà dies feſtos, circà diem Dominicum. Nihilque in contrarium evincit authoritas S. Epiphanii, conſtitutiones Apoſtolicas commendantis: non enim conſtitutiones, quas laudat S. Epiphanius illæ ſunt, de quibus in præſenti eſt quæſtio, ſed aliæ, Apoſtolicæ dictæ, non quòd certò ab Apoſtolis ſint emanatæ, ſed quia communiter ab Eccleſiâ dicuntur receptæ. Item nihil ad rem probat, quòd Trullani Patres de conſtitutionibus præfatis ſermonem inſtituant; non enim de illis egerunt, ut commēdarent tamquam ab Apoſtolis emanatas, ſed ut earundem lectionem prohiberent, utpotè pluribus in locis ab hæreticis vitiatas. Non negarim apud Græcos aliquando fuiſſe cum veneratione præfatas conſtitutiones auditas; nihilominus Latini nunquam illas receperunt tanquam Apoſtolicas, quia diligenti facta à Latinis Patribus earundem conſtitutionum diſquiſitione, minus dignæ inventæ ſunt, ut Apoſtolorum genuinus fœtus reputarentur, niſi fortè aliquas Apoſtoli ediderint, quæ poſteà auctæ, & vitiatæ ab hæreticis ſunt, quâ via Græci, & Latini PP. facilè componentur.

CONTROVERSIA XIV.

De Libris Abdiæ Babylonii.

ABdiæ Babylonii libros, qui ſub ejus nomine circumferuntur, reiciendos eſſe ad apocryphos, evincunt validiſſimæ rationes. Fuit Apoſtolorum coævus, & Apoſtolorum vitas Hebraico idiomate ab ipſo fuiſſe conſcriptas, aliqui contendunt; ſed cum mendaciis pluribus, & nugis ſcateat hujuſmodi opus, nunquam veriſimile eſt potuiſſe ab Apoſtolorum Diſcipulo conſcribi. Paulus IV. exploſit libros decem de hiſtoriâ certaminis Apoſtolorum ſub Abdiæ nomine, qui tunc temporis prodierunt.

CONTROVERSIA XV.

De Adventu S. Petri Romam.

DIſconveniunt nonnulli authores circa epocham adventus S. Petri Romam. Ex diſſenſione tamen circa epocham, probari nequit quòd nunquam Romam advenerit, ſicut perperam contendunt hæretici: nam certum eſt Chriſtum Jeroſolymis crucifixum, non obſtante (ut jam alibi dixi) diſconvenientia authorum, etiam Catholicorum, circà præciſum tempus crucifixionis, quæ diſconvenientia oritur, quia diſſentiunt in aſſignando tempore, quo inceperint Danielis hebdomadæ, quas tamen omnes eſſe impletas in adventu Chriſti, non eſt qui revocet in dubium. Alii enim contendunt Danielis hebdomadas incœpiſſe à Cyro, alii à Dario, alii ab Artaxerſe Longimano. Circa adventum S. Petri Romam, communior ſententia probatorum authorum eſt, veniſſe anno ſecundo Claudii, & anno decimoquarto Neronis fuiſſe crucifixum. Sic Euſebius, Hieronymus, Ado Viennenſis, & plures alii.

CONTROVERSIA XVI.

De profectione S. Jacobi Apoſtoli in Hiſpaniam.

REs eſt modernis temporibus ſatis controverſa: ſed univerſa Hiſpania, ſicut etiam Luſitania, pro antiqua rei traditione fortiter, ac conſtanter dimi-

micat, faventibus eidem non paucis exterorum, quibus & ego libenter aſſentior. *S.* Hieronymus ad cap. *34. Iſai. v. 17.* quatuor præſertim commemorat Apoſtolos, veluti in ceterorum exemplum, quibus prædicationis ſortes in diverſis regionibus obtigerunt: quorum unum dicit profectum ad Indos, alium ad Hiſpaniam, alium ad Illyricum, alium ad Græciam, & unumquemque in ditionis ſuæ Provincia requieviſſe. Porrò ſicut primum, tertium, & quartum ex iſtis, Thomam, Paulum, & Joannem conſtanter intelligimus: æquo jure ſecundum, omni partium ſtudio poſtpoſito, intelligere debemus Jacobum, cujus ſacrum corpus in Hiſpania requieſcit. Id ipſum teſtatur hymnus S. Iſidori in ejus Breviario. Et certè magna illa protectio, patentibus etiam miraculis, quam Hiſpani experiuntur, adeò ut regionibus illis fidei Chriſtianæ vindicandis viſus ſit Apoſtolus equo inſidens, gladioque pugnans, prout in ejus hymno ad Veſperas, magnū argumentum piis reputari debet, pro aſſerenda ditione illa prædicationi Jacobi: ſicut & quòd oſſa ſua voluerit miraculosè illuc deportari. Nec aliunde oriri potuiſſe videtur incredibilis amor, reverentia, & fiducia, quibus gens Hiſpana ſanctum Patronum proſequitur. Quamobrem jure merito reſtituta eſt Breviario Romano (unde abraſa fuerat) ejuſmodi profectionis memoria, Sede Apoſtolica approbante. Tempus profectionis facilè intelligi poteſt, cum poſt mortem Stephani ſæviit perſecutio. Vide Baron. in Martyrol. 25. Jul. & Acta Bolandi Antverpiæ impreſſa, ad 24. Julii, in quibus hæc controverſia copioſiſſimè ad trutinam revocatur, validiſſimiſque argumentis, ſivè ab authoritate, ſivè à traditione comprobatur prima prædicatio Evangelica, per D. Jacobum Apoſtolum in Regnis Hiſpaniæ facta, & obiectiones, quæ contra eandem à modernis Criticis proferuntur, enodantur.

CONTROVERSIA XVII.

De Baptiſmo in nomine Chriſti.

Licèt Apoſtoli in nomine Chriſti Baptiſmum miniſtraverint (quod non omnino exploratum eſt, Vid. Calmet. diſſert: in Acta Apoſtolor.) ex hoc Apoſtolorum facto non potuit deduci, quòd etiam inpoſterum licitum eſſet baptizare in ſolo nomine Chriſti, quia Apoſtoli ſic baptizarunt ex ſpeciali diſpenſatione, ut magis Chriſti nomen in ortu Eccleſiæ innoteſceret. Vid. S. Thom. 3. p. qu. *66.* art. *6.* Ceterùm cuicumque Baptiſmum miniſtranti, exceptis Apoſtolis, ut benè miniſtraret, ſemper opus fuit baptizare in nomine totius Trinitatis, ſicut expreſsè habetur in Evangelio. Quapropter Nicolaus primus in reſponſione ad conſulta Bulgarorum, cap. 104. ubi contrariam viſus eſt docere ſententiam, locutus eſt ut doctor particularis, ſequens probabilem tunc, & ſeculis poſterioribus opinionem, ut in rebus dubiis, ſeu nondum definitis, facere licebat; ſed non ut Pontifex de dogmate definiens.

CONTROVERSIA XVIII.

De trina, vel ſimplici merſione.

An trina, vel ſimplex merſio adhibenda eſſet in Baptiſmo, fuit olim controverſia, ſuper quam S. Leander conſultum petiit à ſancto Gregorio Magno, qui utrumque morem ſemel, vel tertiò mergendi rectum eſſe, ac legitimum reſpondit, lib. 1. ep. 41. Ceterùm propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis uſum, unicam retinendam eſſe merſionem docuit, quà de re actum verbo *Cophti*. Illud certum eſt, ſive unica merſione, ſignificante unitatem Dei, ſub expreſſo Trinitatis nomine; ſive merſione triplici, denotante Trinitatem in unica Baptiſmatis actione, Baptiſma verum,

legi-

legitimum, & validum exhiberi. Unde ex S. Gregorio ſupra laudato id habetur, tit. de *Trina merſione*, canonicè ſancitum.

CONTROVERSIA XIX.

De Ammonio Philoſopho.

AMmonium Alexandrinum Philoſophum, Chriſtiana religione inſignem, in eadem fidei profeſſione uſque ad obitum perſeveraſſe, ſentiendum eſt cum Euſebio, lib. 6. hiſt. Eccleſ. & S. Hieronymo in Catalogo Scrip. Eccleſ. cap. 66. quidquid contra effutiat Porphirius.

CONTROVERSIA XX.

De Epiſtolis Decretalibus.

AN genuinæ ſint, vel ſuppoſititiæ epiſtolæ Decretales, quæ uſq; ad Siricium Papam emanarunt, controvertitur. Floruit Siricius inter S. Damaſum, & S. Anaſtaſium Pontifices, ſcilicet ab anno 385. uſque ad annum 398. Item non de omnibus, ſed ſolùm de multis Decretalibus eſt controverſia. Variæ adducuntur pro utraque parte ſuſtinendâ congruentiæ; rationes tamen, quæ genuinas eſſe ſuadent, majoris ponderis eſſe videntur, quia controverſas Decretales epiſtolas, ut verè genuinas agnoſcunt eruditi Canonum collectores, doctores Canonici, & Theologi, imò aliqui Pontifices, utpotè Leo Magnus, Nicolaus Primus, & ante ipſos Gelaſius: iiſdem etiam aliquando utitur S. Thomas in ſuis operibus. Nec diffitemur, aliquibus in locis eſſe modernioribus, & ſuſpectæ fidei manibus alteratas, & vitiatas.

CONTROVERSIA XXI.

De rebaptizandis.

S. Cyprianus in ſuſtinendâ ſententiâ de rebaptizandis jam baptizatis ab hæreticis, licèt graviter erraverit, notam tamen hæreſeos non incurrit, quia tunc temporis hæc quæſtio nondum erat ſatis eliquata, nec à Concilio generali definita; tum quia amore unitatis, & conſervandæ pacis in Eccleſia, opinabatur defendendam eſſe de rebaptizandis ſententiam; qua de re videatur S. Aug. lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 4. 5. 8. Item lib. 1. cap. ultimo, ubi S. Doctor multis rationibus S. Cyprianum à notâ hæreſeos vindicat. Hinc ſequitur falſum eſſe, quod aliqui ſuſtinere contendunt, S. Cyprianum à Stephano Papa excommunicatum fuiſſe. Vide S. Aug. lib. 5. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 25. Varias hinc indè rationes circa hanc controverſiam, vide in Natal. Alex. ſec. 3. diſſert. 12.

CONTROVERSIA XXII.

De diſſidio inter Anicetum, & Polycarpum.

NUllum fuit inter Anicetum Papam, & S. Polycarpum diſſidium de ritu celebrandi Paſchatis, ſed accedente Romam Polycarpo, ſtatim Aniceti ſententiæ acquieviſſe, evincitur ex Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 13. ex S. Hieronymo in Catalog. Scrip. Eccleſ. cap. 28. ex S. Irenęo in epiſtola ad Victorem Pontificem. Vixit Annicetus in Pontificatu ab anno 165. ad 173.

CONTROVERSIA XXIII.

De tempore celebrandi Paſcha.

QUæſtio mota in primitivâ Eccleſia, de legitimâ die celebrandi Paſchatis, ante Concilium Nicęnum meram ſpectabat diſciplinam, nam à variis Eccleſiis variè obſervabatur dies celebrationis Paſchatis, præcipuè inter Aſiaticos, abſque diſpendio tamen unitatis, & pacis. Sed cum ex hac varia diſciplina, aliqui occaſionem ſumpſerint excitandi legem Moſaycam,

ejuſque obſervantiam cum Euangelio conjungendi. Huic malo ut occurreret Eccleſia in Concilio Niceno congregata, decrevit ut impoſterum Paſcha ab omnibus Catholicis ubique terrarum eadem die, ſcilicet prima Dominica poſt Lunam decimam quartam Martii occurrente, celebraretur: poſt quod decretum quæſtio de die celebrandi Paſchatis, non ſolùm ad diſciplinam, ſed ad doctrinam ſpectavit: & ita à Patribus Nicenis decretum eſt, quia ex Apoſtolica traditione, tum Eccleſia Romana, tum plures aliæ conſueverant celebrare Paſchà, Dominicà Lunam decimam quartam primi menſis immediatè ſequente; quod probatur teſtimonio Euſebii lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 25. S. Leonis Magni in epiſtola ad Proterium Patriarcham Alexand. & aliorum. Cæterùm, quòd antequam Concilium Nicenum pronunciaret ſuper quæſtione præſenti, hæc quæſtio ſolam ſpectaret diſciplinam, conſtat ex factis Sanctorum Pontificum Pii, Hygini, Teleſphori, & Sixti, qui communicaverunt cum Eccleſiis Paſcha celebrantibus Lunà decima quarta, in quemcumque diem incidiſſet dicta Luna, etiam non Dominicum.

CONTROVERSIA XXIV.

De una, vel pluribus Magdalenis.

Licèt multi ex Græcis Patribus plures mulieres unctrices Domini fuiſſe aſſeruerint; quemadmodùm & ter Chriſtum in Euangelio unctum fuiſſe legitur; probabilior tamen eſt Latinorum Patrum ſententia, qui unicam tantùm Mariam, Chriſti unctricem fuiſſe aſſeverant; licèt Sancti Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus dubitaverint: tamen poſt S. Gregorium Magnum, ſententia iſta communis eſt Latinis, cui adhæſit ſacra Pariſienſis Theologiæ facultas, anno 1521. Eamdem diſſertè illuſtravit Card. Roffenſ. ſingulari tractatu, cui etiam novis reflexionibus adhæſit M. Interianus de Ayala in ſuo *Pictore erudito* lib. 3. c. 12. à n. 3. Quòd autem Chriſtus unctus fuerit biennio ante Paſcha in domo Phariſæi, ſex diebus ante Paſcha in domo Lazari, & biduò ante Paſcha in domo Simonis leproſi, non evincit tres fuiſſe unctrices, ſed unam, ſcilicet Magdalenam, quæ, ex quò ad Chriſtum fuit converſa, penè ubique Chriſtum, Divino amore impellente eſt ſecuta, ut Magiſtro & Redemptori ſuo, cui tantum debebat, ubique ſancti amoris, & gratitudinis ſigna exhiberet.

CONTROVERSIA XXV.

De Synodo Illiberitana.

Illiberitana Synodus, Præſide Oſio Cordubenſi, anno 305. aut circiter celebrata, quamvis decreverit in parietibus ſacras non pingi Imagines, nihil indè evincitur in favorem Iconoclaſtarum; imò potiùs tale decretum, antiquiſſimum in Eccleſia uſum pingendi ſacras Imagines, manifeſtat. Quòd autem Illiberitani Patres hoc decretum promulgaverint, non probat illos fuiſſe Iconoclaſtas: nam in tantùm hanc prohibitionem ediderunt, tempore quo Imperatores omnia Chriſtianorum Oratoria devaſtabant, ne hac occaſione ſacræ Imagines in parietibus depictæ, devaſtationis ludibrio exponerentur. Vide erudititſſima Commentaria Ferdinandi de Mendoza, quæ ſimul cum ipſa Synodo, pluries edita ſunt, ad Can. 36. ejuſdem.

CONTROVERSIA XXVI.

De fuga tempore perſecutionis.

Quæſtio fuit in primitiva Eccleſia tempore perſecutionis, an ad fugienda tormenta liceret fugam arripere. Pro ſententia negativa ſtetiſſe videtur Tertullianus, etiam antequam declinaret ad hæreſim, *Lib. de fuga in perſecutione.* Fuerunt autem qui in hac quæſtione in-

ter Eccleſiæ Miniſtros, Epiſcopos ſcilicet & Sacerdotes, & inter laicos diſtinguerent; licere quidem laicis, nullatenus verò Sacerdotibus fugere tempore perſecutionis aſſerentes. E contra Montaniſtæ, nemini licere tempore perſecutionis fugam arripere, contendebant; contra quos ſtat illud Matth. 10. *Cum autem perſequentur vos in Civitate iſta, fugite in aliam*. Quod fecerunt plures ſancti viri, imò Epiſcopi, ut S. Cyprianus. Videatur epiſtola ab eo ſcripta in ſuo ſeceſſu, numero 56. S. Athanaſius ſcripſit apologiam pro ſua fuga. Licitum eſſe inſtante perſecutione fugâ ſibi conſulere, docet S. Aug. ep. 180. S. Petrus Chryſologus ſerm. 151. Verum quidem eſt, quòd Præpoſitis Eccleſiæ fugere crimen erit, ſi ſęviente in omnes æqualiter perſecutione gregem deſerant, qui ab Ipſis debet paſci, & confortari. Qua de re graviſſimè diſſerit S. Aug. epiſt. ad Honoratum, quæ eſt in nov. edit. 228. t. 2. Poſſunt quidem aliquando, ex charitate erga Eccleſiam ſe illi ſervare, ut idem S. Doctor docet, ib. cap. 10., ſed neque hoc poſſunt, ſi ipſis fugientibus nemo remaneret, qui opportunum præberet Catholicis, in diſcrimine perſecutionis ſubſidium; nam certiſſimum periculum eſſet, ut defectu Paſtoris confortantis, & corroborantis ad martyrium, grex Chriſti periret: & hoc eo magis, quo nullus adeſſet, qui Paſtoris vices gerere valeret: tunc utique Paſtor animam ſuam ponere teneretur pro ovibus ſuis, juxta verbum Domini.

CONTROVERSIA XXVII.

De Symbolo S. Athanaſii.

Symbolum, quod vulgò dicitur S. Athanaſii, an de facto fuerit ab eodem compoſitum, in dubium revocarunt moderni criticea ſtudioſi, non veriti authoritates doctiſſimorum, & antiquorum virorum, qui unanimiter hoc Symbolum S. Athanaſio adſcripſerunt, cum quibus tenui meo judicio ſatiùs eſt ſentire, non me convincentibus rationibus, quas in contrarium adducunt, qui, vel Euſebio Vercellenſi, vel Anaſtaſio Synaitæ, vel Vigilio Tapſenſi in Africa Epiſcopo, vel Vincentio Lirinenſi, aut aliis illud adſcribunt. Et quidem, cum non conveniant moderni critici in determinato authore præfati Symboli aſſignando, hoc non leve mihi eſt argumentum, ut veterum ſcriptorum ſententiæ adhęream, qui unanimiter aſſerunt eſſe genuinum fœtum S. Athanaſii. Nec urget ratio, quam aſſerunt, quòd S. Athanaſius, utpotè Græcus, non ſcripſerit linguâ Latinâ, quaſi Latinus nō valeat Gręcam linguam, aut Gręcus Latinam diſcere. Adde, quòd S. Athanaſius vir perſpicaciſſimi ingenii, facilè potuit biennio, quo Treviris commoratus eſt, imò tempore quo alias Occidentis partes peragravit, linguam Latinam diſcere. Quòd autem aſſerunt, non eſſe convenientiam inter authores, quando, ubi, & qua occaſione S. Athanaſius Symbolum ediderit, nullatenus eorum cauſæ ſuffragatur; neque enim etiam ſcimus quando, ubi, & qua occaſione Symbolum Apoſtolorum fuerit ab Apoſtolis editum; & tamen ab Apoſtolis factum fuiſſe communiter non revocatur indubium.

CONTROVERSIA XXVIII.

De Hymno Te Deum laudamus.

Hymnus *Te Deum laudamus* compoſitus fuit à Siſebuto Monacho Benedictino. Vide Card. Joannem Bona à Monte Regali, Congregationis & Patriæ meæ ornamentum, in eruditiſſimo opere *De divina pſalmodia*. De hoc hymno nulla ante tempora S. Benedicti fit mentio: deſcriptus invenitur in Breviario antiquo chori Caſinenſis. Eſto vulgum tribuiſſe hunc hymnum SS. Ambroſio, & Auguſtino. Sunt etiam qui illum tribuant S. Hieronymo, ſed

ſinè

ſinè aliqua authentica traditione, & convincenti ratione.

CONTROVERSIA XXIX.

De Concilio Sinveſſano.

Sinveſſanum Concilium fictitium eſſe, ac ſuppoſititium, jam communior tenet ſententia, validiſſimis fulcita rationibus, quia quæ de hoc Concilio, & lapſu Marcellini proferuntur, narrantur cum circumſtantiis tam à probabilitate alienis, ut difficilè ſit comprehendere, quomodò valeant ſubſiſtere. Et certè incredibile videtur, quòd ſęviente perſecutione Diocletiani, trecentorum Epiſcoporum cogi potuerit conventus, inſciis Diocletiani Præfectis, qui ubique, maximè Epiſcopos quęrebant ad necem. Sed quomodò fieri potuit congregatio trecentorum Epiſcoporum tempore perſecutionis, quando vix major Epiſcoporum numerus congregari potuit ex toto Orbe Catholico Nicęæ in Bithinia, jam reddita Eccleſiæ pace, & expenſas Epiſcopis Imperatore Conſtantino miniſtrante? Ubi verò ſita fuerit Sinveſſæ civitas, nemo hactenus compertum habuit. Hìc obiter notandum, certum eſſe Pontificem à nemine poſſe judicari, uno excepto crimine infidelitatis, in quod ſi Pontifex poſſet incidere, jam abſque alio judicio, ſed ſola facti notorietate, aut evidentia, à ſua Sede decideret.

CONTROVERSIA XXX.

De Concilio Palmari in cauſa Symmachi.

Cum plura eſſent Symmacho Pontifici illata crimina, ut ab iiſdem ſe innoxium probaret, mandavit Synodum congregari, quæ dicta eſt Romana Palmaris, in qua coram Prælatorum conſeſſu, innocentiam ſuam probavit. Ex hoc facto aliqui evincere contendunt Summum Pontificem ſubditum eſſe Concilio, ſed perperam; nam ex ſuo beneplacito Symmachus voluit congregari Concilium, cui facultatem dedit ad ſuam recognoſcendam cauſam. Dixi ad recognoſcendam, non ad judicandam. Nulla enim in hoc congreſſu prolata fuit ſententia, ſed ſolùm illatæ criminationes cognitæ fuerunt inſubſiſtentes. Sicut ergo Samuel coram omni multitudine juſtificavit ſe, & ſicut Paulus apud Milletum; ita in bonum Eccleſiæ exemplum, & incontaminatæ Sedis teſtimonium, Symmachus fecit. Sed etiam ſi judicatus fuiſſet Symmachus à Concilio, neque proindè inferri poſſet, Concilium jus habere ſupra Pontificem; quandoquidem ipſo Pontifice pręcipiente, conſentiente, & authoritatem judicandi impertiente, in hac cauſa judicium protuliſſet.

CONTROVERSIA XXXI.

De Regno Chriſti Millenario.

Sanctos Patres, qui de regno Chriſti Millenario ſcripſerunt, nullatenus in Millenariorum hæreticorum errorem prolapſos eſſe, liquidò conſtat ex his, quæ diximus verbo *Millenarii.* Inter SS. Patres, qui Millenariorum ſententię, ſed ſinè labe hæreſis, adhęſiſſe videntur, recenſentur S. Irenæus, cujus vindicias exhibet Natalis Alex. ſect. 2. diſſert 7. Adſtipulatur etiam S. Bernardus, quem verbo *Millenarii* vindicavimus. Sed hos, & alios omnes validiſſimè defendit vir inſignis Ferdinandus Vellofillus, Epiſcopus Lucenſis, egregio in volumine Advertentiarum Theologicarum.

CONTROVERSIA XXXII.

De primo Imperatore, qui Chriſtianam religionem eſt amplexatus.

Primum inter Imperatores, qui Chriſtianam religionem coluerunt, fuiſſe Philippum, unà cum filio, cui etiam nomen erat Philippus, tot

aſſerunt authores probatæ fidei, ut quaſi manifeſtæ veritati ſit contradicere, contrarium aſſerere. Vide Euſeb. lib. 6. Vincen. Lirin. Oroſ. Operà autem S. Pontii Martyris, converſum eſſe Philippum Imperatorem ad fidem, perhibet Martyrologium Romanum. Verum quidem eſt, quòd in occulto fidem coluit, ſic exigentibus tunc temporum contingentiis, ne ſe palam Chriſtianum proteſtando, Gentilibus ſe nimis faceret exoſum, aliiſque de cauſis, quæ Catholicæ religioni erant proficuæ, & exigebant, ut Imperator noviter converſus, ſe palam Catholicum non manifeſtaret: quas cauſas ponderare, aut factum excuſare, noſtrum non eſt. Quòd autem poſt mortem à Gentilibus inter divos relatus ſit Philippus, probat quidem illum, ſicut alii Cæſares conſecrati, ſeu Apotheoſi evecti apud Gentiles prudenter, & cum laude rexiſſe Imperium; non autem evincit non fuiſſe occultum Chriſtianum. Vixit autem Philippus circa medium ſeculi tertii, cujus uxorem, Severam Auguſtam, etiam Catholicam religionem fuiſſe amplexatam, probabiliter colligitur ex epiſtolarum commercio, quod habuit Auguſta cum Origene adhuc Catholico.

CONTROVERSIA XXXIII.

De Patribus Antenicęnis.

Probari non poteſt ex ſcriptis Patrum, qui ante Nicęnum Concilium floruerunt, eorum aliquem in Ariano ſenſu, quoad Filii Divinitatem fuiſſe locutum, ſed intemeratam de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis fidem ſemper cuſtodierunt, in quà tres perſonas omninò æquales, & unum Deum confitetur Eccleſia. Cujus rei ſignum evidens eſt, quòd Arii hæreſis, velut nova doctrina, Eccleſiam conturbavit. Verum quidem eſt, quòd motę ab hæreticis quæſtiones dicendi occaſionem exiiterunt, propiuſque myſteria fidei explicandi anſam dederunt. Non diſiteor aliquos ex Antenicęnis Patribus, minùs accuratè locutos fuiſſe, dum de Trinitatis myſterio ſermonem inſtituerunt, quia nondum Arii cavillationes ſubodoraverant; cumque Filii Divinitatem Gentilibus perſuadere ſtuderent, aliquibus argumentis, ex Platonicorum doctrina deſumptis utebantur, ut Gentiles, qui Scripturę authoritatem non noverant, faciliùs convincerent; quibus argumentis utique non inſtitiſſent, ſi Arii malitiam prævidiſſent.

CONTROVERSIA XXXIV.

De ſubſcriptione fidei factâ à Patribus Ariminenſibus.

Licèt Ariminenſis Concilii Patres Urſacii, & Valentis fraudibus decepti, ſubſcripſerint profeſſioni fidei, ab Urſacio & Valente oblatæ, nihilominus dici nequit, quòd Arianæ hæreſeos Ariminenſes Patres fuerint labe infecti; quandoquidem ſtatim ac Urſacii, & Valentis fraudes cognoverunt, hæreſim Arianam latentem, ejuſque profeſſores damnarunt. Adde, quòd profeſſio fidei tunc ab hæreticis oblata, ſecundùm ſuperficiem conſiderata, nihil continebat hæreticum. Totius præſentis aſſertionis veritas corroboratur teſtimonio S. Hieronymi, in Dialogo adverſus Luciferianos, Sulpitii Severi lib. 2. Hiſt.

CONTROVERSIA XXXV.

De cœlibatu Presbyterorum.

Eccleſię diſciplina de cœlibatu majorũ Presbyterorum, ab Apoſtolis eſt derivata, licèt non fuerit ſub præcepto, & obligatione ab Apoſtolis ſacris Miniſtris impoſita, ſed ſolùm à tempore Siricii, qui Pontificatum geſſit ab anno 385. ad 398., & à ſubſequentibus deindè pluribus Conciliis fuerit decretis, atque Canonibus roborata. De hac controver-

ſia

ſia videantur, quæ dicta ſunt verbo *Carloſtadius. Confeſſio Auguſtana*.

CONTROVERSIA XXXVI.

De Jejunio Sabbati.

JEjunium Sabbati, tribus prioribus ſeculis licèt fuerit in pluribus Eccleſiis obſervatum, aliquâ tamen lege nunquam ſancitum fuiſſe, facilè probatur. Sed etiam ſi ferè omnes Occidentales, unà cum Romana Eccleſiâ die Sabbati jejunare conſueverint, non ideò erant improbandi à Græcis, Sabbati jejunium averſantibus; in illis enim piis operibus, quæ ex aliquo ſpeciali devotionis inſtinctu ſuſcipiuntur in aliquâ regione, ſervandus eſt mos regionis, ne ſcandalum fiat in populo, ſi quis contrà regionis morem ſe gereret. Quarè ad rem hìc notanda D. Ambroſii verba, à S. Aug. relata, epiſt. 86. ad Caſulam: *Quando hic ſum* (ſcilicèt Mediolani) *non jejuno Sabbato, quando Romæ ſum, jejuno Sabbato. Ad quamcumque Eccleſiam veneritis, ejus morem ſervate, ſi pati ſcandalum non vultis, aut facere*. Jejunium autem Sabbati in memoriam Dominicę ſepulturæ inſtitutum eſt. Hinc facilè eſt intelligere, quàm ineptè Photius jejunium Sabbati Romanis, velut crimen objecerit. Sed hæc objecta ſolvit Ratmannus, Monachus Corbejenſis, lib. 4. Spicilegii.

CONTROVERSIA XXXVII.

De Baptiſmo Coſtantini.

COnſtantinum Romæ à Silveſtro Papa, non autem Nicomediæ ſub finem vitæ fuiſſe baptizatum aſſerere, tutior videtur opinio, quæ ex multiplicibus congruentiis poteſt facilè colligi. Quod enim tam de Baptiſmo Romæ ſecuto, quàm Nicomediç ſcribunt authores inter ſe diſcrepantes, ſuas ſuſcipit & patitur exceptiones. Neque proindè affirmare contendo Baptiſmum Conſtantini, cum omnibus circumſtantiis, quibus circũſcribitur, contigiſſe, nempè tunc temporis in Monte Soracte latitaſſe S. Silveſtrum Pontificem, per ſomnium à Conſtantino ęgroto viſum, Romam evocatum, recognitum &c. neque enim valdè rationabile videtur, aſſerere S. Silveſtrum in Monte Soracte timore perſecutionis latitantem, quandoquidem nullibi legimus factam ſub Conſtantino Magno Catholicis perſecutionem; niſi fortè Silveſter commune Gentilium odium in Chriſtianorum Pontificem declinaſſet. Cœpit autem regnare Conſtantinus Magnus, Conſtantii Flori filius, anno 306., & imperavit uſque ad 337. Silveſter autem electus eſt Pontifex anno 314., & vixit uſque ad annum 335. Quamobrem prima illa facti circumſtantia, ſatis dubia apparet. Undè conſequenter, & reliquæ corruunt circumſtantiæ. Hinc eſt, quòd licèt ſentiam Conſtantinum Romæ à S. Silveſtro fuiſſe baptizatum, non tamen eo modo, quo communiter narratur contigiſſe, videtur mihi aſſerendum. Sat eſt ergò aſſerere Conſtantinum à S. Silveſtro Romæ fuiſſe baptizatum, quod ſic probari poſſe videtur. Conſtantinum de facto Catholicam ſuſcepiſſe religionem, nemo contendit, ergò Romæ, eſt baptizatus. Probatur conſequentia: Ad Catholicam religionem ſuſcipiendam tunc fuit impulſus, cum de Maxentio victor evaſit, medio ſigno Crucis in aera ſibi oſtenſo, ergo congruum eſt dicere, tunc ſtatim poſt victoriam de myſterio Crucis inſtructum à Catholicis, à quibus omnes Gentiles perſpectum habebant extolli ſignum Crucis, etiam fuiſſe baptizatum. Neque diſiteor à Sancto Silveſtro, à quo ut Catholicorum Pontifice, Conſtantinus de Myſterio Crucis ſibi per aera oſtenſæ, procùl dubio inſtrui poſtulaverit, ut de inſperata victoria, cujus ſoli Chriſto debitorem ſe agnoverat, poſt ſibi explicatum Crucis myſterium Chriſto grates rependeret. Inſuper Conſtantinum, antequàm

Ro-

Romà abſcederet Chriſtianas ſolemnitates obſervaſſe, precibus, jejuniis deditum fuiſſe, Crucem adoraſſe, Eccleſias conſtruxiſſe, leges in Chriſtianæ Reipublicæ bonum ſanxiſſe, omnes conveniunt. Credere ergò ne par eſt, Conſtantinum omnia Catholici Imperatoris munia exercuiſſe, cum tanta ędificatione, & liberalitate, nondū Catholicà religione per Baptiſmum ſuſcepta? Conſtantinum Romæ exiſtentem, fuiſſe de Catholicę religionis myſteriis abundè inſtructum, opera ab eodē facta in religionis Catholicæ augmentum & decus, ſatis proclamant; ergò pariter noverat morientem ſinè Baptiſmo nullatenùs poſſe ſalvari. Credibile ne eſt cum hàc cognitione, tot opera ſalutis Conſtantinum potuiſſe perficere, cum periculo propriæ ſalutis, ratione ſcilicèt ab eo dilati, ſi non neglecti Baptiſmi? Levia fortè alicui videbuntur hæc argumenta, quæ congrua quidem, & non ampliùs contendo. Fateor tamen ſatis me in ipſis roboris inveniſſe, ut ab eorum ſententia amovear, qui Romæ Conſtantinum baptizatum non fuiſſe contendunt; neque enim illis meliora ſuppetunt rationum momenta. Vide Diſſertationem Card. Poli de Baptiſmo Conſtantini.

CONTROVERSIA XXXVIII.

De Conciliis à Conſtantino, Theodoſio, aliiſque Imperatoribus convocatis.

Conſtantinum, Theodoſium, alioſque Imperatores ex propria authoritate Concilia convocaſſe, nullis firmis monumentis probari poteſt; quod ſi poſſet probari, nullatenus hujuſmodi Concilia, ex ſola Imperatoris authoritate congregata, dici poſſent Œcumenica; quia jus congregandi Concilia œcumenica ſpectat ad ſolos Pontifices; ſacra enim ad ſacrorum Principem ſpectant: hocque jus de facto exercuerunt cum totali independentia ab Imperatoribus, & Principibus, etiam prioribus Eccleſiæ ſeculis; Principes autem ad ſummum poteſtate præſidii, non verò regiminis, poſſunt ad Concilia congreganda concurrere.

CONTROVERSIA XXXIX.

Quis præſederit Synodo Octavæ.

Cum Hadriano Pontifice, in octava Synodo congregata ſub Baſilio Auguſto, in præfatæ Synodi actione octava legantur hæc verba. *Præſidente eodem piiſſimo, & amico Chriſti Baſilio*, & actione decima; *Præſidentibus Chriſti dilectis Imperatoribus*. Inſuper in eadem Synodo primò acclamatum ſit Imperatori, deinde Romano Pontifici: deinde Imperatores ante Legatos primi ſubſcripſerint; hinc aliqui probare contendunt, Imperatorem ſuo jure præſidere Conciliis. Sed nihil inde evincitur; nam quod legitur *Præſidente &c.* ſignificat Imperatorem præfuiſſe non authoritate, ſed ſolo ſeſſionis honore. Quòd autem primò acclamatum ſit Imperatori, cum etiam primò acclamatum ſit Imperatrici, ſi aliquid evinceret hæc ratio, ſequeretur etiam mulieres præſidere Conciliis. Facta eſt ergo primò acclamatio Imperatori, urbanitatis gratià; quo etiam impellente motivo rogatus fuit, ut primus ſubſcriberet, aut ſubſcribere ipſe non dubitaret, tanquam Eccleſiæ Protector, ut publicationi veritatis præiret protectionis authoritas, quæ ſubjugando animos, viam pararet in Imperatorum ditionibus.

CONTROVERSIA XL.

De liberatione Trajani.

Liberatio Trajani Imperatoris ab inferno, quæ ab aliquibus facta aſſeritur precibus ſancti Gregorii, eſt prorſus fictitia, quia Trajanum fuiſſe Gentilem, notum erat S. Gregorio, qui cum pariter ſciret neminem, niſi renatum ex aqua, &

Spi-

Spiritu ſancto intrare poſſe in regnum Cœlorum, & inſuper nullam eſſe ab inferis redemptionem. Utique his ſtantibus dici nequit S. Gregorium effudiſſe preces pro liberatione Trajani, quam noverat ratione præmiſſorum eſſe impoſſibilem. Vide Calmet Diſſert. de ſalute Gentilium, in Epiſt. ad Rom.

CONTROVERSIA XLI.

An aliqui Romani Pontifices in hæreſim aliquando ſint lapſi.

SI probari poteſt quòd aliqui Pontifices hæreſes aliquas fortè propugnaverint, aut hæreticis faverint, nihil plus evinci poteſt ex his probationibus, quàm in præfatis caſibus Pontifices erraſſe errore tantùm facti, nunquam verò errore juris. Errore inquam facti, quatenus hæretici ad Romanos Pontifices recurrentes, cum ſe Catholicos mentirentur, & ſanctioris vitæ ſpeciem ſimularent, decipere potuerunt Romanos Pontifices, quatenus adventantes hæretici hæreſes ſuas abſcondebant, & pietatis larvâ obtegebant. Sic fortè potuit decipi, & conſequenter errare Zephyrinus, cùm prophetias Montani approbavit (ſi tamen verum eſt, quòd approbaverit, nam in his quæ ad Montaniſtas pertinent, nullam Tertullianus, utpotè Montaniſta, fidem meretur) exiſtimans Montaniſtas, qui ad ipſum recurrerant, eſſe Orthodoxos, quia Catholicam pietatem fingebant. Sic potuit etiam Zoſimus Papa à Pelagio & Cœleſtio decipi, ipſis favens errore tantùm facti, non juris, ut oſtendit S. Auguſtinus; nam ſtatim ac Zephyrinus Montaniſtarum impudentiam, Zoſimus Pelagii ac Cœleſtii hæreſim detegerunt, nullâ interpoſitâ morâ, contra hujuſmodi deceptores anathema dixerunt, eoſque ab Eccleſia ſegregarunt. Pariformiter dicendum errore facti deceptum S. Damaſum, Vitalem Apollinaris diſcipulum in communionem ſuſcepiſſe: ſiquidem Vitalis Orthodoxiæ larvâ ſuos errores obtegerat in libello fidei, quem Damaſo Papæ obtulerat. Cæterùm, Damaſum Apollinaris hæreſim condemnaſſe, conſtat ex Theodoreto, hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 10. Obſervandum autem, quòd cum dicimus *Errore facti*, non intendimus Pontificem determinantem, & docentem univerſalem Eccleſiam, ſuper facto ad fidem pertinente, poſſe errare. Error enim hujuſmodi ſolùm poteſt accidere in particularibus actionibus, nondum re definitâ.

CONTROVERSIA XLII.

De Appellationibus.

JUs quod habent Romani Pontifices ſuſcipiendi appellationes, eſt neceſſariò conſectaneum ad primatum, quem de jure Divino exercent in tota Eccleſia, & conſequenter dici nequit, quòd ſit jus acquiſitũ poſt Concilium Sardicenſe. Quomodò enim poſſet primatus in Romano Pontifice ſubſiſtere, niſi quæcumque emergunt in Eccleſia poſſet diſcutere? Hoc jure ſemper potita eſt Romana Sedes, & Chriſti Vicarius, etiam à tempore S. Petri. Quoſcumque in judicio Provincialium Conciliorum gravatos, appellare conſueviſſe ad Romanum Pontificem, plura evincunt exempla, cuicũque hiſtorias Eccleſiaſticas diſcurrenti ſtatim obvia. Vid. quæ dicta ſunt verbo *Arnulphus.*

CONTROVERSIA XLIII.

De Chorepiſcopis.

CHorepiſcopi ex vi ſuæ inſtitutionis numquam fuerunt veri Epiſcopi, ſed ſimplices Presbyteri, qui in Pagis, & Oppidis extra Urbem reſidentiæ Epiſcopalis, tanquam Epiſcoporum Vicarii ſeſe gerebant: quia tamen ſæpe contigit aliquos, qui erant Epiſcopi conſecrati (ſed aliqua de cauſa à regimine actualis Epiſcopatus vacabant, cujuſmodi ſunt

qui

qui nunc vocantur Epiſcopi in partibus, ſive auxiliares, aut titulares) in Chorepiſcopatus miniſterium ab aliquibus Epiſcopis aſſumi: hujuſmodi Chorepiſcopi ſic aſſumpti, non ratione Chorepiſcopatus, ſed ratione præcedentis Conſecrationis in Epiſcopos jam obtentę, in Pagis jura Epiſcopalia exercebant, quæ jura nullatenus exercere poterant Chorepiſcopi, qui erant ſimplices Presbyteri. Hinc ab Hiſpanis vocantur hujuſmodi Epiſcopi *De anillo*, quia in Maurorum irruptione, confugientibus populis cum Epiſcopis ad Aſturum montana, ibi ut Parochi inſerviebant, abſque propria Diœceſi, & ſignum Epiſcopalis dignitatis, annulum duntaxat geſtabant. Quare ex argumento deſumpto ab officio Chorepiſcopatus, nihil poteſt concludi, ad probandum Presbyteros poſſe omnia munia Epiſcopalia exercere, quotieſcumque electi ſunt in Epiſcopos, abſque ulla alia conſecratione præcedente: quandoquidem Chorepiſcopi ex ſolo munere Chorepiſcopatus, neque munia Epiſcopalia exercere poterant, ſicut conſtat ex Concil. Hiſpalenſ. canone 27. ex Conc. Metenſ. celebrato anno 829. Tandem ſeculo nono extinctum fuit Chorepiſcoporum miniſterium, de quibus ante ſeculum 4. nulla prorſus occurrit memoria, neque ulla de ipſis in ſacris paginis mentio facta invenitur.

CONTROVERSIA XLIV.

De judicibus à Conſtantino deſtinatis in cauſa Cæciliani.

CUm in cauſa diſſenſionis inter Cęcilianum, & Donatiſtas, jam ab Epiſcopis probatum eſſet judicium, & nihilominus non acquieſcerent diſſidentes, Conſtantinus Imperator, de diſſidii continuatione monitus, alterum judicium Epiſcopale in urbe Arelatenſi conceſſit. Ex hac conceſſione ulterioris judicii ab Imperatore facta, quam collaudare videtur S. Auguſtinus, epiſtolà 162., orta eſt controverſia, an in hac determinatione jure ſuo uſus ſit Conſtantinus, quod ipſemet innuere videtur, quandoquidem ad Melchiadem hac de cauſa ſcripſit ſub his terminis. *Viſum eſt mihi, ut idem Cęcilianus cum decem Epiſcopis, qui illum reum facere videbantur, & decem aliis, quos ipſe ſuæ litis dijudicationi neceſſarios exiſtimaverit, Romam navigio traiiciant, ut ibi coram vobis (ſcilicet Melchiade Pontifice) poſſit audiri, ſicut ſanctiſſima Dei lex ut noſtis, poſtulat.* Cum tamen certum ſit non eſſe juris Principum judices in cauſis Eccleſiaſticis delegare, videtur Conſtantinum jure ſuo uſum non fuiſſe, cum judices delegavit in cauſa Cęciliani, ſimilibuſque in controverſiis. Qui ſuſtinent Conſtantinum jure ſuo uſum fuiſſe, ad objectionem cum diſtinctione reſpondent dicentes, non eſſe juris Principum judicare de cauſis, & perſonis Eccleſiaſticis, vel judices delegare ad Eccleſiaſticæ poteſtatis everſionem, & cum id non exigit Eccleſiæ bonum; benè tamen ad Eccleſiaſticæ poteſtatis protectionem, & cum id poſtulat Eccleſiæ neceſſitas. Sed mihi non videtur ſubſiſtere hæc diſtinctio, quia ſub colorato prętextu protegendi Eccleſiaſticam poteſtatem, & aſſignandi aliquam emergentem Eccleſiæ neceſſitatem, poſſent ſemper Principes cũ vellent, cauſas Eccleſiaſticas quandoque decidere, & judices prout ſibi videretur, delegare. Tum quia probato à Principibus ſub præfatis prætextibus judicio, adhuc remaneret decidendum, an verè fuiſſet probatum ad protegendam Eccleſiaſticam poteſtatem, & an verè inſtaret Eccleſiæ neceſſitas, poſtulans judicium Principis; hæc autem deciſio non ab alio fieri poſſet, quàm à Romano Pontifice, ex quo patet, quòd ſub quocũque quęſito prętextu judicium Principis in cauſis Eccleſiaſticis, vel per ipſos, vel per delegatos ab ipſis judices prolatum, non eſſet ultimò deciſivum, & conſequenter foret ſupervacaneum. In cauſa fidei, vel

alicujus perſonæ Ordinis Eccleſiaſtici, eum ſolum judicare debere, qui ſuo munere impar non ſit, qui ſolus eſt Romanus Pontifex, fatentur omnes doctores. Vide præ ceteris Sanctum Ambroſium, epiſt. 13. ad Valentinianum Auguſtum. Vide ejuſdem ſententiam prolatam contra Palladium in Concilio Aquilejenſi. Hinc patet nullo jure, neque ſub ullo quæſito prætextu poſſe Principes ſeculares in cauſis Eccleſiaſticis, aut judicare, aut judices delegare quantumvis Eccleſiaſticos: Et quidem delegatio ſupponit poteſtatem judicandi in delegante: quam cum Principes non habeant, qua ratione delegare poterunt? Neque probatur Conſtantinum jure ſuo uſum fuiſſe, cum cauſam Cæciliani ad Arelatenſes Patres remiſit, & poſt Arelatenſe judicium ad Romanum Pontificem: nam Arelate congregati ſunt Patres in cauſa Cæciliani rogante Coſtantino, non tanquam judices ab Imperatore ſelecti, & delegati, ſed ut tanquam Eccleſiaſtici, de Eccleſiaſtica controverſia recognoſcerent, ſicut neque delegavit judicem, cum Cæcilianum unà cum Donatiſtis Romam ad Melchiadem amandavit, ſed ſimpliciter eos ad legitimum judicem remiſit; quod & præſtitit Aurelianus Imperator, licèt Gentilis, qui duos pro Antiocheno Epiſcopatu contendentes, Paulum ſcilicet Samoſatenum, & Domnum à Romano Epiſcopo judicandos cenſuit, *in vitâ S. Felicis Papæ & Mart.*. Quis autem jure ſuo uti dicetur, qui duobus diſſidentibus, ad hoc ut concilientur, hortator eſt ut ſuum legitimum judicem adeant, *Sicut Dei lex poſtulat*? Sic egit Conſtantinus in facto Cæciliani; quapropter dici nequit, quòd jure ſuo uſus ſit in cauſa præfata, ſicut aliqui ſuſtinere contendunt, quibus adhæret Natal. Alex. ſect. 4. diſſert. 5.

CONTROVERSIA XLV.

De Synodo Sardicenſi in cauſa Marcelli Ancyrani, an erraverit in facto.

MArcellum Ancyranum Epiſcopum, hæreſeos fuiſſe ab Euſebianis accuſatum tempore Julii I. Pontificis, indubium eſt, an verò de facto fuerit hæreticus, gravia ſunt hinc indè momenta pro utraque parte ſuſtinenda. Nihilominus cujuſcumque ſint ponderis authoritates, quæ Marcellum hæreticum fuiſſe autumant, cum certum ſit eundem ad Julium Pontificem appellaſſe, ejuſque causâ ventilatâ, innoxium fuiſſe recognitum, ſuæque ſedi reſtitutum Judicio tàm Pontificis, quàm paulò poſt Concilii Sardicenſis, dicendum eſt Marcellum Ancyranum fuiſſe virum integerrimæ fidei; neque Synodum Sardicenſem poſt Julium Romanum Pontificem erraſſe in facto, dum illum abſolvit; ſed potiùs credendum erraſſe in facto Baſilium Magnum, Hilarium, Joannem Chryſoſtomum, qui illum cenſent fuiſſe hæreticum, quàm potuiſſe errare in facto Pontificem, & Concilium Sardicenſe, cui adfuerunt trecenti Epiſcopi, qui funditùs Marcelli doctrina, & ſcriptis examinatis, illum innoxium declararunt; maximè cum Julius deceſſerit anno 351. Concilium Sardicenſe celebratum fuerit anno 347. Hilarius autem, Baſilius, Gregorius Niſſenus multis annis poſteriores ad peractum Concilium, potuerunt à Marcelli cauſæ ſcriptoribus, fortè non ſatis per invidiam ſinceris, faciliùs decipi, quàm potuerint deceptioni ſuccumbere, qui judicis partes in Marcelli cauſa ſuſtinuerunt. Piè etiam credendum, Deum non permiſiſſe in hæreſim lapſum Marcellum, qui cum Sancto Athanaſio plura ab Arianis paſſus erat, pro Filii Divini conſubſtantialitate cum Patre ſuſtinenda. Fuit itaque comes Athanaſii Marcellus, proindè ipſi probè

cognitus. Athanaſius autem Marcellum commendat, utpotè Epiſcopum Orthodoxum, in apologia ad Conſtantinum.

CONTROVERSIA XLVI.

De numero Canonum Concilii Chalcedonenſis.

Concilii Chalcedonenſis celebrati anno 451. ſub S. Leone Canones numero 28. dubitatum eſt an Leo Pontifex, vel in toto, vel ſolùm in parte approbaverit. Contendit Bellarminus præſatos Canones robur non habuiſſe, niſi quatenus ab aliis Conciliis ſuerunt renovati. Alii ſentiunt Canonem vigeſimum octavum, cujus hic eſt tenor *Jus Patriarchicum, & primatus honorem poſt Romanum, Conſtantinopolitanæ Sedi confirmat*, fuiſſe ab Anatolio Patriarcha Conſtantinopolitano additum, nullatenus verò genuinum eſſe Concilii fœtum. Dicunt alii utique hunc Canonem cum cęteris fuiſſe à Concilio editum, ſed à S. Leone reprobatum. Siquidem, ut conſideranti patet, hic Canon continet veritati contraria, quatenus exprimit à Nicęno Concilio fuiſſe conceſſum Sedi Romanæ primatum, quandoquidem notum eſt, Chriſto ſic diſponente, S. Petrum Chriſti Vicarium, Romanæ Sedi ſupra cęteras omnes Chriſtiani Orbis Eccleſias, prærogativam primatus contuliſſe. In hac opinionum varietate non arridet illa Bellarmini, nam præſati Concilii Canones, præſentibus S. Sedis Legatis in œcumenica Synodo ſanciti, ſolùm à Romano Pontifice confirmari debebant, ut univerſaliter eſſent accepti, nec opus erat ulteriori Concilio confirmante. Canones autem Concilii Chalcedonenſis (ſivè in totò, ſivè in parte, hoc pro nunc non officit) fuiſſe à S.Leone confirmatos, ex eo evincitur, quòd Gelaſius Pontifex, qui vixit paulò poſt S.Leonem, eoſdem commendat, ſicut colligitur ex Gelaſii epiſtola decretali ad Lucaniæ Epiſcopos. Quomodò autem Gelaſius Concilii Chalcedonenſis Canones commendaret, niſi ab Eccleſia jam pridem receptos, & conſequenter à Pontifice approbatos fuiſſe compertũ habuiſſet? Neque inter S.Leonem, & Gelaſium aliquod Concilium generale celebratum eſt, in quo aſſeri poſſit Canones Concilii generalis Chalcedonenſis fuiſſe renovatos, ut robur conſequerentur. Neque videtur ſubſiſtere opinio aſſerentium, Anatolium propria authoritate vigeſimum octavum Canonem addidiſſe, nam in hoc caſu facilè fuiſſet contra ipſum reclamatum à Patribus, qui Concilio interfuerant:& S. Leo, qui de inſubſiſtentia hujus canonis Anatolium monitum voluit, nulla aliâ ratione quęſitâ, potuiſſet Anatolium tamquam reum additionis factæ convincere, maximè cum in antiquis codicibus inſerti appareant Canones numero viginti octo. Dicendum itaque vigeſimum octavum Canonem, unà cum cęteris fuiſſe in Concilio editum à Patribus, fortè ea mente, ut Imperatori quoddam obſequii teſtimonium proferrent, dum Urbem Cęſareæ reſidentiæ conſonum crediderunt ſpeciali prærogativa cumulare, eidem poſt Romanam deferentes honorem. Poſt Romanam, inquam, non quaſi propria authoritate Romanam primam declarantes, ſed ut clariùs ſenſum ſuum exprimerent, quaſi dicerent; cum Romanæ Sedi primus honor debeatur ex inſtitutione Apoſtolica, nec ex inſtitutione Apoſtolica declaratum ſit, cui Sedi poſt Romanam honor immediatè debeatur, Eccleſia in hoc Concilio congregata, ſecundum honorem Sedi Conſtantinopolitanæ deberi declarat. Nihilominus S. Leo Pontifex, ſtatim ac Canonum ſeriem recepit, ut eos Apoſtolica authoritate vel confirmaret, vel reprobaret, vigeſimum octavum expungendum cenſuit, & cęteros confirmavit. Quod facilè colligitur ex epiſtola S. Leonis ad Anatolium, & ex aliâ epiſtola ejuſdem S. Leonis ad Marcianũ Auguſtum. Expunxit, inquam,

quam, non modò quia Canon vigeſimus octavus, ut ſupra jam monui, videbatur continere, & exprimere veritati contraria, ſed etiam quia editus fuit in ſeſſione decima quinta, abſentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis. Quòd autem antiqui Græcorum codices hunc vigeſimum octavum Canonem contineant, hoc non officit: Scriptores enim Græci, numerarunt omnes Canones in ſexdecim ſeſſionibus hujus Concilii editos, non verò attenderunt ad Canones à Romano Pontifice ſimpliciter approbatos.

CONTROVERSIA XLVII.

An excommunicatio afficiat etiam mortuos.

AN poſſint anathemate configi etiam mortui, contra quos dum viverent, Eccleſia anathema non dixit, facta fuit queſtio occaſione, quòd Eccleſia in quinta Synodo congregata, tria capitula damnavit, & Theodorum Mopſueſtenum, jam defunctum anathematizavit. Cum verò certum ſit mortuorum judicium ſoli Deo eſſe reſervatum, neque videatur fas eſſe Eccleſiam decernere de eo, qui jam in Divino eſt judicio conſtitutus, maximè cum Chriſtus dixerit, *quæ ligaveritis ſuper terram, &c.* conſentaneum videtur, quòd, qui vivus non fuit ab Eccleſia anathemate innodatus, neque poſſit anathematis vinculo ligari poſt mortem. His tamen non obſtantibus, dicendum eſt Eccleſiam poſſe etiam mortuos anathematizare, illos ſcilicet, quorum verſutia cognita non fuit dum viverent, ſed ſi comperta fuiſſet, excommunicationis pœnam non evaſiſſent. Nam licèt mortui non poſſint ab Eccleſia vocari in judicium, poteſt tamen Eccleſia ſuper eorum doctrinam, quam vel ſcripto, vel ſermone, dum viverent divulgarunt, cauſam inſtituere; quòd ſi rationæ falſe doctrinæ, ſi fuiſſet ut talis cognita, merebantur dum viverent ab Eccleſia ſeparari, poteſt Eccleſia poſt eorum mortem hoc eorum demeritum manifeſtare: & hæc eſt vis anathematis, quod mortuis impingitur; cui opinioni adhæret S. Auguſtinus, epiſt. ad Bonifacium Comitem; & S. Cyrillus, ubi contra Theodorum Mopſueſtenum agens, ſcribit. *Hæreticos nobis recuſandos eſſe, ſivè in vitis ſint, ſivè non.* Et cum hæretici, licèt mortui, per ſuperſtitem eorum infectam doctrinam noceant Eccleſiæ, meritò Eccleſia, licèt mortuos ab Eccleſia ſegregat, eos excommunicatos declarando, propter quam declarationem ſtatim privantur participatione bonorum Eccleſiæ, quæ pro defunctis applicantur, in ſuppoſitione quòd eſſent in ſtatu, in quo de cætero poſſent ipſis Eccleſiæ bona per modum ſuffragii applicari. Ex quo patet quomodò etiam in mortuos jus ſuum exerceat Eccleſia, eoſdem excommunicationis pœnà, ut ſupra declaravimus, innodando.

CONTROVERSIA XLVIII.

De ſententia Vigilii Papæ in cauſa trium Capitulorum.

QUeſtio non levis fuit, an mutatio Vigilii Papæ in cauſa trium Capitulorum, cederet in Vigilii culpam: pro cujus rei intelligentiâ, præmittendū quid continerent tria Capitula. Primum erat Theodori Mopſueſteni, ejuſque librorum damnatio, in quibus Chriſtum purum hominem eſſe dicebat, aliaſque effutiebat blasphemias. Secundū, damnatio ſcriptorum Theodoreti contra ſanctum Cyrillum, quæ ſcripta patrocinabantur Neſtorio, impugnabant Synodum Epheſinam, & S. Cyrillum Epheſinæ Synodi defenſorem. Tertium, damnatio epiſtolæ Ibæ Edeſſeni Epiſcopi ad Marim Perſam, quæ epiſtola etiam Synodum Epheſinam impetebat, tanquam præcipitis judicii in cauſa Neſtorii. Hæc tria Capitula Juſtinianus Imperator ab univerſali Eccleſia ſuis privatis de cauſis damnari, ſed ſub ſpecioſo ti-

tulo publicæ pacis, & concordiæ contendebat, ad hoc Imperatorem inſtigante potiſſimùm Theodoro Cęſareęnſi, Origenis defenſore, cui gravis erat Origenis ſecuta univerſalis damnatio: quapropter Vigilius Pontifex ſtrenuè cum pluribus Epiſcopis reſtitit condemnationi trium Capitulorum, cum in hac condemnatione ab Imperatore, & inſtigantibus Epiſcopis expetita; reperiſſet Vigilius condemnationis quæſitę objectum, non eſſe publicam pacem, ſed privatum affectum, & exacerbatam, Origenis cauſam ſuſtinentium, paſſionem, ſub velamine publicæ pacis obtectam. Tandem Vigilius, ſalvâ in omnibus reverentiâ debitâ Concilio Chalcedonenſi, cui adfuerant præfati, in cauſa trium Capitulorum intereſſe habentes, tria Capitula damnavit, quæ damnatio, etiam in quinta Synodo fuit confirmata. Quęſtio eſt, an mutatio ſententiæ Vigilii in cauſa trium Capitulorum, quæ priùs mordicus ſuſtinere viſus eſt, & poſtmodùm reprobavit, cedat Vigilio in vitium? Sed ut pateat ex hac mutatione ſententiæ, nullam Summo Pontifici adſcribi poſſe culpam, hic recolenda quæ diximus Controverſia 41. Deinde ad rem notanda Pelagii ſecundi ſententia, in Epiſtola ad Epiſcopos Iſtriæ, ſic in hac cauſa ſcribentis. *Latinos homines, & Græcitatis ignaros errorem tardè agnoviſſe. Unde tantò eis celeriùs credi debuit, quantò ejus conſtantia, quouſque verum cognoſcerent, à certamine non quievit... Si igitur in trium Capitulorum negotio, aliud cum veritas quæreretur, aliud inventa veritate dictum eſt, cur mutatio ſententiæ huic ſedi in crimine objicitur, quæ à cuncta Eccleſia in ejus authore veneratur? Non enim mutatio ſententiæ, ſed inconſtantia ſenſus in culpa eſt. Quando ergo ad cognitionem recti intentio incommutabilis permanet, quid obſtat, ſi ignorantiam ſuam deſerens, verba permutet?*

CONTROVERSIA XLIX.

An Eccleſiæ Judicium ſit ſemper infallibile.

IN controverſia, an Eccleſiæ judicium ſit in omnibus quæſtionibus tam juris, quàm facti indeficiens, revocari non poteſt indubium, quòd in quæſtionibus facti, quæ cum jure, ſeù dogmate fidei connexionem habent, decidendis, Eccleſia non poteſt deficere; ſi verò quæſtiones facti ad ſolam hiſtoriam humanam, vel chronologicam, aut quid ſimile ſpectent, in his poſſe Eccleſiam falſum judicium proferre, quatenus non ſinceris monumentis, aut teſtibus factum exhibentibus inſtructa, ſi quis aſſerat, nullam merebitur cenſuram, prout habetur cap. *à nobis* de ſent. excommunic. Unde id ipſum habet S. Thom. quod l. 9. art. 10. Poſtulat tamen reverentia filiorum in Eccleſiam, ut ejus teſtimonium propriæ opinioni præferant; aut ſi quando ſe ſibi veritatem inveniſſe, aut errorem deprehendiſſe in iis humanæ fidei materiis putent, humiliter proponant; nec definire audeant, ſed ejuſdem Eccleſiæ ſenſum expectent. Alioquin illos temerarios facilè reddet humana præſumptio.

CONTROVERSIA L.

Quando cenſendum ſit Papam locutum fuiſſe ex Cathedra.

INdeficiens eſſe Romani Pontificis judicium, cum ex Cathedra loquitur, nullatenus dubitandum eſt Catholicis, ex promiſſione Domini. Quando verò cenſendum ſit Papam loqui ex Cathedra, cadit ſub controverſia. Nam ex Cathedra loqui non eſt cenſendus Pontifex, quotieſcumque de fide loquitur, & ſuam pronunciat opinionem; poteſt enim tanquam privatus homo errare, & malè de doctrina fidei ſentire, & etiam conſequenter ſcribere. Dicendum itaque Ro-

ma-

manum Pontificem tunc ſolùm indeficientis judicii prærogativa frui,cùm in materia fidei, & morum pronunciaturus, ad Scripturam, & traditionem attendens, controverſias, quæ agitantur expendit; quid circa talem controverſiam credendum ſit exponens univerſæ Eccleſiæ, tanquam Spiritus ſancti oraculum, cujus aſſiſtentia numquam deficit Summo Pontifici, quotieſcumque aliquid, tamquam dogma fidei univerſis fidelibus credendum proponit; quod, licèt ex ſe ſolo poſſit Summus Pontifex peragere, nunquam tamen facere conſueverunt Pontifices, niſi præmiſſis ſacri Senatus, doctiſſimorumque virorum conſilio, fuſis etiam ad Deum precibus, ad implorandam in rebus maximi momenti decernendis Spiritus ſancti aſſiſtentiam: & quotieſcumque ſic ſe gerit Pontifex, juxta communem, quæ invaluit loquendi formulam, dicimus quòd *Summus Pontifex loquitur ex Cathedra*. Innoteſcit autem univerſæ Eccleſiæ, Pontificem locutum eſſe exCathedra,ex ipſo loquendi, & proponendi modo; ſigna enim manifeſta Eccleſiæ ſunt, quòd Doctorum, Antiſtitum, ſacrique Collegii ſuffragia ſuſceperit, & quòd poſt humiles deprecationes, promiſſioni Divinæ innixus, ſe fideles obligare pronuntiet: quibus ſtantibus,nemini Catholicè ſentienti cadere debet indubium, quòd Romanus Pontifex in ſuo promulgato decreto locutus ſit ex Cathedra. Accedit etiam, ut ſignum à poſteriori (ut in ſcholis loquimur) conſenſus Epiſcoporum, quorum eſt depoſitum fidei cuſtodire, & qui omnes ſimul aberrare non poſſunt; alioquin poſſet deficere Eccleſia. Quòdſi aliqui renitantur, fugiendi ſunt, ut membra à capite deficientia, & unitati fidei, & Eccleſiæ nociva.

CONTROVERSIA LI.

De authore Ectheſis.

Ectheſis,quæ communiter creditur Heraclii Imperatoris edictum, quo cautum erat, ne quis unam, aut duas in Chriſto confiteretur operationes, ad unicam adſtruendam in Chriſto voluntatem, non fuit author Heraclius Imperator, ſed Sergius, qui eam Heraclii nomine inſcripſit, ut ipſi majorem conciliaret apud populos authoritatem. Conſtat enim ex epiſtola, quam Heraclius ſcripſit ad Joannem quartum Pontificem, illum abſolutè negaſſe ſuam fuiſſe. Vocatur autem communiter Heraclii Ectheſis, quia ſub ejus nomine promulgata fuit; quapropter ſub nomine Heraclianæ Ectheſis etiam à Summis Pontificibus Severino, & Joanne quarto fuit damnata.

CONTROVERSIA LII.

An Henoticon Zenonis contineret Hæreſim.

Henoticon, quod idem ſignificat ac edictum unitivum,ab Accacio hæretico conſcriptum, à Zenone Imperatore promulgatum, publicè quidem ſtudio procurandæ pacis, ſed reverà propter privatos Accacii fines; licèt nullam expreſsè contineret formalem hæreſim,meritò tamen à Summis Pontificibus fuit damnatum, non modò quia Synodum Chalcedonenſem, & fidei definitionem in eà editam ſilentio premebat, cum ſtantibus circumſtantiis de eà debuiſſet reverentem mentionem facere; ſed etiam, quia juſſu poteſtatis laicalis editum fuerat, cum Principes nullum jus habeant promulgandi edicta in his, quæ fidem concernunt. Hoc edictum,Henoticon nuncupatum, in eo etiam deficiebat, quòd hæreticos recipi jubebat, quamvis non præmiſsà, neque indictà errorum abjuratione, nullàque inflicta hæreticis, quos recipi decreverat, pœnitentià.

CONTROVERSIA LIII.

De Honorio, an hæreſi Monothelitarum conſenſerit.

HOnorii damnationem in ſexta Synodo fuiſſe conclamatam, ejus epiſtolas ex ſextæ Synodi ſententia fuiſſe combuſtas, negari utique non poteſt. Nihilominus non fuiſſe à ſexta Synodo damnatum ut hæreticum, ſed ut reum negligentiæ in coercendis hæreticis, validis argumentis communiter ſuſtinetur, quidquid aliqui probare contenderint, defacto Honorium eſſe in hæreſim lapſum Monothelitarum. Honorius enim defenditur à Joanne quarto Pontifice in Apologia, quam ſcripſit pro Honurii defenſione ad Conſtantinum Imperatorem, Heraclii filium. Defenditur à S. Maximo Martyre, in dialogo cum Pyrrho, & in epiſtola ad Marinum. Item ab Anaſtaſio Biblinthecario in præfatione ad Joannem Diaconum, & à pluribus aliis, qui diſertè probant nullum Romanum Pontificem fuiſſe unquam in hæreſim lapſum. Habuit utique Honorius modum loquendi, qui hæreticis Monothelitis favere videbatur. Nihilominus, dum unam tantùm in Chriſto eſſe voluntatem aſſeruit, ex ejus ſcriptis conſtat intelligendum eſſe de Chriſto ut homine, cui eſſe duas voluntates contrarias juxta Catholicum ſenſum negavit; quam contrariam voluntatem mentis, & carnis, ex primi parentis culp., quà omnes infecti ſumus, contraximus. Cùm autem Verbum naturam humanam aſſumpſerit, qualem Deus ab initio condidit, exceptâ pœnalitatum impaſſibilitate, ſub hoc reſpectu aſſeruit Honorius non eſſe in Chriſto contrarias voluntates mentis, & carnis. Sed quia debebat clariùs ſe exprimere, ne anſam daret hæreticis, & etiam quia nullum cum ipſis pati debebat commercium, per quod ſuſpicionem præberet Monothelitiſmi, ideo tanquã gravis negligentiæ reus valdè culpabilis, contra ipſum in ſexta Synodo fuit conclamatum. Dato autem, & non conceſſo, quòd Honorius in fide erraſſet; ſequeretur ad ſummum, quòd erraſſet, ut doctor privatus in his, quæ ad Sergium ſcripſit; neque aliquid ultrà poteſt evinci ab illis, qui Honorium in fide erraſſe contendunt.

CONTROVERSIA LIV.

De natura Angelorum.

ALiquos fuiſſe SS. Patres, qui dubitarunt an Angeli eſſent corporei, non inficior: in hac enim quæſtione dubitativè aliqui locuti ſunt, alii aſſertivè ſubtiliſſima corpora Angelis tribuerunt, veritate nondum ab Eccleſia eliquata, quæ in Concilio Lateranenſi. 4. celebrato anno 1215. Angelos eſſe puros ſpiritus pronunciavit; licèt verè id, ut fidei dogma non deſinierit, quod communiter Theologi putant. Inter Sanctos Patres qui floruerunt antè præfatum Concilium, & dubitativè locutos eſſe colligi poteſt ex eorum ſcriptis, recenſentur S. Auguſtinus, lib. 15. de Civ. Dei, cap. 23. & lib. 21. cap. 10. S. Bernardus ſerm. 5. in Cantica; & lib. 5. de Conſid. nihilominus alibi potiùs Angelos eſſe puros ſpiritus, videtur quòd âſſerat Doctor Mellifluus, quandoquidem ſępe repetit Angelos naturâ ſuâ eſſe impalpabiles; naturam Angelorum cognatam eſſe cum natura animæ rationalis, & ſimilia. Dum verò aliqui SS. Patres dicere videntur Angelos eſſe corporeos, nihil plus aſſerere voluerunt, quàm Angelos miniſtraturos hominibus corporeis, Deo permittente corpora aſſumere; an aerea, an materialia, etiam indeciſè pronunciando, finitoque miniſterio, aſſumpta corpora deponere. Vide S. Ber. loc. cit. Sed etiam pro PP. excuſatione lege Veloſillum in advertentiis Theologicis. D. Hieron. quæſito 2. & M. Navarro Prolegom. de Angel. 5. à n. 48.

CONTROVERSIA LV.

De Ordinatione Clericorum facta ab Hæreticis.

Clerici ab hæreticis ordinati, an validè eſſent ordinati, quęſtio mota eſt ab Epiſcopis Macedoniæ, qui hac de re ad firmiſſimum oraculum Romani Pontificis, Innocentium primum ſcripſerunt, ad quos per epiſtolam dedit Innocentius reſponſum, ex qua conſtat Clericos ab hæreticis ordinatos, validè quidem, ſed illicitè eſſe ordinatos. Certè quod amiſit hæreticus, dare non poteſt; at honorem amiſit hæreticus, non characterem: dare igitur characterem poteſt, non honorem, ergo qui ab hæretico ordinatur, validè ordinatur, quia characterem ſuſcipit, illicitè tamen, quia ex illicita ordinatione conſequi honorem non poteſt ordinatus, & qui in ordinatione honorem non conſequitur, illicitè ordinatur. Vide citatam epiſtolam Innocentii, in qua uberiùs præſens enodatur difficultas. Vide etiam ejuſdem Innocentii epiſt. 18. in qua explicat quid ſenſerit, dum ſolum Baptiſma in hæreticis ratum eſſe pronunciat, non autem ordinationes ab eis factas. Sed ex quo de reiteratione Sacramentorum ſermo eſt inſtitutus, videtur adhuc quòd urgeat in hac cauſa difficultas graviſſima, quandoquidem ex Anaſtaſii narratione colligitur, Stephanum Papam quartum reiteraſſe ordinationes factas à Conſtantino Antipapa, qui cęterùm verus erat Epiſcopus, & ſi illicitè conſecratus. Dicendum tamen, Stephanum non reiteraſſe ordinationes factas à Conſtantino, ſed ſolùm reconciliaſſe illos, qui cum illicitè eſſent ordinati ab Antipapa, erant ipſo jure ab executione Ordinis ſuſpenſi; ut itaque illicitè ordinati, Ordinis poteſtatem exercere valerent, Stephanus eoſdem reconciliavit, quam reconciliationem, conſecrationem ſivè reordinationem vocavit Anaſtaſius. Vide ſuper hanc controverſiam epiſtolam S. Gregorii Magni, numero trigeſimam ſecundam.

CONTROVERSIA LVI.

De electione Epiſcoporum facta per Principes.

Ex eo quòd Principes Epiſcoporum electioni antiquitùs ſe immiſcerent; imò ex ſcripturarum antiquis monumentis probari poſſit quòd Principum aſſenſum, & confirmationem Clerus expoſceret in Epiſcoporum electione, hoc facere tunc conſuevit Eccleſia, ut Principes adversùs ſchiſmata, quæ tunc temporis invaleſcebant, authoritatem ſuam interponerent; cęterùm ex præfatis exemplis nihil prorſus evinci poteſt, Epiſcoporum electionem ſpectare ad Principes: ſemper enim Eccleſia in Epiſcoporum electione jus ſuum liberè exercuit. Siquidem Apoſtoli conſtituerunt Epiſcopos per Orbem univerſum, & hi ſucceſſivè juxta Eccleſiarum exigentiam alios ordinarunt Epiſcopos. Quòd autem plures Principes nunc temporis jus habeant in Epiſcoporum electione; ſcilicet ipſos præſentandi, hoc eſt jus eis ab Eccleſia conceſſum, quatenus populorum, quibus dominantur, vocem exercent, pacis cauſà, & ut ſchiſmata, & contentiones in electionibus vitentur. Qua ratione Clerus aliàs eligeret, & populus conſuleret, notum eſt eruditis. Illud verò jus non officit Eccleſiæ libertati, quæ dignis de cauſis talem facultatem in aliquibus Regnis ad Reges tranſtulit, ex privilegio liberè ipſis conceſſo à Summis Pontificibus.

CONTROVERSIA LVII.

De Pſalmodiæ uſu, quando incœperit.

Pſalmorum cantum in Eccleſia, ſolùm tempore Damaſi Papæ fuiſſe inſtitutum, facile eſt, atque il-

los, qui ſic ſentiunt reprobare: nullumque eſt fundamentum deſumptum ex eo, quòd Damaſus in libro Pontificalium de cantu diurno, nocturnoque Pſalmorum mentionem faciat: nam Damaſus in meliorem formam ritum pſallendi redegit, hymnis etiam compoſitis, non autem ritum pſalmodiæ in Eccleſia invenit, qui à tempore Apoſtolorum jam invaluerat, multo antè tempora Damaſi. De uſu Pſalmodiæ ſcripſerunt Juſtinus Martyr in apologia ad Antoninum. Clemens Alexandrinus Orat. ad Gentes. Tertullianus lib. 2. ad uxorem. Vide Card. Bona in libro De Eccleſiaſtica Pſalmodia, in quo expreſsè de antiquo uſu pſallendi, etiam ab ipſis primordiis naſcentis Eccleſiæ diſſerit.

CONTROVERSIA LVIII.

De publicis diſputationibus Catholicorum cum hæreticis, an expediant.

DIſputationes publicas Epiſcoporum, & Doctorum Catholicorum cum hæreticis, ſatiùs eſt non concedere, licèt aliquando fuerint conceſſæ, & aliquando ſi ita Pontifici benè viſum fuerit, propter aliquam urgentem cauſam, puta cùm ex his maximi ſpes boni Eccleſiæ affulget, poſſint concedi, ſicut temporibus D. Auguſtini Carthagine contra Donatiſtas factum eſt; nulla enim tunc temporis via opportunior patebat, quàm collatio Epiſcoporum cum Donatiſtis, ad eos in viam veritatis, & pacis reducendos. Ceterùm melius eſſe has collationes non concedere, ex eo evincitur, quòd hæretici non quærunt per diſputationes publicas aſſequi veritatem, ſed ſtudent foris ſe ſapientes oſtendere, & victores videri, intus verò ſemper ſunt obſtinati; & dum per Scripturas convincuntur, cùm alius ipſis non patet aditus ad evaſionem difficultatis, Scripturas apertè negant, vel corrumpunt, vel in pravum ſenſum detorquent; & in his congreſſibus ſæpè exitus comprobavit, quòd hæretici etiamſi poſſint convinci, difficilè tamen poſſunt converti. Aliud etiam ex his publicis diſputationibus malum imminet, quòd plebs accurrens, cùm parem utrinque diſceptationis ardorem, parem negandi, & defendendi ex utraque parte libertatem animadvertat, rationum vim non benè, aut fortè nullatenus percipiat, nihil boni indè reportat, niſi potiùs quandam animi in rebus fidei vacillationem, mentiſque confuſionem. Itaque qui hæretici ſunt, non ſunt audiendi, & admittendi ad diſputationem, ſed ad ſuorum errorum deteſtationem, & converſionem: experientia enim ſæpè comprobavit, quòd hæretici in diſputationibus publicis, non veritatem quæſierunt, & converſionem, ſed cavillationem. Imò convicti, ut veteres in Gallia Calviniſtæ, excœcante eos ſuperbia, obſtinatiores recedunt.

CONTROVERSIA LIX.

De Azymo, & Fermentato.

MIchael Cerularius, de quo actum ſub eodem nomine, excitatâ controverſiâ de azymis, ſchiſma conflavit inter Orientalem, & Occidentalem Eccleſiam; quapropter defectu fermentati Latinam Eccleſiam vero carere Sacrificio effutiebat, quod falſum eſſe conſtat ex his, quæ iam alibi diximus, cum tàm in azymo, quàm in fermentato verum confici Sacramentum negari haudquaquam poſſit. Hinc tamen orta eſt controverſia, an ſcilicet Eccleſia Græca ſemper in Sacrificio fermentatum, Latina verò azymum adhibuerit. De hàc controverſia pro ſuà eminenti eruditione ſcripſit præ cæteris Cardinalis Bona lib. 1. Rerum liturgicarum cap. 33. aſſerens tàm Græcam, quàm Latinam Eccleſiam uſque ad octavum ſeculum mox fermentatum, mox azymum adhibuiſſe ad conficiendum Sacrificium, pro temporis, &

loco-

locorum opportunitate; *ita ut in hoc nec Græci à Latinis, nec Latini à Græcis diſcordarent*. Interdictus tamen in Latina Eccleſia perpetuus *fermentati uſus*, ex quo, ratione hujus *quæſtionis*, Michael Cerularius Eccleſiam proſcindere auſus eſt. Sententiæ hujus doctiſſimi Purpurati adhærere magis arridet propter graviſſima momenta, quæ loc. cit. idem Eminentiſſimus adducit. Chriſtus ipſe & azymum adhibuit in inſtitutione Cœnæ, & fermentatum, quando ſe conjunxit cum Diſcipulis progredientibus in Emmaus, qui eum cognoverunt in fractione panis. Item, cum tempore perſecutionis convenirent ad ſacra facienda in catacumbis Catholici, qui profugi erant ſuper terram, probabile eſt non ſemper potuiſſe azymum invenire, adeoque ut ſacro confortarentur Viatico, etiam in fermentato, pro temporis opportunitate conſecraſſe. Scripſit pariter de hac controverſia Joannes Mabillonius Benedictinus, Joann. Ciampinus, & alii.

CONTROVERSIA LX.

De Brunone Andegavenſi, an conſenſerit hæreſi Berengarii.

BErengarius Archidiaconus Andegavenſis, Epiſcopatum ejuſdem Eccleſiæ regente Brunone, hæreſim ſuam promulgavit circa exiſtentiam realem Corporis Chriſti in Euchariſtia, quà impugnatà, factus eſt Sacramentariorum parens. Cũ naſcentem hæreſim Bruno, prout ſuum paſtorale munus exigebat, ſtatim non compreſſerit, anſam aliquibus dedit credendi Epiſcopum, unà cum Archidiacono hæreſim propugnaſſe. Sed ab hæreſis notà innocuus fuit Bruno Epiſcopus, qui cum ſpeciali amicitiæ vinculo ſibi devinctũ haberet Berengarium, negari non poteſt cum aliquà ſegnitie naſcenti hæreſi ſe oppoſuiſſe, fortè ſub ſpe reſipiſcentiæ Berengarii. Cęterùm, Brunonem nunquam hæreſi Berengarianæ conſenſiſſe evidenter ex eo conſtat, quòd ubicumque de damnatione hæreſis in Conciliis factà ſermo inſtituitur, nullibi de Brunone fit mentio, quod ſecus foret, ſi Berengarii in hæreſi Bruno fuiſſet collega: imò Gregorius ſeptimus Berengarium, poſt ejuratum errorem, Brunoni Epiſcopo ſuo commendavit. Sed, & ex Brunonis epiſtolis evidenter conſtat ipſum ſemper Epiſcopum Orthodoxum extitiſſe.

CONTROVERSIA LXI.

De reſignationibus, permutationibus, & penſionibus Beneficiorum.

CUM in Concilio Turonenſi, celebrato anno 1163. ſancitum fuerit canone 1. *Diviſionem præbendarum, aut permutationem fieri prohibemus*. Oritur dubium, an hujuſmodi diviſiones, & permutationes, quæ paſſim invaleſcunt, ſint licitæ. Solvit quæſitum Urbanus tertius, Canonis interpretator, Cap. *Quęſitum*. *Quęſitum eſt* (inquit) *ſi commutationes fieri valeant præbendarum, cum commutatio dignitatum in Turonenſi Concilio fuerit interdicta. Generaliter itaque teneas, quòd commutationes præbendarum de jure fieri non poſſunt, præſertim pactione præmiſſa, quæ circà ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſymoniæ. Si autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licitè poterit de uno loco ad alium transferre perſonas, ut, quæ uni loco ſunt minùs utiles, alibi ſe valeant utiliùs exercere*. Circa penſiones verò certum eſt, quòd ab initio non concedebantur, *niſi nutrimenti, & conſolationis gratiâ*; quapropter in Concilio Chalcedonenſi, celebrato anno 457. ubi primò de penſionibus fit mentio, occaſione quòd Baſſianus, & Stephanus contendebant de Epiſcopatu Epheſino, primus enim fuerat à ſede depoſitus, alter ſubrogatus: cum judicaſſet Concilium, ut neuter

ſederet, & tertius ordinaretur: decretum eſt, ut utrique ex ærario Eccleſiæ Epheſinæ ſubminiſtraretur penſio annua ducentorum aureorum, *nutrimenti & conſolationis gratiâ*. Hoc poſito, videant quo jure, non nutrimenti, & conſolationis, ſed fovendæ ambitionis gratiâ, acquiſitas penſiones, plures, quorum paucus non eſt numerus, diſperdant. Quotidie perſtrepunt adventantes in Curia inhiare penſionibus, quorum vitę tenor Eccleſiæ minùs beneficus, à beneficiis excludit: ſed idem eſt Eccleſiæ patrimonium, ſivè titulo beneficii, ſivè penſionis immeritis conferatur & diſperdatur. Diſperſę proculdubio penſiones ſunt, quę juxta Chalcedonenſis Concilii mentem, non nutrimenti ſolius, & conſolationis gratia, ſed alio quęſito, & emendicato prętextu aut conferuntur, aut obtinentur; alias eo res deveniret, ut, quod neceſſariæ Epiſcoporum ſuſtentationi debetur, in penſiones, quibus Epiſcopales menſæ gravantur, convertatur, quo fiet (& utinam non fiat) ut Epiſcopi plus invigilare debeant penſionatorum implendis marſupiis, quàm ſibi commiſſis paſcendis animabus. Paſcat Epiſcopus gregem ſuum doctrinâ, paſcat exemplo: ſi ſimul & ſemel non paſcat & eleemoſynis, difficilè oves vocem audient Paſtoris. Sed quà ratione Epiſcopus gregem ſuum ad ſe trahere valeat eleemoſynis, cujus proventus penè toti converſi ſunt in penſiones? Eccleſiaſticos fructus, convenienti eorum qui præſunt ſuſtentationi, Eccleſiæ ſibi commiſſæ reparationi, & pauperum ſubſidio deberi, Patrum in Synodis decreverunt emanatæ ſanctiones; Romanique Pontifices ſupremà illà, qua pollent authoritate firmarunt. Nunc temporis multi conqueruntur invaluiſſe (neſcio an dixerim uſum, vel abuſum) hæc magna ex parte convertendi in penſiones. Quodſi ita an id fiat juxta piam eorum mentem, qui inſtituerunt, & ditarunt Eccleſiaſtica beneficia, ipſi viderint, qui Eccleſiarũ proventus in ſupervacaneas diſperdunt penſiones. Quid enim triſtius, quàm ſi Epiſcopos penſionii exuberantiũ cenſu gravatos, tanquam penſionatorum œconomos conſtitutos magis ſuſpiceris, quàm fructuum Eccleſiæ ſibi commiſſæ providos diſpenſatores crediderisꝰ Non negarim pauperes Eccleſiaſticos, qui Eccleſiæ deſerviunt, & aliundè non habent, à ditioribus eſſe ſuſtentandos, & qui Eccleſiæ utilitati inſudarunt, debere ab Eccleſia laborum ſuorum remunerationem accipere: tritum eſt, qui altari ſervit de altari vivere debet. Quod maximè intelligi debet de primi ordinis perſonis, qui univerſalis Eccleſiæ utilitati laborant, nec aliunde habent, quo congruenti decore vivant, quibuſque propterea penſiones meritò ſolvuntur, ſed tamen ſolius *nutrimenti & conſolationis gratiâ*, non ut ad ſaturitatem ingurgitent: non ut qui penſiones conſequuntur in deauratis curribus, famulorum turbà circumſtipati incedentes, potiùs ſponſæ, quam Eccleſiarum Rectores appareant. Tanta utique non eſſet pluribus in Eccleſiaſticis vanitas, neque tanta in aliis mendicitas, ſi ſolius nutrimenti, & conſolationis gratià diſtribuerentur penſiones. Quod dico, non docens, non reprehendens; ſed Apoſtolicæ Sedis, quæ hæc docet nos, doctrinam, & diſciplinam omnibus, tanto magiſterio fultus, proponens. Hac de re maturè egerunt Cardinales in conſilio ad Paul. III. & Card. Contarenus ad eumdem, opere typis dato Coloniæ 1538.

CONTROVERSIA LXII.

De Concilio Arelatenſi.

REgnante Carolo Magno, anno 813. celebrata eſt Arelatę Synodus, in qua conditi canones 26., quos Patres Carolo Magno obtulere, ſicut colligitur ex præfati Concilii clauſula, in qua ſic legitur. *Hæc, quę emendatione digna proſpeximus, quàm breviſſimè annotavimus, & Domino*

Impe-

Imperatori præſentanda decrevimus, poſcentes ejus clementiam, ut ſi quid hic minus eſt; ejus prudentia ſuppleatur, emendetur, perficiat. Ex quo aliqui deducere contenderunt, Synodorum canones ſubeſſe Imperatoris judicio. Nihil tamen indè evincitur, cum certiſſimum ſit in jus canonicum nullam habere Imperatorem poteſtatem, quod ſola Pontificis authoritate firmatum, perpetuò viguit in Eccleſia; imò & viguerat in ejus imagine, ſeù figura, antiqua ſcilicet Synagoga, in qua lex requirenda erat de ore Sacerdotis, cujus erat cuſtodire divinam ſcientiam. Patres tamen Concilii Arelatenſis id honoris gratiâ Imperatori, adeò de Eccleſia benemerito deferre voluerunt, non ut Imperator ſancitis canonibus per ſuam approbationem robur adiiceret, ſed ut magis, ac magis ad benemerendum de Eccleſia Imperatorem allicerent, illum adeò urbanè tractantes, ut etiam ejus ſenſum viderentur exquirere. Quod tutiſſimè poterant à Principe ſcilicet, in quo non ſolùm regium, ſed & Sacerdotalem, ſi dici poteſt, animum ſpeciali ſupernæ gratiæ unctione ineſſe noverant. Cęterùm, canones ſanciti in Concilio Nicæno, præſente Conſtantino, robur ſuum ſortiti ſunt, ſtatim ac fuerunt à Romano Pontifice probati, nullaque præmiſſa fuit eorundem canonum oblatio Imperatori, ut eos ſuppleret, emendaret, perficeret, quod urbanitatis gratia dictum fuit à Patribus Arelatenſibus.

CONTROVERSIA LXIII.

De reſtituto Imperio Occidentali.

DEfecerat Occidentale Imperium, ab Orientali multis annis diviſum, morte Momyli, ſive Auguſtuli, an. 476. Inductiſque Regibus Italiæ Gothis, dein Longobardis, regali hoc nomine & jure ditiones Italæ Principes agnoſcebant. Anno autem 800. à natali Domini, Leo III. Rom. Pontifex, Romano populo acclamante, Carolum Magnum Italiæ Regem, ipſa Natalitii Dominici die Imperatorem ſalutavit, & coronavit. Quidam putant, hanc fuiſſe Imperii ab Oriente in Occidentem translationem. Perperam tamen: manſit enim ſub Irene Orientale imperium, deinde ſub Nicephoro, & ſucceſſoribus, à Pontifice Leone, Carolo Imperatore, & reliquis in dies Pontificibus, & Imperatoribus agnitum; nec augurato Carolo, aliqua mutatio in Orientalis Imperii ditionibus contigit; quinimò tentarunt Carolus, & Leo utrumque Imperium, nuptiis Irenes & ejuſdem Caroli, unire. Igitur ex magni hujus Principis exaltatione, Imperiique reſtitutione, quædam oriuntur controverſiæ: an ſcilicet hæc fuerit Imperii reſtitutio ſolius nominis? quid in eâ Pontifex Carolo Magno contulerit? an ſcilicet aliquid temporale dominium, ſub qua ratione Electores jus eligendi Imperatorem acquiſierint, an hoc jus eligendi Imperatorem, à Sede Apoſtolica in Electores ipſos defluxerit. Circa quæ omnia, cum variæ circumferantur opiniones, ut paucis pro modulo meo rem totam expediam. Præmittendum, quòd Eccleſia, ubi urget neceſſitas, poteſtatem habet exerendi utrumque gladium ſpiritualem ſcilicet, & temporalem. Sed cum temporalis gladius in Eccleſiaſticorum manu videatur infirmus, cęterùm aliquando neceſſariò ſit exerendus ad tuenda Eccleſiæ jura, hoc tuitionis officium, quod omnibus Regibus, & Principibus Catholicis etiam eſt à Deo comiſſum, ſingularitèr nihilominus aſſumpſerunt Imperatores, ex quò Catholicam amplexati ſunt religionem. Cum autem Imperialis dignitas in Oriente dumtaxat tunc temporis reſideret, omnes ſucceſſivè Imperatores Catholici Eccleſiam tueri peculiariter gloriabantur; quapropter in emergentibus neceſſitatibus Pontifices ad Imperatorem in Oriente reſidentem habuerunt recurſum. Sed cum poſtmodùm invaleſcente Græcorum ſchiſmate,

Imperatores Orientis officium defenſorum Eccleſiæ (ut ait Sigonius) repudiaſſe viderentur, ſpeciale hoc tuitionis officium, cui defuerunt Imperatores Orientis, alteri demandare in parte Occidentali neceſſarium arbitrati ſunt pro ſuo munere Pontifices. Quapropter Leo Tertius hoc onus ſimul, & honorem Carolo Magno, tunc de Eccleſia inter omnes Catholicos Principes benemerito conferre propoſuit. Quod & præſtitit ſolemniter, eodem Carolo Magno in Vaticano, in die Natalis Domini ut dixi, conſecrato. Ex quo patet, quòd Imperatoris dignitas non eſt nudus titulus, ſed maximè poſita eſt in munere tuendi Eccleſiam contra infideles, ſchiſmaticos, & quoſcumque Eccleſiæ jura comprimere volentes; ratione cujus muneris, ſuprà ceteros Chriſtianos Principes, honoris primatus eſt Imperatoriæ dignitati adnexus. Interim cadente ſeculo nono, Caroli Magni extincta lineà in Ludovico Quarto, ſine liberis è vivis erepto, Romanus Pontifex ſe ad eum Imperatorem confirmandum obſtrinxit, qui Germaniæ Rex eligeretur, dummodò eſſet Catholicus, & capax Eccleſiæ jura ſuſtinendi, quod examinare ſpectat ad Summum Pontificem. In Germaniæ Regem tunc temporis electus fuit Conradus Primus, Franconiæ Dux. Cum verò jus eligendi Germaniæ Regem, quod priùs ſpectabat ad plures Germaniæ Proceres, ad hoc ſpecialibus in comitiis congregatos, tam Eccleſiaſticos, cum laicos, per Bullam auream, ex unanimi Procerum regni conſenſu, qui in pluritate votorum inter ſe diſcrepantium, non parva in electione obſtacula, & molimina ſæpè reperierant, ad aliquos tantùm Germaniæ Principes, qui primò fuerunt numero ſeptem, fuerit translatum, quiſquis à præfatis Electoribus, juxta ſtatuta in Germaniæ Regem eligitur, hic à Pontifice (ſi nihil obſtet) in Imperatorem agnoſcitur. Ex quo patet, quòd in electione Imperatoris, prout electio Regis Germaniæ eſt, concurrit Pontifex, quatenus unà cum Imperatore, & unanimi Procerum Germaniæ conſenſu, ſancitum eſt Germaniæ Regem perpetuis futuris temporibus, per Principes Electorales fore eligendum; quæ ſanctio circà annum milleſimum, ſub Gregorio Quinto Saxone, & Otthone Tertio, creditur ſuum ſortita initium. Quòd verò Rex Germaniæ electus, Imperator inauguratur, ſivè primarii Eccleſiæ defenſoris honorificentiam conſequitur, ſub hac conſideratione jus eligendi Imperatorem ab Apoſtolica Sede dimanat, quatenus hæc in Imperatorem agnoſcere decrevit, quem Electores Germaniæ Regem præficerent.

CONTROVERSIA LXIV.

An Epiſcopatus ſit Ordo Sacramentalis.

IN hac celebri controverſiâ, non modò Catholici ab hæreticis, & Theologi à Canoniſtis, ſed Theologi inter ſe, ſunt opinionum varietate diviſi. Quid ſentiant de Epiſcopatu hæretici, jam alibi expoſuimus. Inter Catholicos verò, alii ſentiunt Epiſcopatum non eſſe propriè Ordinem, prout Ordo eſt Sacramentum, licèt ſub alia ratione Ordo dici poſſit Epiſcopatus, quia ſcilicet eſt poteſtas ad actiones hierarchicas in corpore Eccleſiæ, quam poteſtatem reliqui Sacerdotes inferioris Ordinis non habent. Alii exiſtimant Epiſcopatum eſſe quidem Ordinem & Sacramentum, non tamen diſtinctum à Sacerdotio, ſed, quòd Epiſcopus ſit Sacerdos magis perfectus, id eſt in apice poteſtatis Ordinis Sacerdotalis conſtitutus, licèt diverſa adhuc maneat juriſdictionis poteſtas. Alii tenent Epiſcopatum, & Presbyteratum eſſe Ordines diſtinctos, & Epiſcopatum imprimere characterem diſtinctum ab Ordine Presbyteratus, ſivè addere ſupra Sacerdotium novi Ordinis characteriſticam extenſionem; quemadmodùm ad Diaconatum Preſ-

byte-

byteratus; (ſic enim pleriſque loqui placet) quæ ſententia videtur probabilior: nam in conſecratione Epiſcopi infigitur ejus animæ poteſtas ſpiritualis indelebilis, nec poteſt auferri ab Eccleſia, undè remanet in Epiſcopo etiam excommunicato, hæretico, depoſito, vel degradato. Canones Concilii Carthaginenſis quarti, præſcribentes ritum obſervandum in ſingulis Ordinibus conferendis, incipiunt ab ordinatione Epiſcopi, ergo Epiſcopatus eſt Ordo, & conſequenter imprimit characterem indelebilem. Tùm quia in ordinatione Epiſcopi confertur gratia, ſicut perhibet Apoſtolus 1. ad Timoth. 4. ergo ordinatio Epiſcopi eſt verè & propriè Sacramentum, quia gratia in Sacramento confertur, non autem in cæremoniis, ut docet S. Thomas in 1. 2. quæſt. 108. art. 2. ad 2. Hanc controverſiam uberrimè tractatam exhibet Fagnanus in librum primum Decretalium.

CONTROVERSIA LXV.

An per apoſtaſiam à Religione dirimatur Matrimonium.

IN affirmativam partem propenſum fuiſſe Cœleſtinum Tertium, conſtat ex cap. *Laudabilium*, de converſione infidelium lib. 3. antiquæ collectionis Decretalium, editæ ab Antonio Auguſtino, pag. 195. Sed hæc Cœleſtini Tertii opinio non fuit approbata ab Eccleſia, quam ut doctor particularis Pontifex pronuntiaverat, eamque emendavit Innoc. III. cap. *Quantum*, de divortiis. Quapropter S. Raymundus, qui juſſu Gregorii Noni collegit Decretalium librum, in eodem non inſervit cap. *Laudabilium*. Conc. Trid. ſeſſ. 24. dicit anathema in aſſerentes propter hæreſim ſolvi Matrimonium.

CONTROVERSIA LXVI.

De vino non conſecrato, an propriè conſecretur per immiſſionem, & contactum particulæ conſecratæ.

AGitata fuit hæc controverſia nono currente ſeculo, cujus pars affirmativa, id eſt vinum non conſecratum verè & propriè conſecrari per infuſionem particulæ conſecratæ, videtur patronum habuiſſe Amalarium Epiſcopum. Item Anonymum, authorem Micrologi, cap. 19. cui ſententiæ ſuffragare videtur illud, quod exprimunt Miſſales veteres, in quibus leguntur hæc verba *Commixtio Corporis & conſecratio Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti*, quæ proferebantur à Sacerdote feriâ ſextâ in Paraſceve, quando Sacerdos infundebat portionem Hoſtiæ conſecratæ in calice, in quo erat purum vinum non conſecratum. Videtur in hanc ſententiam propendere Baronius, qui narrans miraculum quoddam ad annum 1194. de aquâ, in quâ intinctâ particulâ conſecratâ, deprehenſa eſt deinde aqua converſa viſibiliter in Sanguinem, ſic ſcribit. *Hæc de tranſubſtantiatione aquæ in Sanguinem Chriſti per commixtionem Corporis Chriſti divinitùs facta; quod ſemper fieri in vino, cum commixtio intercederet, antiquitas exiſtimovit*. His tamen non obſtantibus, certiſſimum mihi eſt, quod ſcribit S. Bernardus epiſt. 69. docens immiſſione particulæ conſecratæ in vinum non conſecratum, ſivè contactu Corporis Chriſti, vini quidem liquorem ſacrum eſſe, non tamen in Sanguinem mutari, ſicut mutatur in conſecratione formali. Qui ergo contrariæ fuiſſe videntur opinionis, intelligendi ſunt exprimere voluiſſe, quòd vinum non conſecratum, per contactum particulæ conſecratæ ſanctificationem accidentariam accipiat, non conſecrationem veram, & realem: ceterùm dicendum foret, quòd Sacerdos in Paraſce-

raſceve, quandò facit commixtionem particulæ conſecratæ cum vino non conſecrato, verè conſecraret; & tamen certum eſt, Eccleſiam feriâ ſexta in Paraſceve omnimodam conſecrationem excludere. Neque aliquid evincit miraculum ſuprà relatum, nam illa aqua non fuit converſa in Sanguinem, ſed ſolùm figuram ſanguinis ſuſcepit, ut confunderentur hæretici tunc temporis, realitatem exiſtentiæ Corporis, & Sanguinis Chriſti in Sacramento mordicùs impugnantes, quos medio præfato miraculo voluit Deus confundere. Ceterùm ex continuatà narratione præfatæ hiſtoriæ, conſtat quòd ad reiteratas Epiſcopi, & populi preces, qui ad præfatum miraculum accurrerunt, iterum ſanguinem priſtinam aquæ figuram ſuſcepiſſe, quæ poſtmodùm in tanti miraculi memoriam repoſita fuit in loco ſacro; & quamvis modicum vinum immixtum cum vino jam conſecrato, communior opinio ſit converti defacto in Sanguinem, non ſequitur ex commixtione particulæ conſecratæ cum vino non conſecrato, vinum ex tali contactu particulæ conſecratæ converti in Sanguinem: diſparitas enim eſt, quòd vinum immixtum vino, tranſit in unam & eandem ſubſtantiam homogeneam, continuam, ideoque benè aſſeritur ex tali commixtione vini non conſecrati cum accidentibus vini conſecrati, vinum non conſecratum converti in Sanguinem, quod tamen dici nequit ratione contactus particulæ conſecratæ, cum vino naturali, nam panis commixtus cum vino, non tranſeunt in unam, & eandem ſubſtantiam continuam, homogeneam.

CONTROVERSIA XLXI.

De Epiſtola S. Bernardi ad Lugdunenſes Canonicos, an ſit genuina S. Bernardi, & an in eâdem S. Doctor aſſerverit Mariam Virginem fuiſſe cum originali labe conceptam.

GEnuinum eſſe fetum S. Bernardi, non ſuppoſititium, ut aſſerere contendunt quidam recentiores, evincit ſtilus ipſe epiſtolæ, qui mellifluo dictamini in eâdem uniformis apparet. Suadet etiam authoritas B. Alberti Magni, Thomæ Alenſis, SS. Thomæ & Bonaventuræ, qui eandem indubitanter D. Bernardo adſcribunt. Quia verò ex hâc epiſtolà aliqui probare contendunt S. Doctorem in eà fuiſſe ſententia, ut Deiparam à labe originalis peccati immunem non fuiſſe arbitraretur, ſequentem apologiam hic inſerendam cenſui, quo fiet, ut ergà Beatam Virginem ſinè labe conceptam clientelæ meæ teſtimonium, & mellifluo meo Patri S. Bernardo debiti obſequii argumentum expendam, eundem à contrarià ſententià, cui, ex eo quòd ſcripſit ad Canonicos Lugdunenſes, inhæſiſſe aliqui perperam autumant, vindicando, in cujus rei gratiam.

Sciendum, quòd culpa originalis in duplici ſtatu debet conſiderari, ſcilicèt in ſtatu cauſali, & formali. Satus cauſalis culpæ originalis correſpõdet conceptioni ſeminum, & ſignificat, quòd quotieſcumque ad generationem humanam ſemen infunditur, illud quod eſt procreandum ex tali ſemine, contrahit debitum ex illo inſtanti contrahendi culpam originalem, quando corpore organizato fiet animæ infuſio. Status verò formalis culpæ originalis correſpondet infuſioni animæ, & ſignificat, quòd quotieſcumque in corpore organizato anima infunditur, talis creatura ab illo inſtanti contrahit neceſſariò culpam originalem, niſi concomitante ſpeciali gratià infuſionem animæ, talis creatura abſolvatur à formali

culpa...

culpa originali, quam tamen cauſalitèr habere intelligitur, ratione debiti contracti in infuſione ſeminis. Adeò clara doctrina ab omnibus Theologis accepta, & præcipuè à ſubtili Doctore in lib. 3. ſententiarum, diſtinctione tertiâ, manifeſtè vindicat Doctorem noſtrum ab opinione, quæ ipſi afficitur, quòd adverſa ſenſerit de immaculatâ Conceptione Virginis, quaſi contra hanc proclamaverit.

Habet utique S. Doctor in ſuâ epiſtolâ ad Lugdunenſes, quòd Virgo non fuit ſanctificata in ipsâ ſui Conceptione: ſed de quâ Conceptione loquatur, an quatenus hæc dicit infuſionem ſeminis, vel infuſionem animæ, hoc perſcrutandum? Locutum autem fuiſſe de Conceptione pro ſtatu cauſali, conſtat ex ipsâ epiſtolâ, in quâ legitur: *Aut certè peccatum quomodò non fuit, ubi libido non defuit?* ſed libido non eſt in infuſione animæ, ſed in infuſione ſeminis, ergo S. Doctor quando aſſerit Conceptionem Virginis non fuiſſe ſanctam, loquitur de Conceptione prout dicit ſtatum cauſalem, non verò pro ut ſignificat infuſionem animæ.

In eadem epiſtola, Conceptionem Virginis non fuiſſe ſanctam, aſſerere quis fortè S. Doctorem probaverit, quia ſcribit, quòd ibi non erat Spiritus ſanctificatio, ait enim *Quomodò namque ſanctitas abſque Spiritu ſanctificante, aut ſancto Spiritui ſocietas cum peccato fuit?* Sed ex his verbis manifeſtè colligitur, ſanctum Doctorem loqui de Conceptione ſeminis, in ſola enim Conceptione ſeminis defuit Spiritus ſanctificans, quem adfuiſſe in infuſione animæ apertè profitetur, ut infra ex eodem Doctore probabitur, ergo S. Doctor dum negat Conceptionem Virginis fuiſſe ſanctam, loquitur de Conceptione, prout dicit infuſionem ſeminis, non verò loquitur de Conceptione, pro ut dicit infuſionem animæ, quod adhuc magis declarant ſubſequentia Doctoris verba. *Niſi fortè quis dicat de Spiritu ſancto eam, & non viro conceptam, quod hactenus inauditum.*

Nec ibi valet opponere, quòd nomine Conceptionis communitèr apud Theologos animæ infuſio intelligitur, ut hìnc deducatur ſanctum Doctorem fuiſſe locutum in ſuâ epiſtolâ de Conceptione, prout dicit infuſionem animæ, non verò prout dicit infuſionem ſeminis. Licèt enim verum ſit, quòd nunc communitèr nomine Conceptionis, animæ infuſio intelligitur; antiquitùs tamen vigor Latinæ vocis *Conceptio* frequentiùs retinebatur. Undè ante Seculum XIII. communiùs ſignificabat infuſionem ſeminis. Hinc Calepinus, verbo Conceptio ait: *Concipere mulieres dicuntur, cum genitale ſemen apprehendunt ad fœtum faciendum.* Item, verbum *Concipio* propriùs ſtare, vel ſaltem ſtetiſſe pro infuſione ſeminis, probatur etiam ex ſac. Pag. Hìnc Geneſis 9. legitur. *Ad unum igitur coitum mulier concepit.*

Et certè S. Bernardum non niſi de Conceptione ſeminis locutum fuiſſe, dum dixit Conceptionem Virginis non fuiſſe ſanctam, ex eò ſatis patet, quòd reprobat Lugdunenſes, eo quòd tale Feſtum die 8. Decembris celebrarent, in quò die creditum eſt, ſequutum fuiſſe coitum generationis illius, quandoquidem communis ſenſus eſt Virginem, novem ab hinc menſibus, die 8. Septembris natam fuiſſe.

Nec obeſt quòd Eccleſiâ celebret Feſtum Conceptionis die 8. Decembris, quaſi hìnc poſſit deduci Conceptionem Virginis ſanctam fuiſſe, prout Conceptio dicit infuſionem ſeminis, nam cum incertum ſit quo die fœtus animetur in utero, rectè Eccleſia decrevit, ut illo die celebraretur Feſtum Conceptionis, quo incœpit illud Corpus ædificari, in quo Verbum debebat incarnari, quaſi exultans de proximo Myſterio Redemptionis, ad quod perficiendum, incæptum eſt præparari corpus Mariæ, quæ Mater Verbi erat jam ab æterno deſtinata.

Hìnc patet quomodò Virgo Deipara, verè fuit immunis ab originali peccato, quod probatur diſertis verbis

ejuſ-

ejuſdem Doctoris, ſermone 1. ſuper Salve Regina. *Libanus Mons, qui dicitur dealbatio, altam præ omnibus ſignat innocentiam tuam. Innocens fuiſti ab originalibus, & actualibus peccatis, nemo itaque præter te. Unde authoritas Auguſtini, cum de peccatis agitur, nullam de Beata Maria volumus fieri mentionem, & ex eò enim majorem credimus ei fuiſſe virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere & parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum. Ex omni, inquit, parte hoc eſt ex parte originalis, & ex parte actualis peccati.*

Hos autem ſermones ſuper Salve Regina eſſe Beati Bernardi, quidquid alii contrà clamitent, probat collatio cum Archetypis facta ſummo labore à Monachis Clarevallenſibus, ut refertur in additione operum S. Doctoris, anno 1515. Inſuper hos ſermones tanquam genuinos S. Doctoris recipiunt S. Bonaventura, Gerſon, Petrus Aureolus, Petrus Caniſius, Franciſcus Suarez, teſtes omni exceptione majores, quibus adnumerari poteſt Card. Bellarminus; nam licèt in lib. de Script. Eccleſiaſticis illud opus à germanis S. Bernardi operibus rejicere videtur; tamen non ſemel in controverſiis utitur illius, tanquam germani operis, authoritate, ita ut nullus remaneat dubitandi locus, & quidquid in contrarium poſſet adduci ad probandum citatos ſermones non eſſe ſancto Doctori adſcribendos, ſolvit abundè Franciſcus Bivarius in ſuo opere, cui titulus *Beati Patres vindicati*. Probatur adhuc ex eodem Doctore ſermone 10. in Cœna Domini. *Non eſt in Filiis hominum magnus vel parvus tanta præditus ſanctitate, nec tantæ religionis privilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrem Immaculati, peccatum non facientis, ſed peccata mundi tollentis, de quâ, cum de peccatis agitur, nullam prorſus volo habere quæſtionem.*

Item ſerm. de Aſſumptione, cujus initium *De gaudiis properamus ad gaudia*, legitur, *Caro Virginis ex Adam aſſumpta, maculas Adam non admiſit.* Poſſunt etiam ex multis Doctrinis deduci validiſſima argumenta, ad probandum qualitèr S. Doctor Beatam Virginem peccatum originale non contraxiſſe aſſervit. Miror tamen, quomodò qui alitèr ſentiunt, totam vim ſuorum argumentorum reponant in illâ epiſtolâ ad Lugdunenſes, cujus epiſtolæ clauſula totam illorum machinam deſtruit. Jam omnibus notum, quòd tempore Doctoris, nundum Romana Eccleſia decreverat celebrandum feſtum Conceptionis, licet jam alicubi, apud pios fideles hic uſus invaluiſſet. Optabat autem S. Doctor, nullum Feſtum celebrari abſque authoritate Eccleſiæ Romanæ, cui ſemper obſequentiſſimus fuit. In fine autem citatæ epiſtolæ, Eccleſiæ Romanæ ſe ſubmittit judicio, ergo ſi nunc judicium magis acceptum Romanæ Eccleſiæ eſt, Mariam Virginem fuiſſe ſinè labe conceptam, jam tali judicio ſubſcribit Doctor in epiſtolâ ad Lugdunenſes, cujus hæc eſt clauſula. *Quæ autem dixi, abſque præjudicio ſanè dicta ſunt ſanius ſapientis Romanæ præſertim authoritate Eccleſiæ, atque examini totum hoc, ſicut & cetera, quæ ejuſmodi ſunt, reſervo, ipſius, ſi quod alitèr ſapit, paratus judicio emendare.*

Objicies. Ex Doctore ſerm. 2. de Aſſump. *Quòd ſi originalem à parentibus maculam traxit, ſed minùs à Jeremia ſanctificatâ in utero, aut non magis à Joanne Spiritu ſancto repletam credere prohibet pietas Chriſtiana.* Ex quibus Doctoris verbis intelligunt deducere alii de ejuſdem mente Mariam fuiſſe, ſicut & cæteros, originali contagio infectam, quandoquidem ait Doctor, ab originali peccato fuiſſe mundatam.

Reſpondeo 1. in allato textu Doctorem loqui non aſſertivè, ſed conditionatè: particula enim *Quòd ſi*, eſt particula conditionalis, proindè Doctor ait, *Quòd ſi Maria originalem maculam traxit*, quod idem eſt,

ac

ac dicere, in ſuppoſitione quòd traxerit, ſuit tamen magis ſanctificata quàm Jeremias, & Joannes. Inſuper Doctorem locutum fuiſſe conditionatè, denotāt illa verba *omni modo*, quæ non conjunctim, ſed ſeparatim accipienda ſunt, & faciunt hunc ſenſum: *quomodocumque res ſe habeat*, qui modus loquendi non eſt aſſertivus, ſed relinquit quęſtionem indeciſam. Intendit itaque Doctor oſtendere, quòd ſivè Maria Originalem maculam contraxerit, ſivè non, fuit excellentiùs ſanctificata præ cęteris Sanctis, & mundata à culpa originali, non quæ de facto fuerit in Mariâ, ſed quæ fuiſſet, niſi gratia præceſſiſſet.

Sed adhuc magis Doctorem vindicat ſequens expoſitio allati textus, ſi aſſeratur cum reliquis SS. PP. in ſemine antè vivificationem eſſe quamdam maculam, ſcilicèt debitum contrahendi culpam originalem formalem, quod debitum ſupradiximus poſſe vocari culpam originalem cauſalem; fuit itaque Maria mundata ab omni originali contagio, quandoquidem Deus fecit, ne poſt culpam cauſalem, quæ utique inerat ſemini, ſequeretur culpa formalis. Hinc benè dicitur mundata ab originali contagio, ſcilicèt preſervata à culpâ formali; cęterùm jam ſibi contradiceret Doctor, ſi in allato textu loqueretur de culpa originali actuali, cum talem culpā Mariam non contraxiſſe, alibi Doctor explicitè aſſerverit, ut conſtat ex locis ſupracitatis. Hæc pro mea devotione erga ſanctiſſimam Virginis Conceptionem, atque pro dilectione Bernardi Parentis dicta ſint, in quibus nullatenus puto me deſeciſſe à veritate. Nec propltereà quis exiſtimet, me Doctoribus, qui oppoſitum aſſerverunt, ullomodo id in culpam vertere, aut minus pios in Beatiſſimam Virginem putare. Dixerunt enim, cum licuiſſet, quod ſibi, duce ratione, & intentione ſancta, dicendum videbatur.

BIBLIOTHECA POLEMICA

Ex Selectioribus tam antiquis, quàm modernis Scriptoribus inſtructa.

LECTORI.

LEXICOGRAPHA ad perſtringendum paucis, quæ pluribus ſunt diſperſa in voluminibus, inſtituta ſunt in literarià Republica. Quapropter, quicumque in aliqua materia Lexicon componendum aſſumunt, niſi velint tranſgredi limites, quibus ex fine ſuæ inſtitutionis illud circumſcribitur, adamuſſim nequeunt omnes difficultates ad trutinam revocare, quæ circà facultatem, de qua in opere agitur, occurrunt; quod mihi in hujus elucubratione operis meditanti, proprià perſuaſum eſt experientià. Ut igitur pleniùs eorum genio ſatisfacerem, qui fortè uberiorem, circà aliquam hæreſim reprobandam, expetere poſſent notitiam, pro hujus Operis complemento, opportunum duxi præſentem Bibliothecam Polemicam, ex ſelectioribus tam antiquis, quàm modernis Scriptoribus comparatam, ſubnectere; in qua Authores innuo, qui cum unum tantùm, aut alterum hæreticum impugnandum ſibi propoſuerint,

copioſiùs valuerunt diſſerere. Hos inter authores, aliquos etiam hęreticos inſerui, qui ex profeſsò aliquam hæreſim impugnarunt: ex quo faciliùs colligitur opinionum, quas Novatores profitentur, inſubſiſtentia; quandoquidem hęreſes ipſismet hęreticorum gladiis jugulatæ conſpiciuntur. Accipe benigne Lector, eà, quà tibi exhibeo humanitate, hoc tenuitatis meæ circà Polemicam facultatem adminiculum. Vale.

BIBLIOTHECA
POLEMICA.

A

ABrahamus Bzovius, Ordinis Prædicatorum, ſcripſit De Romano Pontifice. *Coloniæ* 1619.

Abrahamus Ecchellenſis, ſcripſit Concordiam nationum Chriſtianarum in fidei Catholicæ dogmatibus. *Moguntiæ* 1655. De origine nominis *Papæ. Extat in Bibliot. Rocabert. tom.* 1.

Acacius, Melitenes Epiſcopus, edidit in Synodo Epheſina Orationem contra Neſtorium.

Accoldus, Florentinus, Dominicanus, ſcripſit contra Saracenos.

Adamus Braduadinus, Anglus, ſcripſit contra Pelagianos, & alios fidei hoſtes.

Abramus Burghaber, Veltlenſis in Bavaria, Societatis Jeſu, publici juris fecit Diſcuſſionem Theologicam Adiaphoriæ, an quilibet in ſua fide ſalvari poſſit. *Monachii* 1655.-- Apologiã Irenici Catholici Thomæ Henrici, Epiſcopi Chryſopolitani, contra Irenicum Catholico-euangelicum. Germanicè. *Friburgi Briſgojæ* 1673.

Adamus Contzen, S.I. præter Defenſionem Card. Bellarmini, De gratia primi hominis, & ejuſdem lib. de peccato, contra Danielem Pereum, inſcriptam Crudelitas, & Idolum Calviniſticum, edidit Jubilum Jubilorum, Jubilæum Euangelicum, & pias lachrymas Catholicorum. *Moguntiæ* 1618.—Semen hæreticorum. *Ibidem.* 1619.—Palmam ſecularem Lutherano-Euangelicam, pluraque alia, tum Latinè, tum Germanicè.

Adamus Eſtonius, Anglus, Benedictinus, S. R. E., titul. S. Cæciliæ Presb. Cardin. ſcripſit lib. 1. De poteſtate Eccleſię. Defenſorium Eccleſiæ. Opus vitæ contra hęreticos: & Græcè, De veritate Catholica.

Adamus Sasbodus, natus Delphis Batavorum, Ord. Min. ſcripſit Explicationes in omnes Pauli Epiſtolas, in Iſaiam Prophetam, pręmiſſo tractatu de Scripturarum ſenſibus, in quibus operibus hæreticorum inſanias, refellit. *Coloniæ* 1576.

Adamus Tannerus, Germanus, S. I. plura ſcripſit, inter quæ De verbo Dei ſcripto, & non ſcripto, & De Judice controverſiarum fidei. *Monachii* 1599. De bonorum operum neceſſitate, utilitate & meritis. *Ibidem* 1602. De juſtificatione contra Hailbrunerum. Lutherum, ſeu Anotomiam confeſſionis Auguſtanæ. *Ingolſtadii* 1613. Antichriſtũ decem præſcriptionibus proſcriptum. *Ibidem* 1630. Hæreticum Lutheraniſmum contra Hailbrunerum. *Ibidem* 1600. *Germanicè*. Dioptram fidei de Miſſa, & Communione ſub utraque ſpecie. *Ibidem* 1617. *Germanicè*. Antymilium, quo demonſtrat Lutherum nunquam ſenſiſſe, aut vixiſſe ſecundùm Apoſtolicam doctrinam. *Ibidem* *Germanicè*. Manuductionem, ſeu decem demonſtrationes pro veritate Eccleſiæ Catholicæ Romanæ. *Ibidem*. *Germanicè*.

Ada-

Adamus Walaſſer, Germanus, edidit Clypeum Catholicæ fidei adversùs ſectas noſtri ſeculi. *Dilingæ*. Galeam ſalutis, in quâ agitur quæ nam ſit vera fides. *Ingolſtadii*.1572.

Adamus, ex Ordine Ciſtercienſi Abbas Loci-regii in Anglia, ſcripſit ad Cantuarienſem Epiſcopum, librum De cavendo ab hæreſi, & hæreticis, maximè Wicleffiſtis.

Adeldannus, qui vixit undecimo ſeculo, ſcripſit Epiſtolam ad Berengarium de veritate Corporis, & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia.

Adelmannus, Scholaſticus Leodienſis (fortè idem qui ſupra) Epiſcopus Brixinenſis, ſcripſit ad Berengarium incipientem errare, Librum unum de Corpore, & Sanguine Domini. *Pariſiis* 1610. Item, Epiſtolam de eadem re ad Paulum Metenſem Primicerium.

Adelmus, ſive *Aldelmus*, Anglus, ex Abbate Ordinis S. Benedicti, Epiſcopus SaxonumOccidentalium, ſcripſit Librum adversùs errorem Britonum de celebratione Paſchæ, & de laudibus virginitatis, contra aliquos eorum errores.

Adelphus, Abbas Ordinis S. Benedicti, ſcripſit Librum unum contra Saracenos.

Adeodatus Gentilis, Januenſis, Ord. Pręd. ſcripſit Tractatus de Auxiliis Divinæ gratiæ. De poteſtate Summi Pontificis.

Adolphus Schulckenius, Germanus, edidit Apologiam pro libello Cardinalis Bellarmini de poteſtate Papæ in rebus temporalibus, adversùs Reg. Weidbrechtenum. *Coloniæ* 1613.

Adrevaldus, Monachus Floriacenſis, Ord. S.Benedicti, ſcripſit Librum de Corpore, & Sanguine Domini, adversùs Joannis Scoti ineptias.

Adrianus Commius, Belga, S.I. patriâ linguâ ſcripſit Controverſiam de S. Petri Primatu, ſive prærogativâ Sedis Apoſtolicæ, adversùs calumnias Jacobi Triglandii, miniſtri Calviniani apud Amſtelodamenſes. *Antuerpiæ*.

Adrianus Finus, Ferrarienſis, edidit librum inſcriptum, Flagellum Judæorum. *Venetiis* 1573.

Adrianus Jungius, Polonus, S.I. edidit Artes, & impoſturas novi Euangelii magiſtrorum. *Poſnaniæ* 1589. Confutationem epiſtolę Joannis Cappii Pſeudo-miniſtri, in qua propugnatur Catholica veritas circa tranſubſtantiationem panis, & vini in Sacramento Euchariſtię. Refutationem libelli adversùs Miniſtro-machiam Stanislai Reſcii. Synopſim novi Euangelii de moribus, fructibus, characteribus, & horrendis, atque implacabilibus diſſidiis ſectariorum hujus temporis. *Poſnaniæ* 1595. *Polonicè verò*. Quinquaginta duarum propoſitionum à Pſeudo-euangelicis Miniſtris in Polonia Jeſuitis propoſitarum, Analyſim, cum refutatione cujuſdam libelli Calviniani adversùs ſacras Imagines. *Poſnaniæ* 1593.

Adrianus & Petrus de Walenburch, Epiſcopi, opus præclariſſimum compoſuerunt, prænotatum Tractatus generales de controverſiis fidei. *Coloniæ Agrippinæ* 1670.

Adrianus Radziminski, Polonus, S.I. edidit vulgari ſermone Diſputationem, quam cum Arianis habuit Levartoviæ, & in aliis locis Palatinatus Lublinenſis, quà tantas in anguſtias Prędicantem adegit, ut victum ſe palàm profiteretur.

Adrianus Valentinus, Venetus, ex Ord. Pręd. Juſtinopolitanus Epiſcopus, ſcripſit De Sacramento Euchariſtiæ contra Calvinum, & contra Matthæum Giribaldum, &, De inquirendis hæreticis.

Aegidius Carlerius, Cameracenſis Eccleſię Decanus, ſcripſit Defenſorium Eccleſiæ. De perpetua virginitate B. Mariæ. Contra Iconomachos. Pro cœlibatu. *Bruxellis* 1478. Tractatus contra certas propoſitiones, & additiones malè ſonantes in materia auctoritatis clavium Eccleſiæ. M.S. *in Bibliot. Collegii Navarrici*. Tractatus ſuper diverſis erroribus, in materiis de ſanctitate B. Virginis. Reprobationem & cenſuram articu-

ticulorum per quemdam delirantem aſſertorum contra Sacramentum Euchariſtiæ, & alia multa, inter quæ Orationem habitam in Concilio Baſileenſi, quà vicit Nicolaum Thaboritam, circa ſecundum articulum Bohemorum.

Aegidius Columnius, Auguſtinianus, & S.R.E. Cardinalis, inter alia ſcripſit contra errores hęreticorum. De Corpore Chriſti theoremata 50.

Aegidius de Gallutiis, Bononienſis, Ord. Pręd., Cretenſis Archiepiſcopus, reliquit poſt ſe Opus inſigne contra Beguardos, & Beguinas, eorumque errores. M.S. *Bononię in Bibliot. ſui Ordinis*.

Aeneas Gazæus, Philoſophus Chriſtianus, ſcripſit De animarum immortalitate, & corporum reſurrectione. *Temporibus Zenonis Imperatoris*.

Aeneas, Pariſienſis Epiſcopus, juſſu Nicolai I. Papæ ſcripſit Librum de erroribus Græcorum.

Aetterianus, ſcripſit De hęreſibus.

Agnellus, Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Arminium contra Arianos.

Agobardus, Lugdunenſis Epiſcopus, ſcripſit adversùs dogma Felicis Urgellitani Epiſcopi.

Agrippa, cognomento *Caſtor*, ſcripſit contra hæreſim Baſilidis.

Alanus Copus, Anglus, ſcripſit contra Summi Pontificatus oppugnatores. *Lovanii* 1572.

Alanus, Inſulis natus, è Monacho Ciſtercienſi, Antiſiodorenſis Epiſcopus, inter plura, quę ſcripſit, edidit Libros tres contra Waldenſes, Albigenſes, Judæos & Paganos. *Pariſiis, typis Papirii Maſſoni*.

Alardus, Aemſtelredamus, ſcripſit Diſſertationem contra Anabaptiſmum.

Albericus, ex Monacho Caſſinenſi, S.R.E. Cardinalis, ſcripſit Librum de Corpore & Sanguine Domini contra Berengarium.

Albertinus, Mantuanus, Auguſtinianus, ſcripſit De Corpore Chriſti Domini.

Albertus de Albertis, Tridentinus, *S. I.* edidit Generales vindicias adversùs famoſos Gaſparis Scioppii libellos, & ejuſdem ingenii, ſpiritus, ac morum lydium lapidem. *Monachii* 1649.

Albertus Alderiſius, ſcripſit De hæreſibus. *Neapoli* 1683.

Albertus Ballii, Sabaudus, ex Clerico Regulari S. Pauli, Auguſtæ Prætoriæ Epiſcopus, edidit Diſputationes contra hæreticos de Traditionibus. *Pali in Banearnia*.

Albertus Hungarus, ſcripſit Diſputationem Theologicam de Tranſubſtantiatione in ſanctiſs. Euchariſtiæ Sacramento. *Ingolſtadii* 1587. De peccato originis. *Ibidem* 1578. De medio Eccleſię Catholicæ adversùs novos, & veteres Extremiſtas. *Ibidem* 1586. Orationem de conſenſu Theologiæ Lutheri, cum Philoſophia Epicuri. *Ibidem* 1582. Defenſionem Scripturæ ſacræ contra Pſeudo-ſcripturarios Lutheranos, & Calvinianos. *Ibidem* 1582. Theſaurum Chriſtianarum precationum, illuſtratum adversùs novas, & veteres hæreſes. *Ibidem* 1580.

Albertus Laski, Palatinus, Polonus, edidit Epiſtolam ad hæreticos in Polonia miniſtros, & alteram cum cenſura doctiſſimi viri ad eundem Palatinum. *Dilingæ* 1571.

B. *Albertus Magnus*, ex Ordin. Præd. inter alia plurima, ſcripſit De hæreſibus. De vera Religione. De Eccleſiaſticis dogmatibus.

Albertus Patavinus, dictus Novellus, Auguſtinianus, ſcripſit adversùs Hebręos de Adventu Meſſiæ. *M. S. Patavii in Bibliot. Auguſtiniana*.

Albertus Pighius, natus Campis Tranſiſelanę ditionis, ſcripſit De Miſſa adversùs Lutheranos. De libero arbitrio contra Calvinum. Aſſertionem Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Rationem componendorum diſſidiorum. De controverſiis in Comitiis Ratisbonenſibus. *Coloniæ* 1572.

Albertus Pius, Carporum Comes, edidit Reſponſionem ad Eraſmi Roterodami expoſtulationem. *Pariſiis* 1520.

1529. De Primatu S. Petri.

Albertus de Placentia, Dominicanus, ſcripſit Summam bipartitam adversùs hæreſes.

Albertus Rozcizenuski, Polonus S. I. impugnavit Libellum venenatum cujuſdam miniſtri Calviniani, qui contendebat Pontificem Maximum à dœmone miſſum. Orationem contra Andream Volenum, Sacramentarium, qui Clementi VIII. ſuaſerat impudentiſſimè Pontificatus abdicatiônem.

Albertus de Sartiano, Ord. Min. ſcripſit contra Martyrum vituperatores.

Albertus Sperlingius, edidit De majeſtate, & præſentia Corporis Domini, adversùs Jacobum Smidelinum. *Ingolſtadii* 1565.

Albertus Theoboleius, Polonus, S.I. publici juris fecit Diſputationem celebrem contra Arianos.

Albertus Wiuk Koialowicz, Lithuanus, S. I. publicavit colloquia Theologi cum miniſtro, de diſſidio in rebus fidei inter Catholicos, & Calvinianos. *Vilnæ* 1652. Colloquia Theologi cum diſſidente in Religione, de ſincero & non adulterato uſu ſanctę Scripturæ ad probandos articulos fidei. *Caliſſii* 1667.

Alchimus, ſive *Alcimus Avitus*, edidit Dialogos adversùs Arianam factionem. Libellos duos adversùs Neſtorianos, Eutychianos, Sabellianos & Pelagianos, occaſione Fauſti Rhegienſis Epiſcopi in Gallia, qui ad Pelagianos defecerat.

Alchuinus Flaccus, ſive *Alcuinus*, vel *Albinus*, Monachus S. Benedicti, ſcripſit Confeſſionem fidei lib. 1. De Sancta Trinitate libros tres.

Alexander III., ſcripſit Epiſtolam ad Arthaudum Priorem Alveriæ, de ſchiſmate illius temporis. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 24.

Alexander VI. edidit Clypeum defenſionis fidei. *Argentorati* 1497.

Alexander VII. publicavit Conſtitutionem de formula, cui ſubſcribendum, adversùs propoſitiones Cornelii Janſenii. *Extat in Concil. Labbe tom.* 14.

Alexander, Alexandrinus Epiſcopus, datis epiſtolis Arii hęreſim detexit, & impugnavit.

Alexander, Achillæ ſucceſſor, Epiſtolà ad Aiglonem Epiſcopum miſſa, Arii errores refellit.

Alexander Carrerius, Patavinus ſcripſit De poteſtate Romani Pontificis adversùs impios Politicos. *Patavii* 1599.

Alexander de Clipido, ſcripſit De authoritate Eccleſiæ.

Alexander de S. Elpidio, Magiſter Generalis Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit De poteſtate, unitate & paupertate Eccleſiæ. *M. S. Cremonę in Bibliot. Auguſtiniana.*

Alexander Fiechettus, Sabaudus, S.I. extulit Trophæum Crucis adversùs libros Marci Vulſonis Conſiliarii Gratianopolitani, Calviniſtæ. *Gratianopoli* 1640.

Alexander Lycopolita, Ægyptius, ex Gentili Manichæus, indè Catholicus, ſcripſit librum de Manichæorum placitis, ubi eorum dogmata ſolidè confutat.

Alexander Regourdus, Gallus S. I. Gallicè publicavit Artem reducendi hæreticos ad fidem Catholicam. *Pariſiis* 1630. Anti-Calvinum, & alia.

Alexander à Turre, Cremenſis, edidit opus inſcriptum De fulgenti radio Hierarchiæ Eccleſiæ militantis: lib. 10. *Romæ* 1588.

Algerus Scholaſticus, Monachus S. Benedicti, ſcripſit de Corpore, & Sanguine Domini contra Berengarium. De gratià, & libero arbitrio.

Allatius Leo, inter plurima, quibus illuſtravit Eccleſiam, opera, ut videre eſt in libris ab ipſo editis, ſcripſit etiam Confutationem fabulæ de Joanna Papiſſa, aliaque ad Græcorum ſchiſma convicendum utilia.

Almericus Giliani, Placentinus, ex Ord. Præd. ſcripſit Codicem adversùs hæreſes ſui temporis in Vienenſi Concilio damnatas, juxta principia D. Thomæ Aquinatis.

Aloy-

Aloyſius Marlianus, Mediolanenſis, & Epiſcopus, ſcripſit contrà Lutherum.

Aloyſius Richardus, Germanus Znoymenſis in Moraviâ, Germanicè edidit contrà errores Chemnitii, Doctoris heretici. Reſponſum ad diſcurſum quemdam duorum Lutheranorum, contrà ſcriptum Doctoris cujuſdam Catholici. Victoriæ ſcriptum adversùs Chemnitlum. *Vratislaviæ.*

Aloyſius Richeomius, Gallus, ſcripſit de Imaginum veneratione.

Alphanus, ex Monacho Caſſinenſi, primus Salernitanus Archiepiſcopus, ſcripſit De unione Verbi Dei, & hominis.

Alphonſus à Caſtro Zamora, Ordinis Minorum, ſcripſit libros tres De juſta hæreticorũ punitione, & libros 14. adversùs omnes hæreſes. *Pariſiis* 1578.

Alphonſus Fernandez, Dominicanus, Hiſpanus, edidit Concertationem prædicatoriam pro Eccleſia Catholica contrà hæreticos, Gentiles, &c.

Alphonſus de Herrerâ, ex Ord. Præd. Legionenſis, ſcripſit De valore bonorum operum contrà Lutherum.

Alphonſus Mendez, Luſitanus, S. I. in ſuo Catechiſmo Æthiopico agit de erroribus Æthiopum, quos & confutat.

Alphonſus Piſanus, Toletanus, S. I. ſcripſit De abſtinentia & continentia, ac de Apoſtolico cœlibatu. *Coloniæ* 1579. De quæſtionibus fidei controverſis. Catholicam reſponſionem ad epiſtolam D. Jacobi Niemorenski de Eccleſia, & Pontifice. *Poſnaniæ* 1585. Confutationem brevem 13. errorum apud ſectarios noſtri ſeculi, circà ſeptem Eccleſiæ Sacramenta. *Ibidem* 1587.

Alphonſus Polus, Canonicus Conchenſis in Hiſpania, ſcripſit adversùs Sacerdotes concubinarios. *Venetiis* 1529.

Alphonſus Riccius, Bergomenſis Ord. Præd. ſcripſit celeberrimam quæſtionem adversùs hæreticos ſui temporis.

Alphonſus de Sancta Maria, Hiſpanus, Epiſcopus Burgenſis, edidit Defenſorium fidei.

Alphonſus à Spinâ, Hiſpanus, ex Judæo Chriſtianus, poſteà Minorita, proprio nomine ſuppreſſo, ſcripſit Fortalitium fidei. *Lugduni* 1511.

Alphonſus Toſtatus, Hiſpanus, ſcripſit contrà Sacerdotes concubinarios. De Sanctiſſima Trinitate. De poteſtate Papæ. De Indulgentiis. Impugnatorium Alcorani.

Alphonſus de Virves, ex Monacho S. Benedicti Epiſc. Canarienſis, edidit opus contrà Philippum Melancthonem, inſcriptum Philippicæ diſputationes adversùs Lutherana dogmata, per Philippum Melancthonem defenſa. *Antuerpiæ* 1541.

Alvarus Gomez, de Cividad Real, ſcripſit De profligatione beſtiarum, adversùs hæreſiarchas.

Alvarus Pelagius, Hiſpanus, Ord. Min. Epiſcopus Coronenſis in Achaiâ, poſteà Silvenſis Luſitanorum in Algarbiis, præter opus inſigne De planctu Eccleſiæ, ſcripſit & aliud, cui titulus Collyrium adversùs hæreſes. MS. in Bibliot. Vaticanâ, & Apologiam contrà Marſilium Patavinum. *Ulmæ* 1474.

Alypius, Presbyter, ſcripſit Epiſtolam ad Cyrillum, ut adversùs Neſtorii hæreſim viriliter agat.

Amandus, Vengionum Epiſcopus, ſcripſit adversùs Arianos.

Ambianenſe Colloquium intèr Franciſcum Veronum, & Adrianum Nucherum de venerabili Altaris Sacramento, ex ſolis Bibliis Genevenſibus, ex Gallico in Latinum translatum. *Ingolſtadii* 1616.

Ambroſius, Alexandrinus genere, cujus meminit S. Hieronymus, ſcripſit adversùs Apollinarium volumen multorum verſuum de Dogmatibus.

Ambroſius Buſti, Vercellenſis, Ord. Præd. intèr reliqua ſcripſit De ſeptem Eccleſiæ Sacramentis contrà hæreſes. De Primatu Petri. De Indulgentiis. De invocatione Sanctorum. De cultu ſacrarum Imaginum. De Purgatorio. De Suffragiis.

Ambroſius Camaldulenſis, Abbas

Florentinus, edidit Tractatum de Spiritu ſancto contrà Græcos. De Sacramento admirabilis Corporis Chriſti.

Ambroſius Catharinus Politus, ex Ord. Præd. Archiepiſcopus Compſanus, ſcripſit contrà Bernardinum Ochinum, & Lutherum. Speculum hæreticorum. De veneratione Sanctorum. De cœlibatu adversùs Eraſmum. Libros quinque contrà Lutherum. *Florentiæ* 1521.

Ambroſius Coranus, ſivè *Coriolanus*, Auguſtinianus, ſcripſit De immortalitate animæ. De veritate fidei Catholicæ.

Ambroſius Flandinus, Neapolitanus, Epiſcopus Samoſenſis, ſcripſit. De animorum immortalite contràPetrum Pomponatium, Mantuanum, Dominicanum, qui volumen compoſuerat, quo animas rationales, poſt corporis mortem interituras, ex ſententia Ariſtotelis,Aphrodiſei,& aliorum probare conabatur. Quòd non ſit abroganda Miſſa. Quòd verum Sacerdotium translatum sit à Chriſto in Petrum, & ſucceſſores, adversùs Martinum Lutherum. De vera ſide Catholica contrà Lutherum.

S. Ambroſius Mediolanenſis Archiepiſcopus, & Doctor Eccleſiæ, quantùm laboraverit pro fide Catholicà, quotque pro ea defendenda, præſertim contrà Arianorum perfidiam, ærumnas pertulerit,& egregia opera ediderit, cuicumque illa legenti ſtatim occurret.

Ambroſius Pelargus, Ord. Præd. Germanus, ſcripsit contrà Anabaptiſtas, Iconomachos & Theomachos. Confutationem Concilii Œcolampadii, contrà dilationem Baptiſmatis. Annotationes in errores Eraſmi. De Sacrificio Miſſæ ad Senatum Baſileenſem. De cœlibatu Sacerdotum. In Eleuthero baptiſtas hæreticos. *Vormaciæ* 1541. Hieraſpiſmum, sivè Apologiam pro ſanctiſſima Euchariſtià contrà Œcolampadium.

Ambroſius de Pennaloſa, Mondejarensis, S. I. edidit De Spiritus ſancti, & Chriſti Divinitate, necnon ſanctiſſimæ TrinitatisMyſterio contrà Judæos,Photinum, Eniedinum,alioſque veteres,ac novos Arianos. *Viennæ Auſtriæ* 1635.

Ambroſius Quiſtellius, Auguſtinianus, opus egregium ſcripsit adversùs Philoſophos, eos ſcilicet, qui aſſerunt Divinam Scripturam non poſſe percipi, nisi ab illis, qui bonam vitæ partem in lectione Ariſtotelis contriverint. *Venetiis* 1537.

Ambroſius Ruſconus, Mediolanensis, Ord. S. Benedicti,edidit Triumphum veritatis Catholicæ, adversùs omnes hæreſes, & earum Authores. *Venetiis* 1619.

Ambroſius Spieira, Ordinis Servorum, plura pro Catholica fide ſcripsit, ut patet in ejus operibus editis *Venetiis* 1485.

Ambroſius Stuc, Dominicanus, ſcripsit De Sacrificio Miſſæ Senatui Basileensi contra hæreticos. Volumen contrà Lutherum, & De cœlibatu Sacerdotum.

Ambroſius Vignatus, Taurinensis, ſcripsit Tractatum de hæresi, cum commentariis Franciſci Pegnæ.*Romæ* 1581.

Amedeus Chirolus, edidit De legitimo proponente res fide credendas. *Extat tom.3. Bibliot.Rocaberti.*

Ammonius, Ægyptius, Presbyter Alexandrinus, ſcripsit adversùs hæreſes Eutychetis, Dioſcori, & contrà Monophysitas.

Amphibalus, Theologus Britannus, ſcripsiſſe dicitur adversùs Gentilium errores.

Amphylochius, Iconii Epiſcopus, ſcripsit De Spiritu ſancto. Contrà Dioſcorum pro ſancta, & Oecumenica Synodo ſecunda. Contrà Judæos. Arianos, & Pneumatomachos, sivè Macedonianos.

Amulo, Lugdunensis Epiſcopus, ſcripsit Librum adversùs Gotheſcalcum, & contrà Judæos.

Anaſtaſius, Abbas Monaſterii S. Euthymii in Palæſtina, ſcripsit Librum contrà Judæos.

Anaſtaſius, Monachus & Diſcipulus S. Maximi C. P. ſcripsit Epiſto-

lam

lam ad Monachos Calaritanos in Sardinia, contra Monothelitas hæreticos.

Anaſtaſius, Nicæn. Epiſcopus, Græcè ſcripſit Reſponſionem ad Orthodoxorum aliquot interrogationes de diverſis capitibus Eccleſiaſticis.

Anaſtaſius, Patriarcha Antiochenus, qui & Sinaitas, ſcripſit Libros quinque de rectis dogmatibus; De Sanctiſſima Trinitate, & de Incarnatione.

Andeclus, Lictavienſis, Capuccinus, Gallus, edidit Summam doctrinæ, quam tenet Eccleſia Catholica Romana (cum breviario errorum, & hæreſeon, quas docet Eccleſia prætenſa Reformata Calviniſtarum. Collationem amabilem inter duos Gallos, Catholicum unum, alterum Calviniſtam circa materias fidei controverſas. Statum deplorabilem Eccleſiæ Calviniſticæ. Interrogationes juſtas, quas faciunt Catholici Calvini ſectariis, ad eos ab errore liberandos. Incitamenta converſionis nobilis Dominæ *Alexandrinæ de Roubiae*, viduæ Domini *De Tardivon*. Adorationem veri Dei, in qua oſtenditur, quòd Calviniſtæ graviſſimè errant, dicendo Deum non debere adorari in Eccleſiis, in Sacramento Altaris, & in Imaginibus. Defenſionem Purgatorii. Monita amabilia ſectariis Calviniſtæ religionis.

Andreas Bilius, Mediolanenſis, Auguſtinianus, inter plurima præclari ingenii monumenta, ſcripſit Pro ſuſcipienda adversùs Bohemos expeditione. *MS. in Bibliot. S. Marci Mediol.* De pace & victoria Romanæ Eccleſiæ ad Nicolaum Bononienſem, Ord. Ciſtercienſis Cardinalem.

Andreas de Caſtellano, Hiſpanus, Ord. Min. typis edidit librum prænotatum Miſſionarius Apoſtolicus contra hæreticos.

Andreas Duvallius, ſcripſit De ſuprema Pontificis poteſtate contra Vigorium. *Extat in Bibliot. Roeaberti tom. 7.*

Andreas de Eſcobar, Benedictinus, obtulit Sanctiſſimo Domino noſtro Eugenio IV. legitimo, & indubitato Pontifici Tractatum copioſum contra 50. Græcorum errores. *Extat MS. in Bibliot. Vaticana.*

Andreas Eudæmon, Græcus, S. I. in varios hæreticos calamum acuit, ſcripſitque Caſtigationem Lamberti Danæi, Calviniani miniſtri, pro Cardinalis Bellarmini Controverſiis. *Ingolſtadii* 1605. De Antichriſto lib. 3. adversùs Robertum Abbatum, Anglum Oxonienſem. *Ibidem* 1609. Caſtigationē Apocalypſis Apocalypſeos Thomæ Brichtmanni Angli. *Coloniæ* 1611.

Andreas Fabritius, Leodienſis, ſcripſit De defectionibus & ſchiſmatibus noſtri temporis in Religione. Contra Confeſſionem Auguſtanam. *Coloniæ* 1573.

Andreas Gerard, Vapincenſis, S. I. Gallicè ſcripſit De rebus fidei controverſis, ubi Calviniſtas ex eorum principiis erroris convincit. *Gratianopoli* 1661.

Andreas Jurgevicius, Canonicus Vilnenſis in Lituania, edidit Bellum quinti Evangelii contra Genevenſes, & Sendomirienſes. Harmoniam, & conſenſum. *Coloniæ* 1595. Contra Andream Volanum hæreticum in Lituaniâ. Reſponſiones ad 50. quæſtiones Calviniſtarum. Librum inſcriptum Quinti Evangelii profeſſores antiquiſſimi, nobiliſſimi, *Nullus*, *Nemo*, contra Proteſtantes, &c. *Vilnæ* 1599.

Andreas Juſtinianus, Genuenſis, Ord. Præd. Inſulanenſis Epiſcopus, edidit Cenſuram celeberrimam in librum Andreæ Deralii De Poteſtate Summi Pontificis.

Andreas Lao, ſcripſit De Summo Pontifice. *Extat in Bibliot. Roeaberti tom. 3.*

Andreas, Magarenſis Epiſcopus, edidit Tractatum de Græcis errantibus, & eorum erroribus. *MS. in Bibliot. Cardin. Columnæ.*

Andreas Oviedus, Caſtellanus, S. I. ſcripſit De Romanæ Eccleſiæ Primatu, & De erroribus Abaſſinorum.

Andreas Patricius Nideeius, Epi-

ſcopus in Livoniâ, edidit Parallela Eccleſiæ Catholicæ cum hæreticorũ ſynagogis. *Coloniæ* 1577.

Andreas Pevernage, Belga, S. I. edidit Epiſtolam controverſam, contra quemdam hæreſeos miniſtrum.

Andreas Phylopater, Presbyter, ſcripsit contra Edictum Eliſabethæ Reginæ Angliæ, hęresim Calvinianam propugnantis. *Romæ* 1593.

Andreas Scovares, ſcripsit De Proceſſione Spiritus ſancti adversùs Græcos. De Animabus defunctorum. De Azymo & fermentato. De obedientia Eccleſiæ Romanæ.

Andreas Semery, S.I. edidit Defenſionem brevem veræ Religionis. *Brixiæ* 1710.

Andreas Stibigk, Pruthenus, S. I. Germanicè edidit Colloquium Catholici cum Lutherano de uſu Euchariſtię ſub una ſpecie. *Brunsbergę* 1669.

Andreas de Vega, Hiſpanus, Ord. Min. ſacri Concilii Trident. Patribus adnumeratus, publici juris fecit bipartitum opus, cujus prima pars ſic inſcribitur. De juſtificatione doctrina univerſa, lib. 15. abſolutè tradita, & contra errores Orthodoxæ veritatis, & Sac. Concil. Trid. pręclarè defenſa. Hujus partis poſtremi duo libri reſpondent diabolico libro Calvini, inſcripto *Antidotum in acta Synodi Tridentinę*. Secunda autem pars eſt de eadem juſtificatione & gratiâ, fide, operibus & meritis. *Colonię* 1572.

Andreas Victorellus, ſcripſit De Sacramento Unctionis infirmorum. *Patavii* 1609.

Andreas Wagner, Svevus, S.I. Germanicè edidit Colloquium Catholici cum Lutherano. Colloquium alterius. *Auguſtę* 1630. Refutationem Epiſtolę conſolatoriæ Jo. Conradi Gabellii Pṛedicantis ad Acatholicos Auguſtanos. *Auguſtæ* 1631.

Andronicus, Conſtantinopolitanus, ſcripſit contra Judæos.

Angelicus, Inſulenſis, Capuccinus, edidit Reſponſiones contra hæreſes miniſtri Neſtorienſis Arauſicani, quas Gallicè vertit *M. I. Saulnier* Secretarius Principis Condæi. *Avenione* 1648.

Angelus Ferrus, Venetus, Auguſtinianus, ſcripſit De cœlibatu, & De auctoritate Summi Pontificis.

Angelus de Gallinis, à Lugo, Dominicanus, ſcripſit adversùs errores Calvini, & Calviniſtarum.

Angelus Leonorus, Bononienſis, Monachus Vallumbroſanus, ſcripſit Librum 1. contra Decium hęreticum.

Angelus del Pas, Perpinianenſis, Ord. Min. Ref. ſcripſit in Symbolum Apoſtolorum. De cultu Sanctorum, oratione ad eoſdem, & eorundem pro nobis interceſſione, ac de Reliquiarum reverentiâ. Incipit *Aſſertio prima hæreticorum*.

Angelus Petricca, ſcripſit De Appellationibus omnium Eccleſiarum ad Romanam S. Petri Cathedram. Turris Davidis de militante, & triumphante Eccleſia. De poteſtate Apoſtolorum adversùs Gabrielem Philadelphienſem, Hugonem Grotium, & Davidem Blondellum. *Extant in Bibliot. Rocaberti tom.* 3.

Angelus Ziampus, Cremonenſis, Ord. Præd. edidit contra Calviniſtas Opuſculum de veritate Purgatorii.

Anglorum Collegium Duacenum, edidit Novum Jeſu Chriſti Teſtamẽtum linguâ Anglicanâ, cum valde utili præfatione ad hæreſes jugulandas.

Anicius, Hiſpaniarum Epiſcopus, ſcripſit adversùs Priſcilliani dogmata.

Annibal de Graſſis, edidit De juriſdictione univerſali Summi Pontificis in temporalibus. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 4.

Anonymi Tractatus contra Gręcorum errores. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 27.

S. Anſelmus, ex Auguſta Prætoria, Monachus S. Benedicti, & Archiepiſcopus Canruarienſis, ſcripſit De Sacramento Altaris, & De Proceſſione Spiritus ſancti contra Græcos. Libros 3. Cur Deus homo. Contra Gentes. De Incarnatione Verbi Divini contra Judæos. De gratia, & libero arbitrio.

An-

Anſelmus, Havelbergenſis Epiſcopus, doctum Opus ſcripſit contra Græcos.

S. Anſelmus, Patriâ Mantuanus, è Monacho S. Benedicti Lucenſis Epiſcopus, ſcripſit lib. 2. contra Guibertum Antipapam, & ſequaces ejus, pro defenſione S. Gregorii VII.

Anſelmus Vicentinus, Auguſtinianus, ſcripſit De Indulgentiis, aliisque Chriſtianis propoſitionibus contra Martinum Lutherum. *Venetiis*.

Antiochus, Monachus Lauræ Sancti Sabbæ, ſcripſit Sermonibus 63. expoſitiones diverſorum PP. in Decalogum, unà cum impugnationibus omnium hęreſeon, quæ adversùs Decalogum emerſerunt.

Antitheſis Auguſtini, & Calvini. *Pariſiis* 1651.

Antonius Agellius, edidit Notas in Cyrillum Alexandrinum contra Neſtorium. *Extat cum Cyrillo tom.6.*

Antonius Arnaldus, ſcripſit De perpetuitate fidei circa veritatem Corporis, & Sanguinis Domini in Euchariſtia. *Pariſiis* 1668. Suppreſſo etiam nomine Gallicè ſcripſit contra Claudium. *Pariſiis* 1684. De unitate Eccleſiæ. *Ibidem* 1684.

Antonius Andreas Arragonius, Ord. Min. ſcripſit In ſex Principiorum Gilberti Poretani. *Venetiis* 1480.

Antonius Bonagratia, Italicè edidit Scutum fidei ad repellendos ictus hoſtium Eccleſiæ Catholicæ. *Venetiis* 1568.

Antonius, Brixienſis, Ord. Præd. ſcripſit Librum adversùs hęreſes ſui temporis.

Antonius Cappellus, Venetus, Ord. Min. ſcripſit De Cœna Chriſti ſupremâ adversùs Ægyptium authorem anni primitivi. Adversùs prætenſum Primatum EccleſięRegis Anglię. De captioſo juramento propoſito Anglis Catholicis. De uſurpata ſpirituali juriſdictione ejuſdem Regis. *Pariſiis* 1625.

Antonius Carceris, Hiſpanus, edidit Orationes diverſas, inter quas quatuor adversùs hæreſiarchas orationes. Ad Populum Germanum. Ad Principes Germaniæ. *Romę* 1570.

Antonius, de Caſali S. Evaſii in Monteferrato, Dominicanus, ſcripſit adversùs hęreſes ſui temporis.

Antonius Catalanus, Albigenſis, Gallicè ſcripſit Epiſtolam De veritate Corporis, & Sanguinis Chriſti in ſanctiſſimo Euchariſtię Sacramento ad Dominos, & Syndicos Genevenſes. *Pariſiis* 1556.

Antonius Charlas, Gallus, ſcripſit De poteſtate Eccleſiæ, ſive Reſponſum ad Tractatum hiſtoricum Maimbourgh de ſtabilitate Eccleſiæ Romanæ. *Gallicè* 1687.

Antonius de Corduba, ſive Cordubenſis, Franciſcanus, edidit Arma fidei, ſive loca communia, & fundamenta generalia ad omnes hęreticos convincendos. *Compluti* 1552. De fide, Eccleſia, & Indulgentiis. *Ibidem*. De poteſtate Papæ. *Venetiis* 1569.

Antonius Delfini, è Caſali Majore, Conventualis, ſcripſit De poteſtate Eccleſiæ. De Prædeſtinatione. De cultu ſacrarum Imaginum. De cœlibatu Sacerdotum, & De libero arbitrio. *Camerini* 1553.

Antonius Eringtonus, edidit opus inſcriptum Miſſionarium, ſeu opuſculum practicum pro fide propaganda, & conſervanda. *Romæ* 1672.

Antonius Faber, Gallus, ex Regul.Obſerv. S.Franciſci, ſcripſit contra quæmdam hæreticum anteſignanum, opus, in quo fides Catholica contra Neotericorum errores defenditur.

Antonius Farſan de los Godos, Hiſpalenſis, Ordinis S. Joannis Jeroſolymitani, edidit Hiſpanicè ſermones in defenſionem Catholicæ religionis, contra ſectam Alumbradorum, *De los Alumbrados*. *Hiſpali* 1623.

Antonius Fernandez, Ulyſſiponenſis, S.I. Æthiopica linguâ ſcripſit Flagellum mendaciorum, ſive Tractatum de erroribus Æthiopiæ.

Antonius Florebellus, Mutinenſis Theologus, ſcripſit De auctoritate Summi Pontificis, Eccleſię capitis.

Antonius de S. Franciſco, Matriten-

tenſis, Ord. B. M. V. de Mercede, edidit Elucidarium fidei adversùs omnes hæreſes. *MS. Matriti.*

Antonius de Gazeres Pacheco, ſcripſit Orationes in Hæreſiarchas Germaniæ. *Romæ* 1570.

Antonius Hoskinus, Anglus, S. I. ſcripſit contrà Juramentum fidelitatis, Catholicis à Rege proponendum. *Audomari* 1611.

Antonius Keerbevius, Lovanienſis, edidit Colloquium cum Calviniſta, habitum in itinere Spirenſi, anno 1601. *Moguntiæ eodem anno.*

Antonius Marinarius, Suffraganeus Oſtiarum, &c. edidit librum prænotatum Verus Auguſtinus contrà Auguſtinum Cornelii Janſenii. *Velitris* 1659.

Antonius Maſſanus, Maſſanenſis Epiſcopus, Ord. Min. ſcripſit adversùs Græcorum errores. *MS. in Bibliot. Card. Columnæ.*

Antonius Monchiacenus, Pariſienſis Theologus, edidit Aſſertionem de veritate Chriſti, & ejus Corporis & Sanguinis in Miſſæ Sacrificio, adversùs hæreſes. *Pariſiis* 1570. Catholicam & hiſtoricam propugnationem Chriſtianæ religionis &c. adversùs Miſſoliturgorum blaſphemias, ac hujus temporis Sectarios, præcipuè Calviniſtas, contrà ſacram Miſſam. *Pariſiis* 1652.

Antonius Paulutius, ſcripſit De Eccleſia, & ſummo Pontifice. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 4.

Antonius Perez, ex Ordine S. Benedicti, ſcripſit Pentateuchum fidei. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 4.

Antonius Poſſevinus, Mantuanus, S. I. ſcripſit De ſanctiſſimo Miſſæ Sacrificio. *Lugduni* 1563. Reſponſionem Petro Vireto, & tribus aliis hæreticis, qui varios libros ſcripſerant contrà prædictum tractatum. *Avenione* 1564. Epiſtolam ad Stephanum Bathoreum Poloniæ Regem, adversùs Andream Volanum, Lithuanum hæreticum. *Ingolſtadii* 1583. Scriptum Magno Duci Moſcoviæ traditum adversùs Anglos mercatores, qui docebant Papam eſſe Anti-Chriſtum. *Ibidem* 1583. Notas Divini Verbi, & Apoſtolicæ Eccleſiæ fidem ac faciem, adversùs reſponſionem Davidis Chitræi. *Poſnaniæ* 1586. De Atheiſmis hæreticorum hujus ſeculi, & alia plura in ſimili materiâ.

Antonius Rebde, edidit Librum 1. De poteſtate Eccleſiæ, & Romani Pontificis.

Antonius de Riberà, Hiſpanus, edidit defenſionem Sacroſanctæ Synodi Tridentinæ lib. 5. comprehenſam, adversùs hæreticus. *Ulyſſiponæ* 1595.

Antonius Ruvius, Legionenſis, Franciſcanus, publici juris fecit Libros novem Aſſertionum Catholicarum adversùs Eraſmi Roterodami peſtilentiſſimos libros. *Salmanticæ* 1568.

Antonius Sanctarellus, ſcripſit De poteſtate Romani Pontificis in puniendis Principibus hæreticis. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 4.

Antonius Sirmundus, Gallus, S. I. ſcripſit De immortalitate animæ demonſtrationem phyſicam, & Ariſtotelicam adversùs Pomponatium, ejuſque aſſeclas. *Pariſiis* 1625.

Antonius du Val, Gallus, edidit Speculum Calviniſtarum, & munitionem Chriſtianorum. *Pariſiis* 1559. Contradictiones, quæſunt in libris Calvini, Lutheri, & aliorum Novatorum, cum interrogationibus, & reſponſionibus adversùs Calvini librum de Prædeſtinatione. Compendium fidei Catholicæ.

Antonius Varanus, Aprutienſis, ſcripſit contrà Lutherum de Purgatorio, & de quatuor principiis, quibus Catholica & Orthodoxa fides defenditur.

Antonius le Waitte, Abbas Molinenſis in Hannoniâ, Ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit Judæo Iconomachiam librorum quinque, ubi multa contrà Iconomachos, & Judæos. Contrà cenſuram Samuelis Paludani Calviniſtæ.

Apollinarius, Hierapolitanus Epiſcopus, qui ſub Imperatore M. Antoni-

tonino Vero floruit, edidit inſigne volumen pro fide Chriſtianorum. Libros quinque adversùs Gentes. Duos de veritate. Adversùs Cataphrygas.

Apollonius, qui ſecundo ſeculo vixit, ſcripſit adversùs Montanum, Priſcillam, & Maximillam, & aliud volumen contrà Cataphrygas.

Arabianus, edidit Opuſcula quædam ad Chriſtianum dogma pertinentia. *Ex Honorii Catal.*

Archangelus de Puy, Gallus, Ord. Min. edidit Reſponſum ſolidiſſimum ad motiva converſionis *Chriſtophori Guegnard* Galloſequani ad religionem Calviniſtam. *Lugduni* 1620.

Archelaus, Meſopotamiæ Epiſcopus, edidit Librum diſputationis ſuæ, quam habuit adversùs Manichæum.

Archibaldus Amiltonius, ſcripſit Calvinianæ confuſionis demonſtrationem *Pariſiis* 1681.

Armandus Joannes Pleſſæus Richelæus, Gallus, S. R. E. Cardinalis, edidit Defenſionem Rom. Pontificis, in libro De præcipuis punctis fidei Catholicæ, adversùs quatuor miniſtros Charentonii defenſis.

Arnaldus Albertinus, Majoricenſis, Epiſcopus Pacenſis, ſcripſit De agnoſcendis aſſertionibus Catholicis, & hæreticis. *Romæ* 1572.

Arnaldus Mermannus, Ord. Min. Flander, ſcripſit Theatrum converſionis Gentium. De Rogationibus, Peregrinationibus, Hymnis, ſolemnibus ſupplicationibus, & omni religionis Panopliâ. De Purgatorio. De veneratione ſacrarum Reliquiarum. De exomologeſi facienda Sacerdoti. De plauſtris hæreticorum. De ſancta Cruce, ejuſque adoratione. De Euchariſtia adversùs Sacramentarios. *Antuerpiæ* 1563.

Arnobius, edidit in duos libros diſtributum Conflictum Catholicū cum Serapione de Deo uno, & Trino, de duabus in Chriſto ſubſtantiis in unitate Perſonæ. De concordiâ gratiæ, ac liberi arbitrii. *Vixit ſeculo quinto.*

Arnobius, in Africâ Rhetor, Philoſophus, & Presbyter, priuſquam ad fidem Chriſti converteretur, ſcripſit Libros ſeptem contrà Gentes.

Arnoldus, ex Abbate Grandiſilvæ Ord. Ciſterciensis, Archiepiſcopus Narbonenſis, & Innocentii III. Legatus à latere in Aquitaniam contrà Albigenſes, ſcripſit ad eundem Pontificem De Albigensium hæreticorum proterviâ comprimendâ. Scripſit etiam nomine Epiſcoporum & Abbatum ad Petrum Aragoniorum Regem, Albigenſium fautorem.

Arnoldus Badetus, Ord. Præd. edidit Margaritam ſacræ Scripturæ, pravitatis hæreticæ deſtructricem. *Lugduni* 1536.

Arnoldus Haldrencus, Veſaliensis, Canonicus Coloniensis, ſcripſit De veneratione Martyrum. *Coloniæ* 1568.

Arnoldus Hornæus, Epiſcopus Leodiensis, Gallicè ſcripſit Certamen fidelis Papiſtæ peregrini Romani, adversùs Apoſtatam Anti-papiſtam. *Pariſiis*.

Arnoldus Saphorius, Gallus, S. I. ſcripſit De locis novi Teſtamenti ab hæreticis corrupti. Combinationes adversùs hæreticos.

Arnoldus à Supercaſa, Monachus S. Severi, ſcripſit Librum, cui titulus Piſtolet portans ignem inextinguibilem contrà Genevenſes hereticos. *Toloſæ* 1558.

Aſclepius, Afer Epiſcopus, ſcripſit adversùs Arianos, & Donatiſtas.

Aſſertio ſancti Miſſę Sacrificii contrà impium Franciſci Stancari ſcriptum. *Coloniæ*.

Aſterius Urbanus, qui vixit ſecundo ſeculo, ſcripſit argumenta contrà Cataphrygas.

S. Athanaſius, Alexandrinus Epiſcopus, Catholicæ religionis propugnator acerrimus, & Conſubſtantialitatis Verbi Divini aſſertor invictus, Arianorumque perſecutor indefeſſus, quanta pro Orthodoxa fide defendenda, & tutanda ſuſtulerit, quantaque ſcripſerit, ſuperfluum eſt hic ſcribere. Quarè lectorem ad librorum ejus attentam lectionem remitto.

Athanaſius, Alexandrinus Preſ-

by-

byter, obtulit Synodo Chalcedonenſi Libellum adverſùs Dioſcorum.

Athanaſius, Nemetum urbis Spiræ Epiſcopus, multa volumina ſcripſit contrà Arianos.

Athenagoras, ſcripſit Apologiam pro Chriſtianis, & De mortuorum reſurrectione. *Extat in Bibliot. PP. Lugdunen. tom. 2. p. 2.*

Aubertus Versè, Gallicè ſcripſit librum prænotatum Impius convictus, ſive diſſertationes contrà Spinoſam. *Amſtelodami* 1685.

Audentius, Hiſpanus Epiſcopus, ſcripſit adverſùs Manichæos, Sabellianos, Arianos & Photinianos, ſive Bonoſianos.

Aufredus Conterus, Hiſpanus, Ord. Min. ſcripsit De paupertate Chriſti & Apoſtolorum, & contrà ſequaces Magiſtri Guilielmi de ſancto Amore.

Auguſtinus Alveldenſis, Minorita, edidit Malagma adverſùs Joannem Lovicorum, & Martinum Lutherum. De Confeſſione Sacramentali. Pro Sacrificio Miſſæ contrà Lutheranos. De utraque ſpecie Sacramenti Euchariſtiæ.

Auguſtinus de Bellis, Clericus Regul. Neapolitanus, ſcripsit De abſolutà Monarchià D. Petri contrà Anonymum Neotericum. *Romæ* 1647.

S. Auguſtinus, Hipponensis in Africà Epiſcopus, & Eccleſiæ Doctor eximius, hæreſum & hæreticorum flagellum, fax inextincta, & Novatorum terror, ſcripsit contrà Manichæos, Arianos, Donatiſtas, Pelagianos & Jovinianiſtas.

Auguſtinus Dathus, Senensis, ſcripsit De immortalitate animorum, & præfationem publicam in D. Hieronymi libros adverſùs Jovinianum.

Auguſtinus Hunnæus, Belga, edidit Catechiſmum Catholicum, & de Sacramentis Eccleſiæ. *Antuerpiæ* 1567.

Auguſtinus Juſtinianus, Genuensis, Ord. Præd. ſcripsit Librum, cui titulus Theophraſtes, de immortalitate animarum, & reſurrectione corporum. Victoriam Porchetti, adverſùs impios Hebræos, in qua monſtratur veritas Catholicæ fidei. *Pariſiis* 1520.

Auguſtinus Moreſchinus, Montalcinensis, Auguſtinianus, ſcripsit De Purgatorio. De invocatione Sanctorum, & eorum Reliquiis, & Imaginibus. De Eccleſià Catholicà, Sacrificio, eleemoſynis &c. MS. *Mediolani in Bibliot. D. Marci.*

Auguſtinus Oregius, ſcripsit De Eccleſiaſtica Hierarchia. *Extat in tom. 4. Bibliot. Rocaberti.*

Auguſtinus Reding, S. R. Imperii Princeps, & Abbas Monaſterii Einsidlensis Ord. S. Benedicti edidit opus prænotatum Veritas inextincta Concilii Tridentini; in quinque tomos diſtributum *Typis Monaſterii Einſidlenſis* 1684. Cathedræ Apoſtolicæ Oecumenicæ authoritas, contrà quatuor propositiones Cleri Gallicani, anni 1682. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 7. Vindex veritas Annalium Eccleſiaſticorum Cæſaris Baronii, adverſùs Jo. Henricum Ottium. *Typis Monaſterii Einſidlenſis* 1680.

Auguſtinus Righinus, Ferrarienſis, Ord. Præd. ſcripſit De Indulgentiis, & ſuffragiis mortuorum. Tractatum contrà aſſerentes malos Sacerdotes non poſſe adminiſtrare Sacramentum Euchariſtiæ.

Auguſtinus Steuchus, Eugubinus, Canonicus Regularis, edidit Libros 3. pro religione Chriſtiana adverſùs Lutheranos.

Auguſtinus Triumphus, Anconitanus, Auguſtinianus, inter alia ſcripsit De Spiritu ſancto contrà Græcos, & contrà Fraticellorum ineptias.

Auguſtinus Van Teylingen, Belga, S. I. edidit linguà vernaculà opuſcula multa pro fide conſervanda contrà hæreticos. Extractum Catholicum. De Controverſiis fidei. *Antuerpiæ* 1640.

S. Aurelius, Carthaginenſis Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam de erroribus Pelagii ad Epiſcopus Provinciæ Biſacenæ.

Aurelius Prudentius, Hiſpanus, intèr alia ſcripſit contrà hæreſim,

quæ Patrem paſſum affirmat. Adverſùs Phantaſmaticos, qui negant Chriſtum, verum corpus aſſumpſiſſe. Adversùs Sabellianos, Judæos & Ethnicos. Hamartigenia, ideſt de origine peccatorum contrà Marcionem.

B

B*Acciarius*, qui vixit ſeculo quarto, edidit Librum de fide adversùs ſuſceptam à ſe peregrinationē pro integritate ſervanda. De recipiendis lapſis ad Januarium. *Extat tom. 6. Bibliot. PP. Lugdun.*

Bagotius ſcripſit Apologeticum fidei. *Pariſiis* 1645.

Balduinus Devonius, ex Abbate Fordenſi Ord. Ciſtercienſis, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ſcripſit contrà Berengarium. De Corpore & Sanguine Domini Librum 1. De Sacramento Altaris lib. 1. De Orthodoxis dogmatibus lib. 1. De ſectis hæreticorum lib. 1.

Balduinus Junius, Hollādus, Franciſcanus, edidit Demonſtrationem fidei Orthodoxæ ex Roberti Bellarmini controverſiis. *Antuerpiæ* 1611.

Balthaſar Chavaſius, Sabaudus, S.I. ſcripſit lib.4. De notis certiſſimis veræ Religionis. *Ingolſtadij* 1611. Antidotū Confeſſionis Calviniſtarū.

Balthaſar Hagelius, Bavarus, S. I. edidit Germanice Medicamenta, ſeù Antidotum ſpirituale contrà hæreſeos venenum, & hujus temporis perniciosos afflatus.

Balthaſar Hagerus, Germanus, S. I. linguâ propriâ ſcripſit Vindicias cultus ſacrarum Imaginum contrà Abrahamum Scultetum. *Moguntiæ*. Ducem vitæ ad Religionem Catholicam. Sacrilegium Calviniſticum contrà Theophilum Moſanum. Collationem Confeſſionis Auguſtanæ, & Concilii Tridentini ad Verbum Dei.

Balthaſar Hertingius, Germanus, ſcripſit Aſſertiones de Evangelico Sacerdotio. *Herbipoli* 1589. Doctrinam Baptiſmi. *Brixiæ* 1596.

Balthaſar de Lipſia, Monachus Ciſtercienſis, ſcripſit contrà Joannem Hus, pro unica ſpecie Sacramēti.

Balthaſar Nardius, Aretinus, ſcripſit Expunctiones locorum, qui in libro de Papatu Romano ignoti auctoris depravantur. *Pariſiis* 1616. *& tom. 5. Bibliot. Rocaberti.*

Bauchinus, Londinenſis, Auguſtinianus, ſcripſit Librum 1. contra poſitiones Wicleffi.

Baptiſta Fragoſus, ſcripſit De obligatione, & poteſtate Summi Pontificis. *Extat in Biblioth. Rocaberti tom. 20.*

Barlaamus à Seminaria, Monachus Baſilianus, poſteà Gyracenſis Epiſcopus, ſcripſit de Papæ Principatu. *Extat in Monarchia Goldaſti tom. 1.* Epiſtolas duas de Primatu Eccleſiæ Romanæ. *Extat in Annalibus Azovii, anno* 1331. *num.* 13. Reſponſionem ad Demetrium Theſſalonicensē de proceſſione Spiritus ſancti. *Ibid. anno* 1332. Probationem quòd Spiritus ſanctus procedat a Filio. *Ibid. anno* 1333.

Bartholomæus Abbas 17. Ebracenſis, Ord. Ciſtercienſis, unus ex decem, quorum ſententiâ combuſtus fuit Joannes Hus, ſcripſit contra Huſſitas.

Bartholomæus Arnoldus de Uſſingen, Germanus, Ord. Præd. ſcripſit Purgatorium contra Lutheranos. Libellum de duabus diſputationibus contra eoſdem. De cœlibatu Sacerdotum, contra ſermonem Langii de matrimonio ſacerdotali. Contrà Rebaptizantes. De Miſſa ſtabilienda. De Incarnatione. De adoratione Sanctorum. Confutationem ſermonum Lutheri ſuper Salve Regina, ſuper Regina Cœli, de Nativitate B. M. V. & plures alios tractatus, inter quos De falſis prophetis adverſùs Anabaptiſtas, & de tribus neceſſariis ad vitam æternam virtutibus.

Bartholomæus Camerarius, Patritius Beneventanus, ſcripſit De Prædeſtinatione, ac de gratia, ac libero arbitrio cum Calvino diſputationem. *Pariſiis* 1556. De Purgatorio igne. *Romæ* 1557. De jejunio, oratione, & eleemoſynis. *Pariſiis* 1556.

Bartholomæus Caranza, edidit Explicationem quatuor controverſiarum de authoritate Pontificis, & Conciliorum. *Extat in Apparatu ad Concilia Labbei*.

Bartholomæus Kleindienſt, ſcripſit Exhortationem Catholicam & Evangelicam ad Germanos, ubi illos docet quomodò ſe gerant in controverſiis Religionis. Germanicè. *Dilingę* 1569.

Bartholomæus Lapatius, Florentinus, Dominicanus, ſcripſit De diſtinctione Spiritus ſancti à Filio, ad Cardinalem Beſſarionem.

Bartholomęus Latomus, Arlunenſis, edidit De Eccleſiæ & Epiſcoporum communione, authoritate & poteſtate contra Bucerum. Reſutationem calumniarum Buceri.

Bartholomęus de Piſcialis, Ord. Præd. Sac. Palatii Apoſtolici Magiſter, ſcripſit Summam Theologicam adversùs ſui temporis hæreſes. *Floruit autem ſeculo* 14.

Bartholomęus de Senica, Diœceſ. Brixien. Dominicanus, ſcripſit Tractatum utilem adversùs hæreſes.

Bartholomęus Simonis de Caruſis, Urbinas, inter plura alia ſcripſit Tractatus contra errores, qui inventi ſunt tempore Ludovici Ducis Bavariæ. De Rom. Pontificis authoritate.

Bartholomęus Spina, ex Ord. Pręd. edidit Tutelam veritatis de Animæ immortalitate contra Petrum Pomponatium, cujus errores damnati fuere à Lateranenſi Concilio ſub Leone Decimo. Flagellum in tres libros Apologiæ ejuſdem Petri, de prædicta immortalitate Animæ. *Venetiis* 1519.

Bartholomæus Tortolettus, ſcripſit opus prænotatum Sacroſancta, admirabilis, inconcuſſa Vaticana Petra. *Romę* 1644.

Bartholomęus de Tridento, Dominicanus, ſcripſit Summam Theologicam adversùs ſui temporis hæreſes. *Vixit ſeculo* 13.

Bartholomæus de Valverde, Caſtellanus, ſcripſit ad Gregoriū XIII. Pro igne Purgatorio poſt hanc vitam aſſerto ex Latinis PP. Orthodoxis. *Venetiis* 1590. Pro ſacrificiis, ſuffragiis & orationibus. Ad Quæſtiones Wenceslai à Wertzoviz equitis Bohemi de Jejunio Quadrageſimæ, & Verbo Dei ſcripto, & non ſcripto Reſponſionem. Nomologium ex SS. PP. ideſt inſigniores ſententias, quibus Catholici in fide confirmantur, & qui ab Eccleſià receſſerunt, redarguuntur. *Patavii* 1581.

Bartoldus Nihuſius, ſcripſit De communione Orientalium ſub ſpecie unicâ. *Extat in Allatio de perpetua conſenſione*. Prologum galeatum, & epilogum triumphalem ad confutationem ſabulæ de Joanna Papiſſa. *Ibidem*. Programmata ad Proteſtantium Academias. *Extat cum Ecchellenſis concordia in fidei dogmatibus*.

S. Baſilius Magnus, Cæſareæ Epiſcopus, Eccleſiæ Catholicæ columna ardens, ac conſubſtantialitatis Verbi cum Patre acerrimus propugnator, hæreticorum malleus, Monachorum caput & legiſer, inter alia præclariſſima pietatis ac eruditionis opera, quibus Orthodoxam tutatus eſt fidē, libros quinque planè admirabiles ſcripſit adversùs Eunomium hæreticum. Contra Sabellianos, & Arianos.

Baſilius, Seleuciæ Epiſcopus, ſcripſit Demonſtrationem de adventu Chriſti adversùs Judæos.

Batherius, ex Monacho S. Benedicti Epiſcopus Veronenſis, & poſteà Leodienſis, ſcripſit De Corpore, & Sanguine Domini. De Prædeſtinatione Dei. Et librum adversùs hæreſim Antropomorphitarum.

S. Beatus, Hiſpanus, Monachus S. Benedicti, qui floruit anno 770. ſcripſit contra errores Felicis Epiſcopi lib. 1. *MS. in Monaſterio S. Iſidori Hiſpanię*.

Beda, Profeſſor Academiæ Pari-

ſien-

ſienſis, ſcripſit Catholicè contra Eraſmum, & Lutherum.

Beda à S. Simone Stock, Anglus, Carmelita excalceatus, edidit Introductionem brevem, & facilem per modum dialogi inter Catholicum & Proteſtantem, linguâ Anglicâ, Gallicâ & Italicâ. *Duaci* 1693.

Belcarius, ſcripſit adversùs Calvinianos. *Pariſiis* 1567.

Benedictus XII. P. M. antea dictus Jacobus Fornerius, Monachus Ciſtercienſis, ſcripſit De ſtatu animarum ante generale judicium lib. 2. & contra errores Fraticellorū lib. 1.

Benedictus, Abbas Maſſilienſis, ſcripſit De fide Catholica, & poteſtate Eccleſiæ. *MS. Venetiis in Bibliot. Card. Beſſarionis.*

Benedictus à Benedictis, edidit Demonſtrationem, quòd Papa non ſit Antichriſtus. *Bononiæ* 1508.

Benedictus Herba, Epiſcopus Caſalenſis, pietate & eruditione inſignis, & Ord. Præd. alumnus, multa ſcripſit adversùs Lutheranorum errores.

Benedictus Herbeſtus, Novomiaſtrenſis, Polonus, S. I. edidit Confutationem Confeſſionis fratrum hæreticorum, qui Waldenſes, ſeu Picarditæ dicuntur. Prodromum adversùs ſcriptum Jacobi Niemoreici Sacramentarii Picarditæ. *Cracoviæ* 1671.

Benedictus Juſtinianus, S. I. (*ſub nomine Octavii de Franciſcis Theologi Meſſinenſis*) Italicè ſcripſit Confutationem biscentum & ampliùs calumniarum Cardinali Bellarmino oppoſitarum à Joanne Marſilio. *Maceratæ* 1607.

Benedictus, Maſſilienſis Epiſcopus, ſcripsit Tractatum fidei contra diverſos errores ſuper titulo De ſumma Trinitate, & fide Catholica in Decretalibus.

Benedictus Paulus Boym, Leopolienſis, edidit lingua vernacula librum, cui titulus Antiqua fides, in quo veterum Græcorum orthodoxos articulos proponit, & novorum errores eruditè confutat. *Vilnæ* 1668.

Benedictus Taracredus, Peruſinus, ex Ord. Præd. ſcripsit contra errores Fraticellorum, & De paupertate Chriſti.

Benedictus Vernierus, Monachus, ſcripſit de Sacramento Euchariſtiæ hac inſcriptione. Magnum & univerſale Concilium Eccleſiæ militantis ſuper Euchariſtiæ Sacramento, quod inſtar Sacroſancti Concilii Nicæni trecentis decem & octo Patribus Orthodoxis conſtat. *Pariſiis* 1554.

Berengarius, ex Monacho Caſſinenſi S.R.E. Cardinalis tit. SS. quatuor Coronatorum, ſcripſit Librum de Virginitate S. Mariæ. Contra Henricum Imperatorem, & librum adversùs Berengarium de Sanguine Domini.

Berengarius, Gallus, Ord. Servorum B. M. V. ſcripſit De Catholica fide.

Bernardinus Vettuvis, Gallus, Franciſcanus, ſcripſit Compendium controverſiarum fidei hujus temporis, ad ſeductarum animarum reductionem. *Coloniæ* 1640.

S. Bernardus Abbas Claravallis, Eccleſię Doctor Mellifluus, ac Theodidactus, ſui temporis hæreticorum malleus, ſchiſmaticorum terror, Cleri reformator, Principum arbiter, Romanorumque Pontificum vindex acerrimus, ſcripſit contra errores Petri Abaelardi, & Gilberti, & contra Henricianus, & Petrobruſianos.

Bernardus Abbas Fontiscal'di, ſcripſit contra Waldenſes. *MS. in Collegio S.I. Brugis*, & *tom.* 24. *Bibliot. PP. Lugdunenſ.*

Bernardus Deſirant, Auguſtinianus, edidit tomos quatuor inſcriptos Conſilium pietatis de non ſequendis errantibus, ſed corrigentibus, &c. *Romæ* 1720. S. Auguſtinum vindicatum contra centum & unam damnatas propoſitiones Paſchaſii Queſnelli, &c. ſeptem tomis comprehendens libros centum & unum. *Ibidem.* 1721.

Bernardus Galtier, Gallus, S. I. Gallicè edidit Apocalypſim Reformationis, ſeu Pſeudo-religionis di-

ſcurſibus XII. in quibus detegit Calviniſtarum dogmata in id collimare, ut homines abjecta cœleſtium curà, carnaliter vivant. *Piſtavii* 1620.

Bernardus Loper, Caderbonenſis, S. I. lingua Germanica edidit Informationem ſolidam, ac fundamentalem de poteſtate, ac juriſdictione Sacerdotii Prędicantium Lutheranorum. *Paderbonæ* 1653. Principale ſpeculum, in quo clarè videntur Sacramentum Euchariſtiæ ſub una ſpecie, Purgatorium, &c. *Ibidem* 1654. Dialecticam Catholicam contra Jacobum Durfeldum. *Ibidem* 1654.

Bernardus Lutzemburgenſis, Dominicanus, ſcripſit Tractatum de Purgatorio, & Catalogum hæreſum. *Coloniæ* 1510.

Bernardus Meynier, Gallus Claremontenſis, S. I. edidit Gallicè librum, cui titulus Sancta libertas filiorum Dei, & fratrum in Chriſto. *Nemauſi* 1660. Portus Regii cum Genevâ conſpirationem contra SS. Sacramentum Altaris, præſertim in æquivocationibus articuli XV. epiſtolæ ſecundæ D. Arnoldi. *Piſtavii* 1656. Religionem ſex punctorum. *Nemauſi* 1659. Sanctam Euchariſtiã Catholicorum approbatam, & Cœnam Calviniſticam condemnatam à Synodis Nationalibus, & pręcipuis Doctoribus Religionis, quam vocant, Reformatæ. *Nemauſi* 1660. Devotiones publicas Calviniſtarum. *Ibidem*. Religionem ſinè Bibliis. *Ibidem*. Biblia Hugonotta condemnata ab Hugonottis. *Pezenatii* 1661. Montalbanum juſtificatum, quo demonſtratur præcipuos Calviniſtarum ſcriptores docere, poſſe acquiri ſalutem in Eccleſiâ Romanâ. Papam agnitum à Lutheranis & Calviniſtis. *Auguſtoriti Piſtonum* 1665.

Bernardus Neubauſer, Germanus, Monacenſis, S. I. ſcripſit Germanicè de Purgatorio, oſtendens ex ſacra Scriptura, dari. *Monachii* 1662. De Communione ſub utraque ſpecie contra Prædicantem Ratisbonenſem. *Ingolſtadii*.

Bernardus Novocomenſis, Ordin. Præd. quò faciliùs defenderet Orthodoxam fidem contrà hæreticos, edidit librum inſcriptum Lucerna Inquiſitorum. *Mediolani* 1566.

Bernardus Saxo, Monachus S. Benedicti in Monaſterio S. Viti Corbejæ Saxonicæ, ſcripſit lib. 1. contra Henricum IV.

Bernardus Thiſſier, Prior Bonifontis in Theraſciâ, Ord. Ciſtercienſis, Gallus, edidit Diſputationem Theologicam in Janſeniana dogmata. *Caropoli* 1651. Librum controverſiarum fidei adversùs noſtri temporis hæreticos.

Bernardus de Verger, Gallus, ex Regul. Obſervant. S. Franciſci, linguâ vernaculâ edidit Librum controverſiarum adversùs Rivetum hęreticum miniſtrum. *In Urbe Xantonum* 1610.

Bertrandus Lagerius, ex Franciſcanorum alumno S. R. E. tit. S. Priſcæ Presbyter Card. ſcripſit contra hæreſes ſui temporis.

Beſſarion, Gręcus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & S. R. E. Cardinalis, ſcripſit contra Marcum Epheſinum malè ſentientem de Spiritu ſancto.

Bilibaldus Circkheimerus, Germanus, edidit Librum de vera Chriſti carne, & vero ejus Sanguine adversùs Joannem Œcolampadium. *Hic tamen liber ab Apoſtolica Sede prohibitus fuit*.

Billiadus Ladvocatus, Gallus, ſcripſit Vindicias Parthenicas, quibus aſſeritur vera Eccleſię doctrina de Aſſumptione corporeâ B. M. V. contra Claudium Joly. *Pariſiis* 1670. Repetitas vindicias pro Aſſumptione corporali SS. Virginis Mariæ contra Joannem Launojum. *Ibidem* 1672.

Boethius Epo, ſcripſit De jure ſacro. *Extat in Biblioth. Rocaberti tom.* 5.

Boethius, ſive *Boetius*, Patricius Romanus, dictus etiam *Severinus*, ſcripſit De Sancta Trinitate. De duabus naturis in Chriſto, & unà perſonà adversùs errores Eutychetis, & Neſtorii.

Boltonius, Anglus, Monachus S. Benedicti, naſcente Wicleffi hęreſi acriter illam ſcripſit ſuis confutavit.

Bolus Sabaudi, Camberiacenſis, Ord. Præd. plura ſcripſit contra Lutheranos, & Calviniſtas.

S. Bonaventura Doctor Seraphicus, S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis, totius Eccleſię lumen, & Ordinis D. Franciſci decus præcipuum, ſcripſit Apologiam Evãgelicę paupertatis. Contra calumniatorem Regulę Franciſcanę. Apologeticum in eos, qui Ordini Minorum adverſantur.

Bonaventura Theulus, edidit Diaphora Græcorum oſtenſa, & declarata. *Velitris 1666.*

S. Bonifacius, Monachus S. Benedicti, Germaniæ Apoſtolus, Archiepiſcopus Moguntinus, & Martyr, ſcripſit librum 1. contra hęreticos. *MS. in Bibliot. Fuldenſi*, & De unitate fidei. *Ex Einſigrenio.*

Bonifacius Simoneta, Mediolanenſis, Abbas S. Stephani de Cornu Ord. Ciſtercienſis, in ſuo inſigni opere, quod inſcripſit De Chriſtianæ fidei, & Romanorum Pontificum perſecutionibus, acriter perſtringit Mahometi vitam, & legum ejus deliramenta.

Bonifacius, de quo nihil aliud invenio, quàm, quòd ſcripſerit lib. 1. de Prærogativa Petri, & Doctrinale fidei, quæ olim aſſervabantur MS. Aberdoniæ.

Brenzonus Silveſtranus, edidit Speculum clariſſimum, in quo Summi Pontificis imago, expreſſaque Sedes utriuſque gladii ſpiritualis, & temporalis, &c. *Ferrariæ 1607.*

Breviarium fidei contra Arianos. Extat in Operibus Sirmondi, & in Bibliot. PP. Lugdun. tom. 7.

Buconius, Epiſcopus Caſtellani, oppidi Mauritaniæ, ſcripſit adversùs Eccleſiæ inimicos Judæos, Arianos, & alios hæreticos.

C

CÆſarius Arelatenſis Epiſcopus, ſcripſit De gratia, & libero arbitrio adversùs Fauſtum.

Cæſar Baronius, Soranus, Preſbyter Congregationis Oratorii, & S. R. E. Cardinalis, Hiſtoriæ Princeps, ſcripſit contra quatuor libros inſtitutionum Calvini. *Colonię 1600.*

Cæſar Delphinus, ſcripſit De proportione Papæ ad Concilium. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom. 7.*

Cajus, Romanam Eccleſiam gubernante Zephirino, edidit Diſputationem contra Proclum Montani Sectatorem.

Cajus Marius Victorinus, Afer, ſcripſit lib. tres contra Arium.

Cajus, Rom. Ecclesiæ Presbyter, ſcripsit contra Artemonis, & Thedotii hęresim.

Calliſtus, Placentinus, Canonicus Regul. Lateran. ſcripsit De neceſſitate bonorum operum, & de libero arbitrio contra Lutherum.

Camillus Campegius, Ticinensis, Ord. Præd. ſcripsit Additiones ad Tractatum Ugolini Zanchini de hæreticis.

Camillus Cautius, edidit Scholia pro Religione, maximè circa adorationem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. *Venetiis 1569.*

Capreolus, Carthaginensis in Africa Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam de unâ Chriſti veri Dei, & hominis perſona, contra hæreſim Neſtorii.

Carolus Bourguevilleus, Gallus, edidit Theomachiã adversùs Atheos. *Pariſiis 1564.*

Carolus Felix de Matta, Cremonenſis, Epiſcopus S. Severi, edidit Tractatus quinque De Canonizatione Sanctorum. Ideò autem doctiſſimum Scriptorem hìc poſui, quia cum talis Canonizatio ſit ex primariis actibus Papalis Juriſdictionis, adeò à perfidis Novatoribus impugnatæ, videant hujuſmodi furfuris homines,

quàm

quàm cautè procedat Eccleſia Romana in ſimili materia.

Carolus Joſeph Imbonatus, Mediolanenſis, Congregationis Monachorum Ref. S. Bernardi Ord. Ciſtercienſis, ſcripſit Bibliothecam Latino-Hebraicam, ſive de Scriptoribus Latinis, qui ex diverſis nationibus contra Judęos ſcripſere; cui additur loco coronidis Adventus Meſſiæ à Judęorum blaſphemiis, ac hæreticorum calumniis vindicatus, &c. *Romæ* 1694. Cum autem in hac Bibliotheca copioſè agatur de authoribus, qui contra Judæos calamum acuerunt, ideò ſatiùs duxi nonnullos ſolùm in Polemica hac Bibliotheca inſerere, cum illa præfati authoris abundè ſufficiat.

Carolus à Kreitz, Miſnenſis, S.I. edidit Germanicè De Cœnâ Calviniſticâ imaginariâ, & Catholico S. Euchariſtiæ Sacramento. *Branſbergæ* 1646. De fonte venenato doctrinæ Lutheranę, & ſalubri fonte Catholicorum. *Vilnæ* 1643. Colloquium caritativum cum Dantiſcanis Prędicantibus. *Branſbergæ* 1662. Defenſionem Catholicam appoſitam catechiſmo Lutherano recēter impreſſo. *Ibidem* 1649. Catholicum *Cavete*, contra Evangelicum *Cavete* miniſtri Gedanen. 1646. Indefenſum Lutherii, per Joannem Millorum Prædicantem Hamburgenſem deſenſo appoſitum. *Branſbergæ* 1655. De Indulgentiis & Jubilæo. *Ibidem* 1650. Catholicum ſcutum fidei, contra ſcutum cujuſdam Livonis hęretici. *Ibid.* 1650.

Carolus Sagerius, Belluacenſis, S.I. edidit Locos communes adversùs hęreticos, inſcriptos Topica Theologica.

Carolus Scribanius, Bruxellenſis, S.I. ſcripſit Artem mentiendi Calviniſticam. *Moguntię* 1602. Amphitheatrum honoris adversùs Calviniſtarum criminationes. *Antuerpię*. Orthodoxæ fidei controverſa lib. 6. *Ibidem* 1612.

Caſimirus Huienſis, Belga, Carmelita Diſcalceatus, edidit Gallicè Librum prænotatum Collatio elocutionum Scripturæ ſacræ, Conciliorum, SS. Patrum, & Doctorum Eccleſiæ cum verbis Queſnellii, ejuſque 101. propoſitionibus damnatis per Bullam *Unigenitus*. *Leodii* 1720.

Cerealis Epiſcopus Afer, ſcripſit Diſputationem de fide contra Maximinum Arianum. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 8.

Cherubinus à S. Joſeph, Gallus, Turonenſis, ex Ord. Carmelitarum Diſcalceatorum, ſcripſit volumina 4. Bibliothecę ſacræ Criticæ, in quibus agit de pertinentibus tam ad Judaiſmum, quàm ad alios quoſcumq; errores contra fidem. 1. & 2. volumen *Lovanii* 1704. 3. *Bruxellis* 1705. & 4. *Ibidem* 1706.

S. Chilianus, ex Monacho S. Benedicti Franconiæ Apoſtolus, & Martyr, ſcripſit Librum contra peregrinos cultus.

Chriſolanus, ſive *Chriſolaus* Mediolanenſis Archiepiſcopus, ſcripſit contra Gręcos de Spiritu ſancto, & de ſancta Trinitate ad Lucium III. Pont. Max.

Chriſtianus Agricola Gerckerenta, edidit Aſſertiones Theologicas de Matrimonio Eccleſiæ Catholicæ Sacramento. *Moguntię* 1582.

Chriſtianus Haloerius, Germanus, S.I. ſcripſit De unius Eccleſiæ ſanctæ, Catholicę, & Apoſtolicę origine, & nunquam interrupto progreſſu.

Chriſtianus Kortholt, ſcripſit De tribus impoſtoribus (nempe Eduvardo Herbert, Thoma Hobbes, & Benedicto Spinoſa) *Kilonii* 1668. De calumniis Paganorũ in veteres Chriſtianos. *Ibidem*, *anno eodem*.

Chriſtianus Lupus, Iprenſis, ex Ord. S. Auguſtini, edidit opus inſcriptum Divinum, ac immobile S. Petri Apoſtolorum Principis circa omnium ſub cœlo fidelium ad Romanam ejus Cathedram Appellationes, adversùs profanas hodie vocum novitates aſſertum Privilegium. *Moguntiæ* 1681.

Chriſtianus Lycius, edidit librum inſcriptum Faſciculus Olidus 50. Floſculorum Hunnii, & Prædicantium hæ-

hæreticorum. *Monachii* 1602.

Chriſtodulus, Monachus, ſcripſit Sermones novem adversùs Judæos. *MS. in Bibliot. Vaticana*.

Chriſtophorus Angelus, edidit Enchiridion de ſtatu hodiernorum Græcorum, cum Latina verſione, & notis Gregorii Fehlavii. *Lipſiæ* 1668.

Chriſtophorus Bandellus, de Caſtro novo, Ord. Min. ſub Alexandro IV. ſcripſit Librum contra hæreſes.

Chriſtophorus à Capiteſontium, Britannus, Minoritarum Generalis, poſteà Archiepiſcopus Cæſarienſis, edidit opus inſcriptum Librum defenſionis fidei majorum, ubi de verâ & reali Corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia, contra Sacramentarios. *Coloniæ* 1588. Aſſertionem Catholicam de libero arbitrio, & meritis bonorum operum. *Romæ* 1576. Catholicam deſenſionem perpetuæ virginitatis B. Mariæ, & S. Joſeph. *Lugduni* 1578. Novarum illuſtrationum Chriſtianæ fidei adversùs impios Libertinos, Atheos, Epicureos, & omnis generis Infidelis, Epitomen.

Chriſtophorus Haunoldus, Althenathenſis, S. I. edidit Defenſionem pro infallibilitate Eccleſiæ Romanæ. *Bambergæ* 1654.

Chriſtophorus le Juge, Pariſinus, S.I. edidit Juſtificationem modi procedendi Catholicorum contra Janſeniſtas. *Pariſiis* 1656. Brevem & facilem methodum defendendi Eccleſiam contra omnes adverſarios. *Rothomagi* 1667.

Chriſtophorus Kiſſenpfenning, Viēnenſis in Auſtria, S.I. ſcripſit Ideam Lutheraniſmi. *Viennæ* 1661.

Chriſtophorus Longolius, Mechlinienſis, ſcripſit Orationem ad Lutheranos jam damnatos, quâ eos ad Romanam Eccleſiam reducere conatur.

Chriſtophorus Marcellus, Venetus, Archiepiſcopus Corcyrenſis, edidit Orationes de auctoritate Summi Pontificis, adversùs impia dogmata Martini Lutheri. *Florentiæ* 1521. De hæreſis pravitate, & Lutheri perfidia. *Extat tom. 6. Bibliot. Rocaberti*.

Chriſtophorus Mayer, Auguſtanus in Svevia, S. I. edidit contra præſentes hæreticos octo fidei controverſias, ideſt, De neceſſitate bonorum operum. De communione ſub una ſpecie. De Chriſti præſentiâ in Euchariſtia. De Purgatorio. De invocatione Sanctorum. De cultu ſacrarum Imaginum, Sanctorum, & Reliquiarum. *Coloniæ* 1626.

Chriſtophorus Mihr, Aſchaffenburgenſis, S. I. edidit linguâ vernaculâ Catechiſmum cum precibus, inſtructionibus, &c. peropportunum converſioni hæreticorum. 1622.

Chriſtophorus Ott, è Friburgo Briſgojæ, S. I. Germanicè edidit Demonſtrationem Catholicæ veritatis ex ſolo capite XIX. Matthæi. *Auguſtæ* 1660. Cauſas converſionis ad fidem Catholicam Neophytorum Auguſtanorum. *Auguſtæ*. Manuale controverſiarum præcipuarum hujus temporis. *Ibidem* 1664.

Chriſtophorus Peichich, edidit Speculum veritatis inter Orientalē, & Occidentalē Eccleſiam refulgens. *Venetiis* 1725.

Chriſtophorus Pelaumer, Biberacenſis in Svevià, S. I. edidit Germanicè Dialogos XXI. de Controverſiis, quibus explicantur cauſæ quatuor, cur oporteat hæreticos redire ad Catholicā fidem. *Ambergæ* 1653. Memoriale Catholicum, ſeu Alphabetum XXV. veritatum Catholicarum. *Ibidem* 1649.

Chriſtophorus Ranzovius eques Holſatus, edidit Epiſtolam ad Gregorium Caliſtum, Profeſſorē Helmſtedamenſem, qua ſui ad Eccleſiam Catholicam acceſſus rationes exponit. *Romæ* 1662.

Chriſtophorus Raſpergerus, Germanus, edidit adversùs Calvinianos ducentas interpretationes iſtorum verborum *Hoc eſt Corpus meum*, quibus continentur vocum novitates, depravationes & errores hæreticorum, qui Evangelii nomine gloriantur. *Ingolſtadii* 1577.

Chriſtophorus de Roſenbuſch, Monacenſis in Germanià, S. I. ſcripſit

Tra-

Tractatus varios contra hæreticos.

Chriſtophorus de Sacro Boſco, Dublinenſis, S.I. ſcripſit De inveſtigandâ verâ, ac viſibili Chriſti Eccleſia. Defenſionem Concilii Tridentini. *Antverpię* 1604.

Chriſtophorus Varſevicius, Maſovita Polonus, & Canonicus Cracovienſis, edidit De Chriſti fide, & Petri ſede Orationes tres. Ad Henricum Regem pro avita Religione tenenda Orationem.

Chriſtophorus Varus, Toloſanus, edidit Antilogum de ſanctiſſimo Altaris Sacramento contra hæreticos. *Toloſę* 1563.

Chryſantus Solarius, ſcripſit De reſurrectione mortuorum.

Chryſoſtomus Caſalenſis, Dominicanus, ſcripſit De immortalitate animæ pro Auguſtino Nipho Sueſſano, contra Petrum Pomponatium. *Venetiis* 1525.

Cibus Quadrageſimalis, ex reſponſionibus Hermanni Ewichii, & Wilhelmi Holſii ad Landgravium Haſſię. *Colonię* 1652.

Claudianus Mammertus, Presbyter Viennenſis, ſcripſit opus inſigne De ſtatu Animæ adversùs Fauſtum Regienſem Epiſcopum.

Claudius Couſard, edidit Impugnationem errorum Waldenſium, *Pariſiis* 1548.

Claudius Eſpencæus, Theologus Pariſienſis, edidit Gallicè Tractatum per modum conſerentiæ cum miniſtris hæreticis de verbo Dei in miniſterio, & uſu Sacramentorum Eccleſiæ. *Pariſiis* 1567. Apologiam adversùs miniſtros hæreticos. *Ibidem* 1568. De Euchariſtia, & ejus adoratione. De Miſsà publicà & privatà. *Ibidem* 1573.

Claudius Medulla, Mediolanenſis, Regul. Obſervant. S. Franciſci, edidit Orationem de duabus in Chriſto naturis. *Brixiæ* 1597.

Claudius de Sainctes, Gallus, ex Canonico & Abbate Regulari Ebroicenſis Epiſcopus, edidit Confeſſionem fidei adversùs Calvinianos. Declarationes Atheiſmorum doctrinæ Calvinianæ & Bezanę, Gallicè: multaque etiam tum linguà Gallicà, tum Latina, inter quæ celeberrimæ ſunt Repetitiones de Euchariſtià, ſive libri decem, de controverſis rebus Euchariſtiæ. *Pariſiis* 1575. Reſponſionem etiam ad Apologiam Theodori Bezæ, contra examen doctrinæ Calvinianæ. *Ibidem* 1567.

Claudius Seiſſellus, Archiepiſcopus Taurinenſis, Gallicè & Latinè ſcripſit contra Waldenſes. *Argentinæ* 1543.

Claudius Suffrenus, Gallus, Aquiſextienſis, S.I. edidit Gallicè Librum contra miniſtrum Petit, cui Vulpeculæ nomen fecit.

Claudius Tiphanus, Pariſinus, S. I. Gallice ſcripſit Monitiones ad hæreticos Metenſes de Paulo Ferrio miniſtro. *Auſſiponti* 1618. Declarationem, & defenſionem ſcholaſticæ doctrinæ SS. PP. & Doctoris Angelici de Hypoſtaſi, & Perſonà. *Ibidem* 1634.

Claudius Vadianus, Gallus, edidit Defenſionem ordinis, & honoris ſacerdotalis contra oſores Sacerdotum, & ſacroſancti Miſſæ ſacrificii. *Pariſiis* 1579.

Claudius Valdery, Rothomagenſis, S.I. edidit Reſponſionem ad miniſtrum Fricotet, adversùs libellum ab eo editum contra honorem Cruci debitum. *Pariſiis* 1657.

Clemens V. Pont. Max. anteà Guido Groſſus, Gallus, inter alia ſcripſit adversùs Guilielmum de ſancto Amore, hoſtem infenſiſſimum Mendicantium Religioſorum, Epiſtolam unam 15. Novembris 1262. datam Viterbii. Sub hoc Pontifice celebratum fuit decimumquintum Conciliū Œcumenicum Viennenſe in Gallia, in quo damnati fuerunt Templarii, & Beguini hęretici.

Clemens Araneus, Ord. Prędic. ſcripsit ſuper Epiſtolam B. Pauli ad Romanos, adversùs errores Lutheranorum.

Clemens Galanus, Surrentinus, Clericus Regularis, edidit Conciliationem Eccleſię Romanę cum Arme-

na,

na, diviſam in duas partes; quarum ſecunda eſt controverſialis. *Romæ* 1690.

Clemens Mercator, ſcripſit De adventu, & perſona Anti-Chriſti ſecundùm Scripturam ſacram adversùs hæreticos. *Pariſiis* 1577.

Clemens, Presbyter Alexandrinus, ſed natus Athenis, & Origenis Magiſter, ſcripſit Librum unum adversùs Gentes.

Coeffeteau, ſcripſit De Monarchia Eccleſiæ adversùs M. Antonium de Dominis. *Pariſiis* 1623.

Cæleſtinus Sfondratus, Mediolanenſis, S. R. E. Cardinalis, ex Ord. S. Benedicti, inter alia plurima, edidit opus inſcriptum Gallia vindicata, ubi ſolidè refutantur 4. propoſitiones Ludovici Maimburgi.

Colonienſis Academia. Sub hoc nomine typis edita eſt Cenſura in quatuor priores libros de Republica Eccleſiaſtica M. Antonii de Dominis. *Coloniæ* 1618.

Colonienſis Cleri, & Deputatorum Univerſitatis Judicium de doctrina, & oratione Martini Buceri ad Bonnam. *Coloniæ* 1543.

Colucius, Poeta Florentinus, ſcripſit ad Hieronymum Uranum Camaldulenſium Generalē Libros duos de vera religione. In libro tamen de Fortuna & Fato, aliqua ſcripſit parum conſona veritati, & puritati fidei, quæ impugnavit Joannes Dominici, ex Ord. Præd.

Columbanus Uranckx, Sac. Theologiæ Licentiatus, & Abbas S. Petri apud Gandavum, edidit Librum inſcriptum Malleus Calviniſtarum, depromptus ex Operibus Sancti Joannis Chryſoſtomi. *Antuerpiæ* 1590.

Commodianus, ex Gentili factus Chriſtianus, quique floruit circa annum 320. ſcripſit Librum adversùs Paganos.

Concordia Armenorum, cum Eccleſia Romana. *Romæ* 1623.

Conferentiæ Theologicæ, habitæ Lovanii. *Coloniæ* 1678.

Conradus Andreæ, Germanicè ſcripſit contra Lutherū. *Monaſterii* 1606.

Conradus Braunus, I. C. Germanus, ſcripſit De Imaginibus adversùs Iconoclaſtas. *Moguntiæ* 1548. De hæreticis lib. VI. *Ibidem* 1549. Oppugnationem Præfationis falſæ hiſtoriæ Centuriarum Magdeburgenſium.

Conradus Clingius, Germanus, ſcripſit De Pontifice Romano libros tres. De locis communibus adversùs hæreticos.

Conradus, Germanus, ex Abbate Ciſtercienſi S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Ruffinæ, & Honorii III. Legatus contra Albigenſes, ſcripſit Librum de erroribus Albigenſium ad Abbates in Capitulo generali congregatos apud Ciſtercium.

Conradus Heyſel, Haſſus, Eccleſiæ Francfordienſis Rector, ſcripſit contra hæreticos, & maleficos lib. 1. & contra Huſſitas Bohemos lib. 1.

Conradus Koellinus, Ulmenſis, Ord. Præd. ſcripſit Adversùs blaſphemias Lutheri, quæ vel Gentilibus eſſent abominabilia paradoxa. *Tubingæ* 1538. Everſionem Lutherani epithalamii.

Conradus de Monte Puellarum, Germanus, Auguſtinianus, ſcripſit De erroribus Beghardorum. *MS. in Bibliot. Bodlejana.*

Conradus Schendius, Germanus, ſcripſit De fide, & vitâ Chriſtianâ, & contra Lutheri Apoſtatæ nuptias.

Conradus Summerhaut, Svevus, edidit Tractatum bipartitum contra Hebræos. *Tubingæ* 1494.

Conradus Tregarius, ex Helvetia, Auguſtinianus, poſt confutatos Zuinglianos apud Bernates in diſputatione habita anno 1527. publici juris fecit Paradoxa centum de Eccleſiæ, ac Conciliorum authoritate.

Conradus Vetter, Svevus, S. I. edidit vigintiquatuor novos, terribiles, impios errores recens Reformatorum Chriſtianorum de Morte, & Paſſione Chriſti. *Ingolſtadii* 1591. Colloquium duorum Prædicantium ſuper innocente Luthero. Lutherum innocentem veracem. Manifeſtam demonſtrationem de caſto Luthero contra Philippum Hailbrunerum. *Ingol-*

ſtadii 1600. Confractionem ſpeculi Jeſuitici à Prædicantibus editi. *Ibid.* 1601. Refutationem contra Hailbrunerum &c. *Ibidem* 1603. Palinodiam, & publicam proteſtationem, quòd in quindecim libellis, qui *Innocens Lutherus* inſcribuntur, author Luthero injuriam fecerit. De falſis Lutheri moribus, & dogmatibus. Multa etiam vir doctiſſimus Germanicè traduxit in materia Polemica, quæ abundè ſuppeditat Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu.

Conradus à Wimpina, ſcripſit contra Fabrum Stapulenſem.

Conſalvus Ponce, edidit Scholaſticam aſſertionem pro diſciplina Eccleſiaſtica contra Henricum Borbonium. *Romæ* 1593.

Conſiderationes in Tractatum de ſtabilimento Eccleſię Romanę Maimburgi. Gallicè. *Coloniæ* 1686.

Conſtantinus Applanus, Mediolanenſis, Abbas Canonicorum Regularium Lateranenſium, ſcripſit De humani arbitrii libertate.

Conſtantinus Ebulus, edidit Orationem de virtute Clavium, & Bullâ Leonis X. Romani Pontificis de condemnatione Lutheri Hæreſiarchæ.

Conſtantinus Harmenopulus, ſcripſit De opinionibus hæreticorum, qui ſingulis temporibus extiterunt.

Conſtantinus Hierotius, Brixienſis Ord. S. Salvatoris, ſcripſit De Myſtica Theologia adversùs Platonicos.

Conſtantinus Laſcaris, ſcripſit contra Grę̨corum errores.

Conſtantinus Melitenlota, Magnæ Eccleſiæ Carthophylax, ſcripſit De Eccleſiaſtica unione Grę̨corum & Latinorum, & de Proceſſione Spiritus ſancti. *Extat tom.* 1. *Græciæ Orthoxæ Leonis Allatii.*

Conſtitutio Unigenitus, Sanctiſſimi D. N. D. Clementis Papę XI. Theologicè propugnata ab Anonymo authore tomis 4. *Romæ* 1717.

Conſtitutiones, & decreta Apoſtolica adversùs abuſus in materia fidei, & morum. *Coloniæ* 1679.

Coqueus Caſſander, ſcripſit De articulis controverſis inter Catholicos, & Proteſtantes. *Lugduni* 1612.

Cornelius Croeus, Amſtelodamenſis, S. I. ſcripſit De verâ Eccleſiâ, ſeu de notis, & ſignis Eccleſię. *Coloniæ*. Epiſtolam de fide & operibus ad Joannem Sartorium Orthodoxæ fidei deſertorem. *Antuerpiæ* 1531. Diſputationem contra Anabaptiſtas. *Ibidem* 1535. Contrverſa fidei. *Ibidem* 1612. Declarationem anthoritatis Eccleſiæ ad confirmandam fidem Catholicorum dogmatum, & ſtabiliendos animos adversùs falſę doctrinę ventos. *Ibidem* 1536.

Cornelius Efelsbergerus, Germanus, edidit Collationem de cœlibatu miniſtrorum Catholicæ Eccleſiæ habitam Offenburgi anno 1565. *Coloniæ* 1570.

Cornelius Hazart, Belga, S. I. libros plusquàm triginta ſeptem ſcripſit in fidei Catholicæ defenſionem, circa principaliora fidei myſteria, Cæremonias, ritus & Primatum Eccleſiæ Romanæ contra Lutherum, Calvinum, aliosque hujus temporis Novatores, & ſectarios, quorum omnium indicem copioſum reperiet lector apud Sotuellum in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu.

Cornelius Lonſæus Callidius, ſcripſit Librum De ſpiritu vertiginis utriuſque Germaniæ in Religionis diſſidio. *Moguntię* 1579. Duellum fidei & rationis; &, an in Sacramento Euchariſtię ſit verè corpus Domini. *Ibidem* 1571.

Cornelius Muſſus, Placentinus, Minorita Conventualis, & Epiſcopus Bituntinus, plura ſcripsit ad fidem Catholicam illuſtrandam, ut videre eſt in ejus operibus impreſſis *Salmanticę* 1602.

Cornelius Schultingius Steinwichius, Canonicus Coloniensis, edidit Opus variarum lectionum adversùs primum librum Inſtitutionum Calvini, & etiam contra Centurias Magdeburgenſes. *Coloniæ*.

Cornelius Sneky, Friſius, Ordin. Præd. ſcripsit contra Sebaſtianum Polonũ, Lutherani dogmatis propugnatorem.

Corteſius Brana, Græcus, ſcripſit de Conſenſu Miſſę Græcę, & Latinę.

Coſimus Philiareus, Piſtorienſis, ſcripſit De fide contra Gentiles, & præſertim de immortalitate Animæ. De Chriſtiana Religione contra Judæos. De veritate fidei contra hæreticos. De dogmatibus fidei. *Venetiis* 1597.

Crotoldus, urbis Vangionum Epiſcopus, ſcripſit adversùs omnes hęreſes.

Cunerus Petrus à Brovershaven, Epiſcopus Leovardienſis, edidit De Sacrificio Miſſę. De conſenſu meritorum Chriſti, & Sanctorum. De cœlibatu. De vera Chriſti Eccleſiæ deſignatione. De controverſiis Chriſtianę Theologiæ. *Lovanii* 1568.

Cuthbertus Tonſtallus, Epiſcopus Dunelmenſis in Anglia, ſcripſit De veritate Corporis, & Sanguinis Domini in Euchariſtia. De articulis fidei. Adnotavit etiam ſupra bis mille corruptelas in unà ſolius novi Teſtamenti verſione factâ in Anglicam linguam ab hæreticis.

Cyprianus Benetus, ſcripſit De prima Orbis Sede. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 7.

Cyprianus Polonus, Dominicanus, ſtylum acuit contra Lutherum, & doctis ſcriptis ejus inſanias reprobavit.

S. Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus, Catholicę fidei propugnator invictus, quam & doctiſſimis operibus defendit, prẹſertim contra errores Neſtorianorum.

S. Cyrillus, Jeroſolymorum Epiſcopus, multa præclara ſcripſit, & præcipuè Catecheſes, quibus fortiſſimè Novatorum hujus temporis, & maximè Calviniſtarum deliria confutari poſſunt, præſertim circa præſentiam Corporis, & Sanguinis Chriſti Domini in Sacramento Euchariſtiæ.

Cyrus Alexandrinus, ſcripſit adversùs Neſtorium, & ex Tritemio adversùs alios hæreticos.

D

SAnctus Damaſus I. Papa, Luſitanus, inter alia præclara opera ſcripſit De fide contra hęreticos lib. I.

Damianus Roſcius, Bononienſis, Ord. Præd. edidit librum inſcriptum De hæreſibus cognoſcendis, & convincendis, ac De hæreticorum dogmatibus; cui addita eſt Conciliorum ſumma, à quibus hæreſes ipſæ damnantur. *Patavii* 1585.

Daniel de Crema, ex Ord. Præd. & Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter, ſcripſit volumen adversùs errores Lutheri. *MS. Cremonę in Bibliot. PP. Prędicatorum*.

Daniel à S. Severo, Capuccinus, ſcripſit De deſcenſu Chriſti ad inferos. *Lugduni*. Actus diſputationis Bearnenſis contra Miniſtrum Carolum. *Toloſæ* 1620.

David Auguſtinus Brueys, Gallicè ſcripſit Reſponſionem ad lamentationes Proteſtantium circa media, quibus Eccleſia utitur in eorum converſione. *Pariſiis*.

David Bettonus, Scotus, S. R. E. Cardinalis, ab hæreticis Calviniſtis anno 1546. in odium fidei occiſus, ſcripſit librum De Primatu S. Petri.

David Boys, Anglus, Monachus S. Benedicti, ſcripſit De duplici hominum immortalitate adversùs Agarenorum inſanias.

David Cenevienſis, Britannus, ſcripſit librum contra Pelagianos.

Demetrius Cydonius, Theſſalonicenſis, ſcripſit contra Eunomium De Divinitate Filii, & De Proceſſione Spiritus ſancti contra Cabaſilam, & etiam contra Palamam.

Demetrius Cyzicenus, ſcripſit De Jacobitarum hęreſi. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 12.

Demetrius Riccardi, Ord. Præd. ſcripſit contra Palamam.

Demochares Monchiacenus Reſſonæus

næus Antonius, ſcripſit Propugnationem Chriſtianæ Religionis adversùs Joannem Calvinum. *Pariſiis* 1562.

Deodatus Solera, Italicè ſcripſit Epiſtolam dogmaticam contra Cyrillum Lucarum. *Neapoli* 1634.

Deoduinus, ſive *Theoduinus*, Leodienſis Epiſcopus, ſcripſit Libellum ad Henricum Galliæ Regem de Corpore & Sanguine Chriſti, adversùs Berengarium, & ejus ſectatores.

Diadochus Epiſcopus Photices, ſcripſit contra Monothelitas.

Didacus de Aredà, Luſitanus, S. I. edidit vernaculè ſermones aliquot contra Judaicam perfidiam, & hæreticam pravitatem. *Goæ* 1644.

Didacus de Aſtudillo, Hiſpanus, Ord. Prædic. ſcripſit De origine, & unitate Eccleſiæ.

Didacus del Caſtillo, Salmantinus, edidit Diſputationem in cap. 6. Joannis, de verà & reali manducatione Euchariſtiæ adversùs Cornelium Janſenium. *Romę* 1593.

Didacus de Cea, edidit Archiologiam ſacram SS. Petri & Pauli. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 8.

Didacus de Eſcolano, Archiepiſcopus Granatenſis in Hiſpania, ſcripſit De Magiſtrâ fidei, & hæreſeos deſtructrice Virgine Maria tractatum apologeticũ adversùs Antidico-Marianitas hæreticos fidei, laudibus ipſius detrahentes. *Cæſaraugustæ* 1664.

Didacus Lopez, de Zunniga, Hiſpanus, ſcripſit Adnotationes contra Deſiderium Eraſmum. Secundas curas adversùs eundem.

Didacus de Muros, Gallæcus, Ovetenſis Epiſcopus, ſcripſit adversùs Lutherum.

Didacus Noguera, Hiſpanus, Aliphanus Epiſcopus, ſcripſit De Eccleſia Chriſti ab hæreticorum conciliabulis dignoſcendà. *Dilinge* 1560.

Didacus de Payua d'Andrada, Conimbricenſis, edidit Libros X. Orthodoxarum explicationum, in quibus omnia ferè de Religione capita, quę hiſce temporibus ab hæreticis in controverſiam vocantur, apertè & dilucidè exponuntur, prę ſertim contra Martini Kemnitii petulantem audaciam. *Venetiis* 1592. Defenſionem Tridentinæ fidei Catholicę adversùs hęreticorum calumnias, & maximè ejuſdem Kemnitii. *Olyſiponę* 1578.

Didacus de Simancas, Hiſpanus, edidit Inſtitutiones Catholicas, quibus tractatur quidquid ad præcavendas hæreſes, & extirpandas neceſſarium eſt. *Valliſoleti* 1552.

Didacus Stella, Franciſcanus, ſcripſit in omnes ſui temporis hæreticos.

Didacus de Zunniga, Salmaticenſis, Ord. Eremitarum, ſcripſit in omnes ſui temporis hæreticos. *Salmanticę* 1577.

Didymus, Alexandrinus, ſcripſit contra Arianos, Manichæos, & de dogmatibus, licèt poſteà in Origenis errores præcipitaverit.

Dimaldus'us, Forolivienſis, Auguſtinianus, ſcripſit De reſurrectione mortuorum.

Dimas Serpi, è Sardiniâ, Ordin. Min. ſcripſit De igne Purgatorio contra Lutherum, & alios ſectarios. *Barcinonę* 1613.

S. Dionyſius I. Papa, ſcripſit Commentarium adversùs hæreſes Arianas & Sabellianas, & adversùs Paulum Samoſatenum.

S. Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, S. Cypriano contemporaneus, ſcripſit Epiſtolam contra Paulum Samoſatenum Antioch. Epiſcopum, Divinitatem Filii impugnantem.

Dionyſius à Rickel, Belga, Cartuſianus, ſcripſit contra Alcoranum, & ſectam Mahometicam. *Colonię* 1533. Summam fidei Orthodoxæ. Contra artes magicas, & errores Waldenſium.

Dionyſius, Corinthiorum Epiſcopus, inter plures Epiſtolas, unam ſcripsit ad Nicomedienſes, adversùs Marcionis hęreſim.

Dionyſius Petavius, Aurelianenſis, S. I. ſcripsit De Photino hęretico, & de duplici Synodo Sirmienſi contra eundem Diſſertationem. *Pariſiis* 1636. De Theologicis dogmatibus tomos 5. *Antuerpię* 1700.

Dio-

Dionyſius de Sainte Marte, Gallus, Gallicè ſcripſit Tractatum de Confeſſione contra errores Calviniſtarum, & cum refutatione libri M. Dallæi contra auricularem Confeſſionem. *Pariſiis* 1685.

Dionyſius Vaſquez, Toletanus, Ord. S. Auguſtini, edidit Orationem de unitate, & ſimplicitate perſonæ Chriſti in duabus naturis ad Leon. X. & Cardinales. *Romæ* 1518.

S. Dominicus de Guſman, Hiſpanus, Ord. Præd. Patriarcha, Malleus hæreticorum, & Eccleſię Orthodoxę pulcherrimum decus, ſcripſit libros duos contra Albigenſium errores.

Dominicus Anſoſſus, ſcripſit De ſacris Reliquiis. *Brixiæ* 1610.

Dominicus Antonius Parrinus, edidit opus prænotatum Romani Pontificis infallibilitas excerpta ex manuductione Thyrſi Gonzalez. *Neapoli* 1698.

Dominicus Bannes, ſcripſit Dubitationes de Romano Pontifice ex Commentariis in ſecundam 2. S. Thomæ Aquinatis. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 8.

Dominicus Bolanus, Venetus, edidit opuſculum doctiſſimum contra detractores puritatis B. Virginis Mariæ.

Dominicus Campanella, è Putiniano, Carmelita, & Epiſcopus S. Agathæ Gothorum, ſcripſit contra hæreſim Janſenii.

Dominicus de Dominicis, ſcripſit contra errores quorundam, qui aſſerebant S. Joannem Euangeliſtam fuiſſe filium naturalem B. Mariæ Virginis, idque per tranſubſtantiationem corporis S. Joannis in corpus Chriſti, ex illis verbis Joannis 19. 16. *Ecce Filius tuus*. Hujus erroris authorem ſunt qui faciunt *Bonetum* Belgam, aliqui verò *Franciſcum Maironum*, ſimiliter Belgam. Contra hos ſcripſit etiam *Joannes de Ecoutc*, & *Joannes Tinctor*.

Dominicus Galeſius, publici juris fecit opus inſcriptum Eccleſiaſtica in Matrimonium poteſtas, contra Joannem Launojum. *Romæ* 1676.

Dominicus Graminea, ſcripſit De Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, contra hujus temporis hæreticos. *Coloniæ* 1584.

Dominicus Gravina, Ord. Præd. edidit Catholicarum præſcriptionum adversùs hæreticos tom. 4. *Neapoli* 1619. Pro ſacro depoſito fidei Catholicæ & Apoſtolicæ, &c. Apologeticum adversùs Novatorum calumnias, & præſertim M. Antonii de Dominis. *Ibidem* 1629. Pro ſacroſancto Ordinis Sacramento vindicias Orthodoxas. *Ibidem* 1634. Opuſculum de indiviſa & unanimi ſacroſancti Euangelii prædicatione. *Ibidem* 1637.

Dominicus Mellinus, ſcripſit In veteres quoſdam ſcriptores, malevolos Chriſtiani nominis obtrectatores. *Florentiæ* 1577.

Dominicus à ſanctiſſima Trinitate, quondam præpoſitus Generalis Congregationis Italiæ Carmelitarum Diſcalceatorum, Gallus Nivernenſis, edidit opus inſcriptum Tractatus Polemicus de anno Jubilæi 13. controverſiis diſtinctus. *Romæ* 1650.

Dominicus Segnerus, edidit opus prænotatum Opus Dei admirabile Primatus Romani Pontificis. *Romæ* 1656.

Dominicus Sergent, ſivè *Sergentius*, Gallus, Ord. Præd. Gallicè edidit Librum adversùs hæreticos De non reiterando Baptiſmate, ac de illius cæremoniis, præcipuè contra Viretum hæreticum. *Avenione* 1566.

Dominicus Viva, e Societate Jeſu, edidit Trutinam Theologicam in Theſes Queſnellianas. *Beneventi* 1716.

Dominicus de Spondè, Gallicè publicavit Declarationem motivorum ad ſe uniendum Eccleſiæ Catholicæ Romanæ. *Burdigalæ* 1594.

Donatus à S. Agatha, Franciſcanus, ſcripſit Tractatum adversùs hæreſes.

Dorotheus Louſſius, Belga, S. I. ſcripſit Defenſionem Conſtitutionis Innocentii X. Pont. Max. de quinque propoſitionibus Janſenii. *Leodii* 1654.

Dubrovu, ſcripſit adversùs Lutherum de Catholicis Miniſtris.

Dungalus Monachus, & Diaconus S. Dionyſii Pariſienſis, qui floruit temporibus Caroli Magni, Ludovici Pii, & Lotharii Imp. eiſdem dicavit librum Pro cultu Sacrarum Imaginum adversùs inſanas, blaſphemaſque nænias Claudii Taurinenſis Epiſcopi.

Durandus, Monachus Fiſcammenſis in Normannia, & Troarnenſis Abbas, Ord. S. Benedicti, ſcripſit De Corpore & Sanguine Domini contra Berengarium. *Extat in Bibliot. PP. Lugdunen. tom.* 10.

Durandus de Oſca, Hiſpanus, ex hæretico Waldenſi, Catholicam fidem amplexatus, contra eoſdem ſcripſit.

E

EArnulphus, Gallus, Monachus S. Benedicti, ſcripſit Quæſtiones de Corpore & Sanguine Domini.

Eberardus, ſivè *Ebrardus* Bettunienſis, ſcripſit adversùs Waldenſes. *Extat. tom.* 24. *Bibliot. PP. Lugdunen.*

Eberhardus Billius, Carmelita, publici juris fecit Judicii Univerſitatis, Collegii, ac Cleri Colonienſis adversùs calumnias Philippi Melanchthonis, Buceri, Oldendorpii, & aliorum aſſeclarum defenſionem. *Pariſiis* 1562.

Ecbeberius, Germanus, Monachus Schonaugienſis Ord. S. Benedicti, edidit Librum 1. adversùs hæreſes.

Echebertus, ſivè *Eckbertus*, Monachus, & Abbas S. Florini Ordinis S. Benedicti, ſcripſit Sermones 13. contra Catharos, ſeù Waldenſes.

Edmundus Augerius, Trecenſis, S. I. ſcripſit De Euchariſtia, & Sacrificio Miſſæ, ubi de verâ, reali ac corporali præſentia Chriſti in SS. Altaris Sacramento. *Pariſiis* 1578.

Edmundus Campianus, Londinenſis, S. I. edidit Rationes decem oblati certaminis in cauſa fidei redditæ Academicis Angliæ, & alia plurima in fidei Catholicæ defenſionem, ut patet in ejus operibus impreſſis *Ingolſtadii* 1602.

Edmundus Haius, Scotus S. I. ſcripſit Contrarietates Calvini.

Eduardus Coffinus, Anglus S. I. linguâ patriâ ſcripſit Præfationem confutatoriam contra Guilielmum Barloum Pſeudo Epiſcopum Lincolnienſem. *Audomari* 1619. De cœlibatu Sacerdotum contra Joſephum Hallum Pſeudo Decanum Wigornienſem. *Ibidem* 1619.

Eduardus Riſtbonus, Anglus, edidit Demonſtrationem veræ Eccleſiæ Dei ex hiſtoriæ argumentis.

Eduardus W.rslæus, Lancaſtrenſis, S. I. edidit linguâ paternâ opus inſcriptum: Aperta veritas, quæ fraudes, & impoſturas detegit Jeremiæ Tayler Pſeudo Epiſcopi Dunenſis in Hiberniâ. *L.ndini* 1655. Proteſtantiſmum vacillantem ſinè principiis, contrà duos Sectarios *Antuerpiæ* 1687. Rationem & Religionem, ſivè Religionem firmatam ratione, in quo infallibilitas Romanæ Eccleſiæ probatur contrà Sectarios. *Ibidem* 1672.

Elias Aſtorinus, ſcripſit Prodromum Apologeticum de poteſtate S. Sedis Apoſtolicæ. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* XI. De verà Eccleſia Jeſu Chriſti contrà Lutheranos, & Calvinianos. *Neapoli* 1700.

Elias Graff, Monacenſis, S. I. ſcripſit contrà Gregorium Zeæmannum Prædicantem Campidunenſem aliquot libros Germanico idiomate, cum his titulis. Georgius Zeæmannus fers mirabilis. *Dilingæ* 1626. Inurbana valedictio Georgii Zeæmanni. *Ingolſtadii* 1627. Echo campanæ Zeæmannicæ, hoc eſt brevis demonſtratio paradoxorum, falſitatum & calumniarum, quæ in Georgii Zeæmanni libro, *Campana precatoria* di-

cto,

ćto, continentur. *Dilingæ* 1628.

Elias Petiot, Gallus, Ord. S. Franciſci, & Doctor Pariſienſis, ſcripſit contrà Langarium hæreticum, miniſtrum Cognacenſem.

Elias à S. Thereſia, Carmelita diſcalceatus, Belga, edidit libros tres inſcriptos: Legatio Eccleſiæ Triumphantis ad Militantem pro liberatione animarum à Purgatorio. *Antuerpiæ* 1637. & 1638.

Eligius Guighonius, Gallus, Gallicè ſcripſit De perfectione, unione & victoriâ Eccleſiæ Romanæ. *Avenione* 1562.

Emmanuel Caleca, Veccus, Patriarcha C. Politanus, ſcripſit contrà errores Græcorum. *Vide Manuel Calecas.*

Emmanuel Monteyrus, Luſitanus, S. I. edidit opus cum hoc titulo Zelum fidei, & concordia pietatis contrà cæcitatem Paganorum. *Ulyſſiponæ* 1657.

Emmanuel à Schelſtrate, edidit De diſciplinà Arcani, contrà diſputationem Ernesti Tentzelii. *Romæ* 1685.

Emmanuel de Vega, Conimbricenſis, S. I. ſcripſit Aſſertiones Theologicas de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento contrà Sectarios. *Vilnæ* 1585. De Diviniſſimo, & tremendo Miſſæ Sacrificio. *Ibidem* 1586. De cultu ſanctarum Imaginum, & invocatione Sanctorum contrà Librum *Volani*. De Idololatria Jeſuitarum. *Ibidem*. De vitâ & miraculis Lutheri, Calvini & Bezæ. *Vilnæ*. Theſes de diſtributione ſacræ Euchariſtiæ ſub unâ ſpecie contrà Huſſitas. *Pragæ*. Facti Samoſatiniani Dei oppugnationem, ac æternæ Chriſti generationis, vereque Deitatis Defenſionem contrà Blandratam, & Franciſcum Davidem. *Viennæ Auſtriæ* 1590.

Emericus Ky, Hungarus, S. I. ſcripſit contrà heterodoxos, præſertim Calvinianos plurima opuſcula maternâ linguâ, ut videre eſt apud Bibliothecam Scriptorum ejuſdem Societatis.

Emmeranus Welſer, Germanus, S. I. Germanicè varios ſcripſit tractatus *Monachii* impreſſos adfirmandos Catholicos, revocandoſque hæreticos perutiles, de quibus conſule ſupradictam Bibliot.

Engelbertus, Germanus, Abbas Monaſterii Admontenſis, Ord. S. Benedicti, ſcripſit De articulis fidei, De Corpore Domini, & De libero arbitrio.

Enodius, Ticinenſis Epiſcopus, ſcripſit De fide contrà Gentes.

S. Ephræm Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconus, ſcripſit De reſurrectione mortuorum, & adversùs eos, qui dicunt reſurrectionem mortuorum non eſſe.

Ephræm, & ipſe Syrus, ut ſuperior, ab illo tamen diverſus, ſcripſit adversùs Eutychetem, Boradatum, & Jacobum, à quo Jacobitæ.

S. Epiphanius, Salaminæ Cypri Epiſcopus, ſcripſit Panarium contrà hæreſes.

Epiſtola ad Innocentium X. Pont. Max. de ſuprema Eccleſiæ Romanæ amplitudine in Petri & Pauli auctoritate fundatâ.

Epiſtola Anonymi Catholici, in notationes Hunnii Prædicantis. *Ingolſtadii* 1602.

Ermengardus, ſcripſit contrà Waldenſes. *Extat in Bibliot. PP. Lugdunen. tom. 24.*

Ernricus Piriugh, Germanus, S. I. Germanicè ſcripſit Apologiam, ſeu defenſionem Cæſaris, Principum Catholicorum, & variorum Religioſorum Ordinum, adversùs Superintendentem Ratisbonenſem, heterodoxæ Theologiæ doctorem. *Monachii* 1653.

Ernulphus, Roffenſis Epiſcopus in Angliâ, ſcripſit De Corpore, & Sanguine Domini.

Eſaias Cyprius, ſcripſit Epiſtolam ad Nicolaum Scelingium de Proceſſione Spiritus ſancti. *Extat tom. 2. Græciæ Orthodoxæ Allatii.*

Evantus, ſivè *Evarſtus*, Vienenſis in Galliâ Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam contrà eos, qui ſanguinem animalium immundum eſſe judicant, & carnem mundam eſſe dicunt.

Everardus Billick, Germanus. Vide *Eberhardus Billius, Carmelita.*

Eu-

Eugenius IV. Pont. Max. anteà Condulmerius, Venetus, & Canonicus Regularis, ſcripſit adversùs hæreticos Huſſitas.

Eugenius, Carthaginenſis Epiſcopus in Africa, edidit Catholicæ fidei expoſitionem, & præcipuè de proprietate verbi *Homouſii*, & etiam Altercationes habitas cum Arianis.

Eulogius, Alexandrinus Epiſcopus, ſcripſit Pro unione hypoſtaticâ. Adversùs Severianos, Theodoſianos, Gajanitas, Acephalos, & Agnoitas.

S. Eulogius Toletanus Epiſcopus, & Martyr, edidit Apologiam pro Martyribus adversùs calumniatores, qui dicebant Hiſpanis plus obeſſe, quàm prodeſſe Martyres.

Evodius, Epiſcopus Ticinenſis, vide ſupra *Ennodius*.

Evodius Uzalenſis Epiſcopus in Africa, ſcripſit Librum de fide, ſeù De veritate Trinitatis contrà Manichæos.

Euſebius Alexandrinus Patriarcha, ſcripſit contrà Novatum hæreſiarcham, adversùs Thimoteum, & Severum hæreticos lib. 2. & adversùs Thedoſium.

Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, licèt Arianum dogma ſequeretur, tamen ſcripſit adversùs hæreſim Hieroclis, qui Apollonium Tyanæum, Magum, Chriſto ſervatori comparare fuerat auſus.

Euſebius Dorilæenſis Epiſcopus, ſcripsit Conteſtationem adversùs Neſtorium. Libellum adversùs Entychetem, & libellum adversùs Dioſcorum.

Euſebius Epiſcopus, ſcripsit adversùs Andream hæreticum, qui inter alias hæreſes aſſerebat Corpus Chriſti fuiſſe immortale & impaſſibile, etiam ante Reſurrectionem.

Euſebius Mediolanenſis Archiepiſcopus, fidei Catholicæ aſſertor, ſcripsit contrà hæreticos.

Euſebius, cognomento *Pamphili*, ſcripsit Libros De demonſtratione Evangelica, in quibus cauſam Chriſtianorum agit, potiſſimùm adversùs Judæos.

Euſebius Scholaſticus, edidit Confutationem adversùs Neſtorium. *Extat cum Mercatore Granerii*, *tom.* 2. Libellum adversùs Euthychen & alium adversùs Dioſcorum. *Extant in tom.* 4. *Conciliorum Labbei*.

Euſtachius Dolci, Bononienſis, Ord. Præd. edidit Tractatum de auxiliis Divinæ gratiæ.

Euſtachius Richerius, confutavit, & retexit opiniones Lutheri, præcipuè de Sacramentis.

Euſtachius Siebenius, Brabantus, Ord. Præd. ſcripſit Librum De ſeptem Sacramentis in errores Lutheranorum. *Antuerpiæ* 1523. Contra caput quintum Enchiridii ab Eraſmo editi.

S. Euſtathius Anthiochenus Patriarcha, edidit ſcriptum pro Conſubſtantialitate Verbi Divini cum Patre. Diſſertationem de Engaſtrymitho adversùs Originem, cum Latinâ verſione, & notis Allatii. *Lugduni* 1629.

Euſtratius Conſtantinopolitanus, ſcripſit adversùs eos, qui dicunt Animas extrà corpus non operari, nec precibus & Sacrificiis adjuvari, cum Latina verſione Allatii. *Extat in Bibliot. PP. Lugdunen. tom* 27.

Euthymius Zigabenus, Græcus, Monachus S. Baſilii, edidit Panopliam dogmaticam Orthodoxæ fidei. *Venetiis* 1575.

Explanatio quinque capitum definitionis Concilii Florentini falsò Gennadio adſcripta. *Romæ* 1525.

F

FAbianus Quadrantinus, Prutenus, ex hæretico Catholicam fidem amplexatus, & ſocietatem Jeſu ingreſſus, ſcripſit Palinodias, ſivè Revocationes ſeptem, cum è Lutherano ſactus eſt Catholicus. *Coloniæ* 1671.

Fabius Benevolentius, Senenſis, edidit Gennadii Scholarii Patriarchæ C. Politani Defenſionem quinque capitum Oecumenicæ Florentinæ Synodi. *Romæ* 1637.

Fabius Marius Victorinus, ſcripſit contra Manichæos, & De principio diei. *Extat in operibus Sirmundi tom.* 1. *pag.* 410. Reſponſionem ad Candidum Arianum. *Extat in Analectis Mabillonii tom.* 4. *pag.* 158.

Fabricius Leodius, edidit Harmoniam Confeſſionis Auguſtanæ, illam tamen impugnando.

Facundus, Herminianenſis Epiſcopus, ſcripſit adversùs Mutianum Scholaſticum, defenſorem Theodori Mopſueſteni.

Fauſtinus Diaconus, licèt bis ſchiſmaticus, ſcripſit tamen Libros ſeptem adversùs Arianos, & Macedonianos. Non deſunt, qui hunc Preſbyterum faciant.

Fauſtus Najoronus, ſcripſit Evopliam fidei Catholicæ Romanæ. *Romæ* 1694.

Fauſtus Regienſis, ſcripsit De Spiritu ſancto, & contra Arianos.

Felicianus Capito, Ord. Servorum B. M. V. Archiepiſcopus Avenionenſis, ſcripsit explicationes Catholicas locorum novi, & veteris Teſtamenti, quibus perperam abusi ſunt hæretici moderni ad hæreſes confirmandas. *Coloniæ* 1581.

Felicianus Ninguarda, Morbinenſis in Valle Tellina, ex Ord. Prædicatorum, Epiſcopus Novocomenſis, doctam edidit Catholicæ fidei Aſſertionem contra Articulos utriuſque Confeſſionis Annæ Burgii, Pariſienſis Senatoris, qui ad Calviniſmum pertinaciter declinaverat. Hujus hæretici pertinaciam, totamque hiſtoriam latè perſtringit Spondanus. Scripsit etiam prælaudatus Felicianus Defenſionem fidei majorum noſtrorum. *Antuerpiæ* 1575.

Felix Milenſius, Auguſtinianus, ſcripſit De quantitate Hoſtiæ contra errorem Oſuvaldi, in quo opere explicatur etiam hiſtoria Seefeldica de admirabili Sacramento. *Neapoli* 1618.

Ferdinandus à Jeſu, Carmelita Diſcalceatus, Giennenſis Hiſpanus, typis edidit Opuſcula de regulis fidei, De Summo Pontifice, De Conciliis, De Scripturâ ſacrâ, & Traditionibus. *Conimbricæ* 1617. Item Apologiam pro ſacrâ Scripturâ tuenda. *Ibidem, eodem anno.* Deductam, & continuatâ ſeriem Scripturæ à Chriſto Domino, ad noſtra uſque tempora per Patres. *Eodem loco, & tempore &c.*

Ferdinandus de Pazos, Luſitanus, ex Ordine Mercenariorum, ſcripſit De Primatu Romanæ Eccleſiæ.

Feronle..... Gallicè ſcripſit adversùs M. Merlat Calviniſtam. *Pariſiis* 1679.

Figuerola, Valentinus, ſcripſit adversus Judæos. Qui plura deſiderat de Scriptoribus contra Hebræos calamum acuentibus, legat *Bibliothecam Latino-hebraicam Caroli Joſeph Imbonati.*

Flavianus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Græcè ſcripſit Acta cum Eutychete, & Librum contra ejus errores.

Florimundus Remundus, Gallus, Conſiliarius in Senatu Burdigalenſi, ſcripſit de Antichriſto adversùs Novatores. Item alium librum inſcriptum Error popularis de Joanna Papiſſa Pſeudo-Pontifice, contra hæreticos. De origine, progreſſu, & deciſione hæreſeon noſtri temporis.

Florus, Lugdunenſis Eccleſiæ Diaconus, edidit Librum de Prædeſtinatio-

natione contra Joannis Scoti erroneas definitiones.

Fœbadius, ſive *Phœbadius*, ſcripſit contra Eunomium.

Fontanus, ſcripſit contra Confeſſionem Auguſtanam.

Formula recipiendi Manichæos converſos. *Extat inter Inſignia itinerarii Italici Jacobi Tollii, pag.* 127.

Fortunatus Scacchus, edidit Sacra Elæochriſmata. De cultu & veneratione ſervorum Dei. *Romæ* 1639.

Franciſcus Agricola, Parochus Rhodingenſis in Ducatu Juliacenſi, ſcripſit De Sanctiſſimo Sacramento Altaris. De Cœna Dominica. De Sanctorum ſanctis Reliquiis. De cultu, veneratione, & Imaginibus Sanctorum. Libros 4. Evangelicarum demonſtrationum contra Calvinianos, alioſque hæreticos de vero Chriſti deſcenſu ad inferos. De Primatu D. Petri, ejuſque Succeſſorum Romanorum Pontificum, dictumque S. Petrum Romæ vixiſſe perpetuò ex Græcis, Latiniſque Patribus. *Coloniæ* 1599. *& aliis diverſis annis.*

Franciſcus Annatus, Gallus, S. I. quàm plurima Latino ſermone ſcripſit, præcipuè verò contra Janſeniſtas, ut videre eſt in ejus operibus, quæ ſimul collecta impreſſa fuere *Pariſiis* 1666. Multa etiam Gallico idiomate contra Janſeniſtas ſcripſit, pluribi impreſſa.

Franciſcus à S. Auguſtino, Macedo, Ord. Min. edidit Scholam Theologiæ poſitivæ. *Romæ* 1664. De Clavibus Petri. *Ibidem* 1660. Aſſertorem Romanum adversùs calumnias Heterodoxorum. *Ibidem* 1667. *& alia quædam in hac materia.*

Franciſcus Baldinus, Atrebas, edidit Reſponſionem adversùs hæreticorum calumnias. *Pariſiis* 1572. Scripſit etiam contra Genevenſes hæreticos.

Franciſcus Belcarius, ſcripſit adversùs Calviniſtas De infantium in utero ſanctificatione. *Pariſiis* 1567. Antipologiam adversùs Apologiam miniſtrorum Metenſium. *Ibidem*, *eodem anno*.

Franciſcus Boria, edidit opus inſcriptum Antiatheon, in quo rationibus aliquot phyſicis probat Deum unum eſſe, æternum, omnipotentem, noſtrique ſollicitum. *Ioliſæ* 1561.

Franciſcus Boſſius, ſcripſit De temporali Eccleſiæ Monarchiâ, & juriſdictione contra Politicos, libros 5. *Coloniæ* 1602. De ſignis Eccleſiæ tom. 2. *Romæ* 1591.

Franciſcus Collius, Mediolanenſis, ſcripſit de Sanguine Chriſti. De Animabus Paganorum. *Mediolani* 1662.

Franciſcus Coquellinus, Gallus, Monachus Fulienſis, Ord. Ciſtercienſis, ſcripſit De viris, dogmaticus, ceteriſque hæreticorum omnium ſectis à Chriſto ad noſtram uſque ætatem. Confutationem Janſenii. *MS. in Biblict. S. Pudentianæ de Urbe.*

Franciſcus Cordubenſis, Minorita, edidit Adnotationes Catholicas in Chriſtianæ Religionis articulos ad hæreticorum retundendam pervicaciam. *Viennæ* 1567.

Franciſcus Coſterus, Mechlinienſis, S. I. multa Latinè ſcripſit, inter quæ Enchiridion controverſiarum præcipuarum noſtri temporis de Religione. *Coloniæ* 1585. Apologiam pro Enchiridio contra Franciſcum Gommarum Calviniſtam. *Ibidem* 1602. Declarationem fidei contra hæreticos Hollandos. Reſponſionem ad Lucæ Oſiandri ſtolidam refutationem VIII. Catholicarum propoſitionum. *Ibidem* 1608. Multa alia etiam Belgicâ linguâ contra Calviniſtas ſcripſit.

Franciſcus Cuperus, edidit Arcana Atheiſmi revelata, philoſophicè & paradoxè refutata examine tractatus Theologico politici. *Roterodami* 1676.

Franciſcus Dunellus, Gallus, S. I. Gallicè vulgavit Collationem habitam Seduni, anno 1634. cum Petro Molineo Prædicante, Calviniſta famoſo. *Muſſiponti* 1634.

Franciſcus d'Engbien, edidit opus prænotatum Authoritas Sedis Apoſtolicæ pro S. Gregorio Papa VII. vindicata. *Coloniæ* 1684.

Fran-

Franciſcus Fevardentius, Gallus, Franciſcanus, inter plurima egregii, Catholicique ingenii ſpecimina, addidit Appendices ad libros Alphonſi de Caſtro adversùs omnes hæreſes. *Pariſiis* 1578. De Virginitate, & invocatione Virginis MARIÆ. *Ibidem* 1579. Dialogos quàm plurimos, quibus 665. Calviniſtarum errores graviſſimè perſpicui examinantur, refelluntur, & ſolidè confutantur. *Coloniæ* 1595. Theomachiam Calviniſticā libris XVI. confutatam. *Pariſiis* 1604. Brevem aſſertionem cœlibatus. *Ibid.* 1606. Reſponſiones ad nobilis viri queſtiones primùm hæretici, poſteà Catholici. Gallicè. *Ibidem* 1597. Examen Catechiſmi Calvinianorum. *Pariſiis* 1600. Gallicè. Reſponſiones adversùs hæreticum miniſtrum. *Pariſiis* 1601. Reſponſiones ad Aphoriſmos Brovaldi prætenſi miniſtri Charentoni. Gallicè. *Cadomi in Normannia* 1602.

Franciſcus Fevardentius junior, & prælaudati Franciſci Nepos, Minorita, edidit Fidei controverſias contra Calviniſtas.

Franciſcus Gallus, Ordinis Servorum, ſcripſit De Catholicà fide.

Franciſcus Gandillon, Aurelianenſis, S. I. Gallicè ſcripsit contra Libertinos, Atheos, & De Eccleſià Reformatà.

Franciſcus Hallier, Gallus, edidit Libros IV. De Hierarchia Eccleſiaſtica, ubi Novatores ſolidè impugnantur. *Lutetiæ Pariſiorum* 1646. De ſacris Ordinationibus, ubi ſectarios convincit.

Franciſcus Harlæus, Rotomagenſis Archiepiſcopus, edidit Apologiam Evangelii pro Catholicis ad Jacobum Britanniæ Regem. *Pariſiis* 1625.

Franciſcus l'Hermite, Antuerpienſis, S. I. linguà Belgicà edidit Tergiverſationem hæreticam, & ſternutatorium oblatum Samueli Doreslaer Prædicanti Delſenſi, de Communione ſub utraque ſpecie ab Eccleſia Romana Laicis prohibita. *Antuerpiæ* 1648. Arborem majalem, in quà agit contra remiſſionem peccatorum Calviniſtarum per ſolam fidem. De Indulgentiis, &c. *Ibidem* 1640.

Franciſcus Horantius, Ord. S. Franciſci, edidit locos Catholicos, & Librum de juſtificatione, præcipuè adversùs Joannem Calvinum. *Pariſiis* 1656. Tractatum de quibusdam quæſtionibus inter Philippum Marnixium S. Aldegundæ Abbatem, & Michaelem Bajum, circa Eccleſiæ authoritatem, & Judicem controverſiarum fidei.

Franciſcus Jordanus, Theologus Pariſienſis, edidit Refutationem Lamberti Danæi inficientis doctrinam de SS. Trinitate Sabellianiſmo. *Pariſiis* 1581.

Franciſcus Irat, Lemovicenſis, S. I. Gallicè edidit Acta collationis à ſe habitæ cum Calviniſmi miniſtro, de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento & Sacrificio, & turpem ſugam Petri de Saletes, miniſtri. *Burdigalæ* 1624.

Franciſcus Knaielus, Ord. Min. ſcripſit adversùs Deſiderium Eraſmum Roterodamum.

Franciſcus Leytam, S. I. edidit Synopſim de Eccleſia militante. *Romæ* 1699. Clypeum impenetrabilem Pontificiæ dignitatis. *Ibidem* 1695.

Franciſcus Marobeſius, ſcripſit librum prænotatum Clypeus fortium, ſivè vindicias Honorii I. Papæ. *Romæ* 1680.

Franciſcus Maria del Monaco, Siculus, Theatinus, ſcripſit Libros tres de fidei unitate ad Carolum Britanniæ Regem. *Pariſiis* 1654.

Franciſcus, Monachus Alcobacienſis, Ord. Ciſtercienſis in Italia, edidit volumen inſigne contra Judaicam perfidiam.

Franciſcus Pace, Italicè ſcripſit Faſciculum variorum dubiorum circa orationem puræ fidei dictam. *Venetiis* 1682.

Franciſcus Panigarola, Mediolanenſis, ex Ord. Min. inter alia egregia opera, ſcripſit Lectiones, ſeù diſceptationes octodecim contra Calvinianorum dogmata. *Venetiis* 1584.

Franciſcus Pavonius, Catacenſis, S. I. edidit Commentarium dogmaticum in Pentateuchum, ubi quàm plurima pro Controverſiis fidei exibentur ſubſidia. *Neapoli* 1635.

Franciſcus Penia, ſcripſit De regno Chriſti. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 12. *pag.* 255.

Franciſcus Pinthereau, Gallus, S. I. edidit Latinè Theologiam Petri Aurelii, ſeù præcipuos ejus errores contra fidem, & bonos mores. *Pariſiis* 1647. Errores, & hæreſes aliquot ejuſdem. *Ibidem* 1648. Ortum, & progreſſum Janſeniſmi. *Cadomi* 1645.

Franciſcus Polygranus, Germanus, ex Ord. Franciſcano, ſcripſit Aſſertiones quorundam Eccleſiæ dogmatū ab aliis quondam, à Lutheranis denuò in dubium revocatorum. *Coloniæ* 1572.

Franciſcus Porter, Hibernus, Ord. Minorum, edidit Syſtema Decretorum dogmaticorum ab initio naſcentis Eccleſiæ, uſque ad Innocentium XII. *Avenione* 1693. Palinodiam religionis prætenſæ Reformatæ. *Romæ* 1679.

Franciſcus Pradiel, Minorita, Gallicè ſcripſit Tractatū de voluntate Dei in Sacramento Altaris adversùs Petrum Molineum hæreticum miniſtrum. Triumphum Verbi Dei, pro defenſione fidei Catholicæ contra Miniſtros hæreticos. 1617.

Franciſcus Richard, Lotharingus, S. I. ſcripſit Græco-latinè De controverſiis Græcorum & Latinorum. *Pariſiis* 1657.

Franciſcus à Rodraſem, Polonus, Capuccinus, compoſuit Tractatum de quibuſdam controverſiis, ſeù Reſponſiones ad ſeptuaginta objectiones ab hæreticis confictas. *Raudonicii* 1627.

Franciſcus Roye, Gallus, edidit vitam, hæreſim, & pœnitentiam Berengarii, & locum Joſephi de Jeſu Chriſto vindicatum. *Andegavi* 1656.

Franciſcus Rupifucaldius, Gallus, S. R. E. tit. S. Calliſti Presb. Cardinalis, ſcripſit De auctoritate Eccleſiæ, & Romani Pontificis. *Lugduni* 1628.

S. Franciſcus Saleſius, Gebennenſis Epiſcopus, ſcripſit Diſſertationem adversùs Viretum, immaculatam puritatem MARIÆ Virginis in partu temerantem.

Franciſcus de Sales, Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis S. Petri Gebennenſis, edidit Defenſionem Crucis Domini Noſtri, contra parvum tractatum editum Genevæ, prænotatum *Virtus Crucis*, *& de modo illam honorandi*. Gallicè. *Lugduni* 1653.

Franciſcus, Scilacenſis Epiſcopus, ſcripſit De fide Catholica, & de hæreticis.

Franciſcus Silveſter, Ferrarienſis, ſcripsit Apologiam de convenientia inſtitutorum Romanæ Eccleſiæ cum Evangelica libertate adversùs Lutherum. *Venetiis* 1525.

Franciſcus Sonnius, Belga, edidit Confutationem Confeſſionis Calviniſticæ ex verbo Dei, & Patribus. *Coloniæ* 1567.

Franciſcus Suarez, Granatenſis, S. I. inter alia egregia opera, quibus Eccleſiam illuſtravit, edidit Defenſionem fidei Catholicæ Apoſtolicæ adversùs Anglicanæ ſectæ errores. Reſponſionem ad Apologiam pro juramento fidelitatis, & Præfationem monitoriam Sereniſſimi Jacobi magnæ Britanniæ Regis. *Coloniæ* 1614.

Franciſcus Thong, Biberacenſis Parochus, edidit Examen contra hæreticum Conradum Volfgangum Plauim, Catholicis obtrectantem de bonis operibus, & cultu Sanctorum. *Ingelſtadii* 1578.

Franciſcus è Toleto, Hiſpanus, ſcripsit De Divina Euchariſtia contra Joannem Rochizanam, Bohemum, Joannis Huſſi diſcipulum.

Franciſcus Torniellus, Novarienſis, Ord. Min. edidit Tractatum De unitate Eccleſiæ contra Lutheranos. *MS. in Conventu Trivilii ejuſdem Ordinis*.

Franciſcus Torrenſis, ſcripsit De ſummi Pontificis ſupra Concilia auctoritate. *Florentiæ* 1551.

Fran-

Franciſcus Turrianus, Hiſpanus, S.I. ſcripſit De Hierarchicis Ordinationibus miniſtrorum Eccleſiæ Catholicę, adversùs Schiſmaticas vocationes miniſtrorum, & ſuper intendentium hæreticorum, libros duos. *Dilingę* 1509. Libros 4. adversùs Magdeburgenſes Centuriatores. *Florentię* 1572. Libros duos adversùs capita diſputationis Lipſicæ Andreæ Freyhub. *Colonię* 1574. Adversùs capita diſputationis poſterioris ejuſdem. *Ibidem* 1578. Tractatus duos de ſanctiſſima Euchariſtia. Contra Andream Volanum, Polonum, Calvini diſcipulum, & contra omnes Metonomycos. *Pariſiis* 1577. Apologeticum contra Boquinum Biturigem ſectæ Zuinglianæ. *Colonię* 1578. Multa alia edidit auctor clariſſimus, quæ benignus lector videre poterit in Bibliotheca ſcriptorum S. I.

Franciſcus Vargas, ſcripſit De authoritate Summi Pontificis. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* XI.

Franciſcus Vavaſſeur, Gallus, S. I. edidit Cornelium Janſenium Iprenſem ſuſpectum. *Pariſiis* 1650. Epiſtolam ad amicum de Janſeniſmo. *Ibidem* 1661.

Franciſcus Walſingamus, Anglus, ex Diacono Proteſtante factus Catholicus, & poſteà Societatis Jeſu alumnus, Anglicè ſcripſit Diſquiſitiones de rebus ad Religionem pertinentibus, & de ſuâ ad Catholicam fidem converſione libros tres. *Audomari* 1615. Ratiunculas quaſdam ad fidem Catholicam amplectendam inducentes. *Londini* 1618.

Franciſcus Veronius, Pariſienſis, S. I. edidit Profligationem Henchæi miniſtri Calviniani, habitam coràm Excellentiſſimo Duce de Longaville. Gallicè. Methodum Venonianam, quâ, ex quibusvis Bibliis, cuivis hæretico miniſtro ſilentium imponatur.

Freminus Capitis, Ord. Min. Gallicè ſcripſit Proteſtationem contra primarios hæreticos noſtri temporis. *Rhemis* 1566.

Fridericus Bartſcius, Prutenus Braunsbergenſis, S. I. edidit Reſponſionem benevolam & Chriſtianam, quâ refutat Andreæ Volani, Zuingliani Orationem. Speculum Jeſuitarum contra Danielem Cramerum, Lutheranū. *Braunsbergę* 1603.

Fridericus Nauſea, Blancicampianus, Viennenſis Epiſcopus, multa ſcripſit pro Catholica religione tuēda, præſertim contra Zuinglianos, aliosque fidei Romanæ adverſarios.

Fridericus Staphilus, Oſnaburgengenſis Weſtphalus, ſcripſit De Romano Pontifice in Defenſione adversùs Illyricum. Epitomen Theologiæ Lutheranæ, & Apologiam contra Melancthonem, Smidellinum, & alios hæreticos. Hujus doctiſſimi viri opera pluribus in locis typis edita fuere, quæ conſulat lector, qui fuſiorem eorum notitiam deſiderat.

Fronto Ducæus, Burdigalenſis, S. I. Gallicè edidit Inventarium errorum, contradictionum, & falſarum citationum Philippi Mornęi, Domini de Pleſſis Marli Calviniani, hoſtis jurati ſacroſanctæ Euchariſtiæ. *Burdigale* 1599. Refutationem Reſponſionis Pleſſy ad Inventarium errorum ipſius. *Ibidem* 1602.

Fulbertus, Carnotenſis Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam verè Catholicam De SS. Euchariſtiæ Sacramento.

Fulco Maſſilienſis, ex Monacho Ciſtercienſi, Archiepiſcopus Tholoſanus, plures ſcripſit Epiſtolas de Albigenſium hæreſi eliminanda, deque ejus authoribus profligandis.

Fulgentius patriâ Carthaginenſis, Ruſpenſis Epiſcopus, Traſamundi Regis errores verbo, & ſcripto confutavit. Scripſit etiam adversùs hæreſes Pelagianam & Arianam. De ſancta Trinitate, de Prædeſtinatione, & alia, quæ in ejus operibus videri poſſunt.

G

G*abriel*, Barchinonenſis, Dominicanus, ſcripſit volumen adverſus hæreſes ſui temporis.

Gabriel Biel, Germanus, Ordinis Clericorum in commune viventium, ſcripſit ad Pium II. Pont. Max. Defenſionem obedientiæ Apoſtolicæ.

Gabriel de Garofalis, Spoletanus, Auguſtinianus, Epiſcopus Nucerinus, ſcripſit adversùs hæreſes, & adversùs peſtiferam ſectam Fraticellorum.

Gabriel Martinus, Delphinas, Abbas Clauſonæ, edidit Gallicè opus prænotatum Inſcriptio in falſo, in librum Marci Vulſonis Calviniſtæ, de authoritate Summi Pontificis. *Gratianopoli* 1640.

Gabriel Palæotus, S. R. E. Cardinalis, Italicè ſcripſit Sermones de ſacris, & profanis Imaginibus. *Bononiæ* 1582.

Gabriel, Philadelphienſis Archiepiſcopus, ſcripſit De Sacramento Ordinis. *Extat cum Merino in lib. De Ordinationibus*. De Pœnitentià. *Extat cum eodem de Pœnitentia*.

Gabriel Prateolus, Gallus, ſcripſit De Pſeudo-prophetis. De ſignis Catholicæ Eccleſiæ. De ſtatu Eccleſiæ. Elenchum alphabeticum de vitis, ſectis & dogmatibus hęreticorum omnium ab orbe condito, ad nuſtra uſque tempora. *Coloniæ* 1569.

Gabriel Saconayus, Sabaudus, edidit Apologiam pro civitate Lugdunenſi, adversùs libellum, quem Pariſiis hæretici emiſerant, hac inſcriptione *Juſta, & ſancta defenſio Civitatis Lugdunenſis*.

Gabriel Vaſquez, Bellomontanus, S. I. inter alia ſcripſit De cultu adorationis lib. tres. Diſputationes duas contra errores Felicis, & Eliſpandi, de Adoratione & ſervitute Chriſti, in Conc. Francofurtienſi damnatos.

S. Galdinus, Mediolanenſis Archiepiſcopus, & S. R. E. tituli S. Sabinę Presbyter Cardinalis, & Sedis Apoſtolicæ Legatus, invicto animo Catharorum hæreſim impugnavit: concione enim contra hæreticos expleta, ſpiritum Deo reddidit, die 18. Aprilis 1176. Orationem illam, quaſi tunc temporis habitam, refert Ripamontius *tom. 2. Hiſtoriarum Eccleſiæ Mediolanenſis, libro ſecundo*.

Galfridus Hardebius, Anglus, Auguſtinianus, ſcripſit De perfectiune Euangelicæ paupertatis libros duos contra Armacanum, qui dicebat, turpe eſſe Chriſtianos ſua voluntate mendicos eſſe.

Galfridus, Monumethenſis, ex Ord. S. Benedicti, libro uno egit De Corpore & Sanguine Domini.

Gaſpar Cardillo, Hiſpanus, de Villalpando, edidit Diſputationes novem coram Patribus Concilii Tridentini adversùs Petri Pauli Vergerii, Fabriciique Montani blaſphemias. *Venetiis* 1567. Diſputationes adversùs triginta quatuor hæreticorum Auguſtanæ Confeſſionis proteſtationem. *Ibidem* 1564. Orationem, quòd non ſit Laicis permittendus Calix. *Extat in Concilio Tridentino editionis Lovanienſis*.

Gaſpar Caſilius, Luſitanus, Ord. S. Auguſtini, Conimbricenſis Epiſcopus, ſcripſit De Sacrificio Miſſæ, & ſacroſanctę Euchariſtię celebratione per Chriſtum in Cœnà noviſſimà. De Cœna, & calice Domini quoad Laicos, & Clericos non celebrantes. *Venetiis* 1563.

Gaſpar de Caſtro S. Joannis, Bononienſis Diœc. Dominicanus, compilavit Summam copioſiſſimam adversùs hæreſes.

Gaſpar Contarenus, Venetus, S. R. E. tituli S. Praxedis Presb. Card. ſcripſit Epiſtolas duas ad Paulũ III. de poteſtate Pontificis in uſu Clavium, & compoſitionibus. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 13.

Gaſpar Dietmanus, Germanus, ſcripſit De ſacroſancto extremę Unctionis myſterio. *Herbipoli* 1569.

Gaſpar Fagol, Dominicanus, Ilerdenſis, ſcripſit De articulis Catholicæ fidei, & De Sacramentis Eccleſiæ.

Gaſpar Francus, Germanus, emiſit Expoſitionem cauſarum, propter quas à ſectis hæreticorum ad Catholicam Romanam Eccleſiā Deo adjuvante acceſſerit, unà cum explicatione præcipuorum dogmatum, quæ hæretici conantur pervertere. *Ingolſtadii* 1560. De ordinaria verorum Catholicorum Miniſtrorum vocatione. *Ibidem* 1571. Librum de puro Dei verbo, ac De Luce Euangelii, cum confutatione ſcriptorum Jacobi Andreæ, & Joannis Cœleſtini hæreticorum. *Ibidem*. Orationem Apologeticam pro profeſſione fidei Orthodoxæ contra Martinum Chemnitium. Aſſertionem de externo, viſibili, ac Hierarchico Eccleſiæ Catholicæ Sacerdotio adversùs hæreticorum figmenta. *Coloniæ* 1575. Declarationem S. Tridentinæ Synodi de Canonicis Libris utriuſque Teſtamenti contra examen Martini Chemnitii impii hęretici. De Catholico nomine ſanctæ Chriſti Eccleſiæ inſigni, & notâ veriſſimâ. *Ingolſtadii* 1584.

Gaſpar Fraſitt, Monachus S. Benedicti, edidit Alphabetum Catholicum.

Gaſpar Hap, Poſnanienſis, emiſit Reſponſionem ad Notationem cujusdam Matthæi Dreſſeri Lutherani, quâ provocat Bellarminum, Poſſevinum & Rugerium S. I. cum errorum compendio, quæ in Bellarmini confutatione Dreſſerus commiſerat.

Gaſpar Ibanez, de Segoviâ, Hiſpanice ſcripſit Diſſertationes Eccleſiaſticas pro honore antiquorum Tutelarium, contra fictiones modernas. *Cæſaraugustę* 1671.

Gaſpar Juvenin, Gallus, Presbyter Oratorii, duobus tomis edidit Commentarium hiſtoricum, dogmaticum de Sacramentis in genere & ſpecie, contra antiquos & recentiores hæreticos. *Lugduni* 1705.

Gaſpar Lechnerus, Hallenſis, S.I. typis edidit ſub his titulis Eutychi-Neſtoriana ubiquitas, Theologica diſputatione impugnata contra Theodorum Thummium Prædicantem Tubingenſem. *Ingolſtadii* 1624. Theodorus Thummius in typo deſcriptus, ſeu confutatio libellorum Thummii de Papa Antichriſto. *Ibidem* 1626.

Gaſpar Macer, Suffraganeus Ratiſponenſis, evulgavit perverſas Lutheri Expoſitiones Euangelii, è variis ejus libris collectas. *Monachii* 1555.

Gaſpar Nrthuſius, Theologus, edidit Libros tres ſacrorum certaminum de verâ Chriſti Eccleſia in terris. *Leodii* 1597.

Gaſpar Querhamerus, Germanus, emiſit Tabulam, in qua triginta ſex contradictiones hæreticorum continentur de Communione ſub utraque ſpecie.

Gaſpar Saſgerus, vel *Schatzgerus*, Germanus, Ord. Min. plurima ſcripſit contra Lutherum, aliosque illius temporis hęreticos, præcipuè contra Joannem Baronem Swarſemberg.

Gaſpar Sawicki, Vilnenſis, S. I. edidit Concordiam mirabilem, ſeu potiùs veriſſimam rabiem Euangelicorum inter ſe, & aliâ quædam.

Gaſpar Scioppius, edidit Epiſtolam de veritate interpretationis, & ſententiæ Catholicę in ambiguis ſcripturarum locis, & controverſis fidei capitibus, & de ſua ad Catholicos migratione. Item Conſiderationes de Pſeudo-prophetis noſtri temporis. *Romę* 1599. Commentarium de Indulgentiis. *Monachii* 1601. Scorpiacum, hoc eſt adversùs Proteſtantium hæreſes remedium ab ipſis Proteſtantibus ſcorpionibus petitum, adversùs Jacobum Britanniæ Regem. *Moguntiæ* 1612. Apologeticum adversùs Ægidium Hunnium pro gemino de Indulgentiis libro Cardinalis Bellarmini. *Monachii* 1601. Alexipharmacum regium felli Draconum, & veneno Aſpidum, ſub Philippi Mornæi Paparus hiſtoriæ abdito, oppoſitum. *Moguntię* 1612.

Gaſpar Stoppus, Germanus, edidit Epiſtolam de variis fidei Catho-

licæ dogmatibus. *Ingolſtadii* 1599.

Gaſpar Sevenſtern, Groninganus, S.I. ſcripſit Apologiam contra Divisburgenſes Reformatos. *Coloniæ* 1668. Antiloquium ſuper quæſtione *Cur non vis fieri Catholicus, ſicut majores fuerunt*. Pars 1. *Hannoveræ* 1669. Pars 2. *Coloniæ* 1670.

Gaſpar Vlembergius, edidit Graves, & juſtas cauſas, cur Catholici perſeverare debeant in communione veteris, ejusque veri Chriſtianiſmi. Contra Euangelicos, & Calvinianos. *Coloniæ* 1590.

Gaudentius, ſcripſit De errore ſectariorum hujus temporis. *Piſis* 1644.

Gaufridus Antiſiodorenſis, ex Abaillardi diſcipulo Monachus Ciſtercienſis, ſcripſit Librum 1. contra eundem Abaillardum.

Gebardus Razenriedt, Germanus Razenriedenſis, S. I. quàm plurima ſcripſit De Purgatorio, De Cœna, Deiparâ, Confeſſione auriculari, De Eccleſiâ, De poteſtate Pontificis in Eccleſiâ, &c. quorum omnium notitiam vide in Bibliotheca Scriptorum ejuſdem Societatis.

S. Gelaſius, hujus nominis I. Pont. Max. Africanus, ſcripſit Tractatum adversùs Græcos. Dicta adversùs Pelagianam hæreſim. Libros duos adversùs Arium hæreſiarcam.

Gelaſius Cyzicenus, Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, ſcripſiſſe dicitur De duabus naturis in Chriſto contra Eutychetem.

Gennadius, Carthaginensis Epiſcopus, ſcripsit Catholicæ fidei expoſitionem, & verbi *Homouſii* proprietatem contra Arianos.

Gennadius Conſtantinopolitanus Patriarcha, ſcripsit Epiſtolam ad Metropolitanos, & ad Romanum Epiſcopum contra Simoniacos.

Gennadius, Presbyter Maſſilienſis, ſcripsit Librum de fide, sive de Eccleſiaſticis dogmatibus, & Lib. VIII. adversùs omnes hæreſes.

Gennadius Scholarius, ſcripſit De Primatu Papæ. *Extat in Biblioth. Recaberti tom.* 13.

Gentianus Hervetus, Aurelianenſis, ſcripſit De actu & fraudibus Satanæ in abolendo ſanctiſſimo Miſſæ Sacrificio. *Rhemis*. Apologiam contra hæreticos Calvini miniſtros. *Pariſiis* 1564. Confutationem libri De ſignis ſacris ab heretico ſcripti. *Rhemis* 1556. Reſponſionem calumniis Joannis Ludovici Michaelis. *Ibidem*. Epiſtolas aliquas miniſtris hæreticis. Apologiam adversùs Reſponſionem miniſtrorum hereticorum, & nonnulla alia.

Georgius Amende, Breſdensis in Miſnia, S. I. idiomate nativo emisit Librum, cui titulus Funiculus triplex, de fidei controverſiis. *Viennæ in Auſtria* 1615. Tres utiles interrogationes de Eccleſia Dei, & ſacra Communione ſub utraque ſpecie. *Niſſæ Sileſiorum* 1622.

Georgius Barth, Oſnaburgensis, Germanicè ſcripst adversùs Oſiandrum, contra Judæos, & de immortalitate Animæ.

Georgius Bocquetus, edidit librum inſcriptum Profligatio Hugonæorum hæreticorum.

Georgius Calderus, Olomucensis, ſcriptis ſuis impugravit Confeſſionem Auguſtanam.

Georgius Caſſander, edidit Conſultationem de articulis religionis inter Catholicos & Proteſtantes controversis.

Georgius Conæus, ſcripsit De duplici ſtatu religionis apud Scotos. *Romæ* 1628. Aſſertiones Catholicas. *Ibidem* 1629.

Georgius Diaconus Metochita, Magnæ Eccleſiæ Cartophylax, ſcripſit Refutationem trium capitum à Maximo Planude editorum. Refutationem eorum, quæ ſcripſit Manuel Cretensis Nepos. *Extat in tom.* 2. *Græciæ Orthodoxæ Leonis Allatii.*

Georgius Eberhardus, edidit Diſputationem de SS. Divinæ Trinitatis Myſterio. *Dilingæ* 1588.

Georgius Ederus, Friſingensis, I. C. & Maximiliani II. Imperatoris Conſiliarius, ſcripsit De ſumma Trinitate. Pro fide Catholica. Evangelicam inquiſitionem veræ & falſæ

doctri-

doctrinæ, contra impiam vulgi querelam. Methodum Cathechiſmi Catholici. Malleum hæreticorum, ubi de variis notis, ac cenſuris falſorum dogmatum. *Ingolſtadii* 1580.

Georgius Erneſtus, Oberdorffenſis in Svevia, S. I. Germanicè ſcripſit De vocatione miniſtrorum Acatholicorum Ecclesiæ contra Salomonem Lentium Prædicantem Ratisbonæ, Lutheranum. *Ambergæ* 1630. Reſutationem reſponſionis, quam ad librum priorem ſcripſit Salomon Lentius. *Straubingæ* 1631.

Georgius Gothardus, edidit Orationes duas de bonorum operum, & Sacramentorum neceſſitate, adversùs hæreticos noſtri temporis. *Ingolſtadii* 1577. De Confeſſione. *Ibidem* 1579. Defenſionem Eccleſiæ Catholicæ adversùs Jacobum Heerbrandi Pſeudominiſtrum Tubingenſem, & contra Antonium Varnbuhlerum, Lutheranum. *Ibidem* 1586. Orationes, Diſputationes & Præfationes, aliasque exercitationes, in quibus Tubingenſes, aliique hæretici impudentiæ & impietatis convincuntur. *Ibid.* 1587. Partem primam Apologiæ pro defenſione Eccleſiæ Catholicę adversùs Jacobum Heerbrandum, & reliquos adverſarios. *Ibidem* 1587.

Georgius Halloinus, Gallus, patrin idiomate ſcripſit contra errores Lutheri.

Georgius Helin, Germanus, edidit Parallela Confeſſionis Auguſtinianæ & Auguſtanæ, oppoſita Parallelis cujuſdam Joannis Lutherani. *Friburgi* 1591.

Georgius Holzhajus, Germanus, S. I. Germanicè ſcripſit Mirabilem Comœdiam de Romann Pontifice, & Antichriſto, à Neo-Evangelicis Prædicantibus inchoatam. Apologiam pro ſua Comœdia. De verâ Chriſti Eccleſia. Colloquium, utrùm in Neo-Euangelicorum Germanicis Bibliis verbum Dei purum, & incorruptum reperiatur. *Ingolſtadii* 1527.

Georgius Laderus, Germanus, edidit Aureum vellus Chriſtianæ Civitatis. De forma antiquiſſimę, Propheticæ & Apoſtolicę Eccleſiæ, cum utriuſque ſeculi ſtatus religionis comparatione. *Ingolſtadii* 1579.

Georgius Lantherius, Svevus, edidit Reſutationem falſę gratulationis Jacobi Andreæ, hęretici, quòd Concionatores, & Doctores Bavariæ Lutheranam doctrinam receperint. Germanicè. *Monachii* 1569. De Sacrificio Miſſæ 1565.

Georgius Pachimeres, Græcus, edidit Opuſculum adversùs eos, qui dicunt, ideò dici Spiritum Filii, quòd habeant eandem, atque ille naturam, vel quòd dignis ab eo ſuppeditatur. Epiſtolam ad Nicolaum Scelingiam de Proceſſione Spiritus ſancti. *Extat in tomo* 1. *Græciæ Orthodoxę Leonis Allatii*.

Georgius Poth, Germanus, S. I. Germanicè ſcripſit Reſutationem ſermonis revocatorii Andreæ Wigandi Apoſtatæ. *Moguntiæ* 1671.

Georgius Scherer, Germanus, S. I. edidit tomos duos variorum opuſculorum contra hęreticos. *In Monaſterio Bruckenſi Ord. Præmoſtratenſis* 1599.

Georgius Scholarius, ſcripſit De Proceſſione Spiritus ſancti ad Comnenum Magnum Trapezunti Regem.

Georgius Stengelius, Auguſtanus in Vindelicis, S. I. multa ſcripſit contra Lutheranos, quorum notitiam dabit Bibliot. Scriptorum ejuſdem Societatis.

Georgius Steubius, Germanus, ſcripſit De Summo Pontifice Romano Chriſti in terris Vicario, B. Petri ſucceſſore. *Dilingæ* 1589.

Georgius Trapezuntius, ſcripſit ad Joannem Cubocleſium de Proceſſione Spiritus ſancti. Ad Cretenſes de eadem Proceſſione. De unâ ſanctâ Catholicâ Eccleſiâ. *Extat tom.* 2. *Græciæ Orthodoxæ Allatii*.

Georgius Tyskevicius, Polonus, S. I. inter alia ſcripſit Theologiam Antilogicam Lutheranorum, & Antiologiam Theologicam Calviniſtarum, ſive contradictiones de rebus fidei, quas Lutherani & Calviniſtæ in ſuis propoſitionibus concordes,

diſcordes admittunt. *Cracoviæ* 1624.

Georgius Vicellius, Germanus, ſcripſit De controverſiis fidei adversùs Juſtum Jonam. Longum eſſet hic omnia retexere, quæ vir doctiſſimus, & Orthodoxus contra hæreticos novatores ſcripſit ad Catholicæ fidei defenſionem, præſertim contra Lutheranos. Qui plura cupit, legat Elenchum ejus operum apud Antonium Poſſevinum in Apparatu ſacro.

Gerardus de Fracheto, Ord. Prȩd. ſcripſit De poteſtate Eccleſiæ ſuper hæreticos.

Gerardus Janſenius, edidit Tractatus decem de Eccleſiæ veritate & authoritate. *Coloniæ* 1576.

Gerardus Lorichius, Germanus, edidit Theſes profeſſionis Catholicȩ, cum indicio hæreſum, ſchiſmatum, aliorumque errorum à Catholicis ſugiendorum. 1541. De Sacrificio Miſſæ propagando.

Gerardus, Senenſis, Auguſtinianus, inter alia ſcripſit De Beguardorum erroribus.

Germannus, cognomento non notus, ex Ord. Min. ſcripſit Centurias inſignium mendaciorum Lutheranorum, aliaque multa.

Germanus II. Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſcripſit adversùs eos, qui aſſerunt dæmones, & impios poſt multa ſecula veniam conſecuturos, & adversùs hæreſim Bogomilorum.

Gerochus, Præpoſitus Beicherſpergenſis in Bavaria, ſcripſit contra Folmarum. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun.*

Gezo, Monachus, ſcripſit De Corpore, & Sanguine Domini. *Extat in Muſæo Italico Mabillonii t. 1. par. 2.*

Gilbertus Crab, Scotus, ſcripſit De integritate B. Mariæ ſemper Virginis.

Gilbertus Criſpinus, Monachus Beccenſis, Ord. S. Benedicti, ſcripſit De fide Eccleſiæ contra Judæos.

Gilbertus Genebrardus, Gallus, ex Monacho S. Benedicti Aquenſis Archiepiſcopus, ſcripſit Libros tres de ſancta Trinitate contra hujus ævi Trinitarios, Antitrinitarios, & Autotheanos. *Pariſiis* 1569. Reſponſionē ad Jacobū Schegkium Schorndorffenſem. *Ibidem* 1575. Ad Lambertum Danæum vitiantem doctrinam de SS. Trinitate Sabellianiſmo. *Ibidem* 1581. Contra R. Joſephum Albonem, R. Davidem Kimhium, & alium quendam Judȩum oppugnantes articulos fidei Chriſtianæ. *Ibidem* 1566. Contra Politicos noſtri temporis. *Ibidem* 1589. Quadrageſimam, ſive de hæreſibus & blaſphemiis Calviniſtarum. Symbolum Nicænum & Conſtantinopolitanum commentariis explicatum, & vindicatum ab impurâ doctrina Trinitariorum, Calviniſtarum & Ubiquetariorum. De duabus in Chriſto naturis, & unicâ perſonâ adversùs Semi-Neſtorianos Genevenſes, & Semi-Eutychianos, ſive Ubiquetarios Genevenſes. De antiquitate Eccleſiæ. De Antichriſto, & ejus regno contra Laſicium Craſſum. De Spiritu ſancto adversùs Trinitarios Tranſylvanos, & alia quàm plurima, quȩ apud Poſſevinum lector videre poterit.

Gilbertus Rouſſeau, Turonenſis, S. I. Gallicè edidit Probationem invocationis Sanctorum intra priora ſecula Eccleſiæ. *Burdigalæ* 1624.

Gisbertus Coquius, ſcripſit opus prænotatum Hobbes Elenchomenos, ſive Vindiciæ pro Lege, Imperio, & Religione, contra Tractatus Thomæ Hobbeſii De Cive, & Leviathan. Hobbeſianiſmi anatome. *Ultrajecti* 1680.

Giſalbertus, Anglus, S. Benedicti Monachus, ſcripſit adversùs Judȩos.

Godefridus Adriel, Germanus, edidit Librum inſcriptum Hyperaſpiſtes, ſive Depulſio blaſphemiarum, quas Calvinus evomuerat contra Roſarium B. Virginis Mariæ. *Herbipoli* 1588.

Godefridus Wandelman, Amſtelodamenſis, S. I. abjurata hȩreſi ſcripſit claram, & rectam demonſtrationē Eccleſiæ Chriſti. *Mechliniæ* 1647. Reſponſiones aliquot ad libellos hæreticorum.

Gonſalvus Ponce de Leon, ſive *Gonzales*, Hiſpalenſis, edidit Reſponſionem

nem

nem ad librum Leonardi Waramundi Calviniani. *Romæ* 1585. Defenſionem Roſarii contra hereticos.

Gonſalvus Rodericus, Luſitanus, S. I. ſcripſit Luſitanicè librum De Abaſſinorum erroribus, & Romanæ fidei veritate.

Gramineæ cuidam adſcribitur liber De vigiliis artium, & ſanæ Theologiæ Divinę theſaurus Orthodoxus, & Conſenſus Eccleſię Catholicę in controverſia fidei de Auguſtiſſimo Euchariſtię Sacramento adversùs Calvinum, & reliquos Sacramentarios, ac illos etiam, qui ubiquitatem in corpore Chriſti ſtatuunt. *Coloniæ* 1575.

Gratia Deus, Aſculanus, ex Ord. Præd. ſcripſit contra Judæos.

Gratianus Monfortius, Gallus, Capuccinus, emiſit librum controverſiarum fidei, inſcriptum Tarantula SimięGenevenſis, contra Chriſtophorum Guenard apoſtatam hereticum. *Apud S. Michaelem in Lotharingia*. 1620.

S. Gregentius, Archiepiſcopus Tephrenſis in Gręcia, ſcripſit Diſputationem cum Herbano Rabbino Judęo.

S. Gregorius III. Pont. Max. natione Syrus, & S. Benedicti Monachus, ſcripſit contra Leonem, & Conſtantinum Imperatores.

Gregorius Acindynus, Grecus, edidit opuſculum De eſſentia & operatione Dei, in Libros duos, adversùs imperitiam Gregorii Palamę, & aliorum Grecorum.

Gregorius Bergomenſis Epiſcopus, & Monachus Vallumbroſanus, ſcripſit volumen De veritate Corporis Chriſti contra hereticos.

Gregorius Bæticus, ſcripſiſſe dicitur Librum de fide contra Arianos. Non deſunt tamen, qui aſſerant opus illud non eſſe ejuſdem Gregorii, ſed Fauſtini Presbyteri Luciferiani.

Gregorius Corteſius, Mutinenſis, ex Monacho Benedictino, & Abbate Montis Caſini S. R. E. tituli S. Cyriaci Presb. Cardinalis, edidit Librum, quo probat, quòd S. Petrus fuerit Romæ. *Venetiis* 1573.

Gregorius Cyprius, Græcè ſcripſit adversùs Joannem Beccum Librum inſcriptum Sanctæ Synodi. *Coloniæ* 1536.

Gregorius Diaconus Metochita, niſi fortè ſit *Georgius*, de quo ſupra, ſcripſit Græcè De proceſſione Spiritus ſancti. *Extat MS. in Vaticana*.

Gregorius de Faventia, Dominicanus, ſcripſit Volumen grande contra hæreſes ſui temporis.

Gregorius Martinus, Anglus, ſcripſit linguâ Anglicâ De ſchiſmate, ubi docet non licere Catholicis in Anglia intereſſe orationibus, & concionibus hæreticorum. Detectionem corruptelarum hæreticarum in verſionibus Bibliorum publicè editas à Tindallo, & aliis hæreticis.

S. Gregorius Nazianzenus Epiſcopus, veritatis Catholicę aſſertor invictus, ſcripſit adversùs Eunomianos, De fide Nicænæ Synodi, & contra Arianos.

Gregorius Nətalius, Raguſinus, ex Ord. Præd. inter aliâ ſcripſit Volumen adversùs hæreticos.

Gregorius Nunnius Coronel, Luſitanus, Ord. S. Auguſtini, edidit Libros decem De verâ Chriſti Eccleſiâ. *Romæ* 1594.

S. Gregorius Niſſenus Epiſcopus, S. Baſilii Magni frater, & in fide Catholica propugnanda comes individuus, ſcripſit contra Apollinarem. Tractatum adversùs Græcos ex communibus Notionibus. De Trinitate adversùs Judæos. Contra Eunomium. Contra Manichæos.

Gregorius Protoſyncellus, Patriarcha CPolitanus, ſcripſit ad Imperatorem Trapezuntium De additione facta in Symbolo per Latinos. *Extat in tom. 2. Græciæ Orthodoxæ Allatii*.

Gregorius Roſeſſius, Germanus, S. I. plura ſcripſit adversùs Oſiandrum hæreticum, typis edita *Ingolſtadii*.

S. Gregorius Thaumaturgus, Neocęſareæ Epiſcopus, ſcripſit Expoſitionem fidei adversùs Ælianum, ſive XII. capita fidei, & Anathematiſmos. *Pariſiis* 1622.

Gregorius de Valentia, Hiſpanus, S. I. ſcripſit De fide Catholica. De Eccleſia, Romano Pontifice, De Scripturâ, De Traditionibus, De Conciliis, De ſanctiſſima Trinitate. De verâ Chriſti majeſtate & præſentia contra Lutheranos Ubiquiſtas, præcipuè Schmidelinum. De rebus controverſis in materia Sacramentorum, & de eorum numero, & efficaciâ. De reali Chriſti præſentiâ in Sacramento Euchariſtiæ, & alia multa his ſimilia, quorum copioſiorem indicem dabit Bibliotheca ejuſdem Societatis.

Groſteadus, Anglus, ſcripſit De articulis fidei, & fide Catholicâ. De pœnis Purgatorii &c.

Gualterius Gravius, Ruyſius, Dominicanus, ſcripſit contra Lutherum, & etiam Apologiam adversùs libros Eraſmi de Confeſſione, & de eſu carnium.

Gualterus Daniel, Monachus, ſcripſit librum 1. De Virginitate Beatæ Mariæ.

Gualterus Diſſe, Anglus, Carmelita, ſcripſit contra Wicleffiſtas & Lolhardos.

Gualterus Hilton, Cartuſianus, Anglus, ſcripſit Librum 1. pro ſacris Imaginibus.

Gualterus Hunte, Anglus, Carmelita, ſcripſit adversùs errores Græcorum librum 1. De authoritate Eccleſiæ.

Gualterus Paulus, Belga, S. I. edidit Controverſias diſputatas per ſecula, quibus natæ ſunt hæreſes.

Gualterus, Prior S. Victoris Pariſienſis, ſcripſit opus cum hoc titulo Contra quatuor Labyrinthos Franciæ, ſeù contra quatuor Petros Theologos Lombardum, Abaelardum, Comeſtorem & Pictavienſem. *MS. in dicta Bibliotheca*.

Guernerus, ſive *Vernerus*, Cartuſianus, edidit De Venerabili Euchariſtiæ Sacramento, & de Miſſarum valore. *Coloniæ* 1535.

Guibertus, ſive *Gilbertus*, Gallus, Monachus Flaviacenſis Ord. S. Benedicti, edidit Tractatum de Incarnatione Domini contra Judæos, & De veritate Corporis Domini.

Guido, Abbas Aretinus, Monachus S. Benedicti, & Abbas Eremi S. Crucis de Avellana, ſcripſit de Corpore, & Sanguine Domini contra Berengarium.

Guido Hollandus, Lincolnienſis, S. I. ſcripſit patriâ linguâ De immortalitate Animæ.

Guido Perpinianus, Carmelita, Elnenſis Epiſcopus, ſcripſit De hæreſibus ad Card. Albanenſem. *Pariſiis*.

Guido Terrena, ſeù *Terreni*, Catalanus, ex Priore Generali Carmelitarum Majoricanus Epiſcopus, ſcripſit Summam de hæreſibus, & earum confutationibus. *Coloniæ* 1631.

Guidettus de ſexto, Bononienſis, ex Ord. Præd. ſcripſit Volumen inſigne adversùs hæreſes ſui temporis.

Guidus de Pileo, Vicentinus, Dominicanus, ſcripſit Summam Theologicam adversùs hæreſes. MS.

Guilielmus Abbas S. Theodorici, ex Monacho Cluniacenſi, factus Ciſtercienſis in Signiacenſi Monaſterio, plurima ſcripſit, inter quæ Librum 1. adversùs Gilberti Porretani errores. Libros tres contra Petrum Abailardum. De erroribus Guielmi de Conchis.

Guilielmus Alanus, Anglus, S. R. E. titul. S. Martini Presbyter Cardinalis, ſcripſit Juſtitiæ Anglicanæ confutationem, ſeù De intentione Papæ in erigendis Seminariis, contra librum ab hæreticis in lucem emiſſum ſub nomine Juſtitiæ Anglicanæ. Librum de Sacramentis, in quo probat contra Bohemos nullā dari neceſſitatē communicandi ſub utraque ſpecie. Linguâ etiam Anglicâ adversùs hæreticos De Purgatorio. De oratione pro defunctis. De authoritate Sacerdotum per Sacramentum Pœnitentiæ. De indulgentiis Pontificiis. Librum ad perſecutores Anglos contra calumnias hæreticorum. De Sacramento Euchariſtiæ, & de ſacrificio Miſſæ.

Guilielmus Aſchenderff, Weſtphalus, S. I. edidit Germanicè Defenſionem trium cauſarum, quas pro ſua

con-

Digitized by Google

converſione Statuarius Oſnaburgenſis adduxerat. Contra Refutationem Wolfangi Heluici, Lutherani. Latinè etiam Romanum Altglaub, Antiquam fidem contra Joannem Van Munſter ſectarium.

Guilielmus Baillius Gallus, S. I. ſcripſit contra Pſeudo-miniſtros, inter quę Gallicè Compendium controverſiarum noſtri temporis. *Burdigalæ* 1609.

Guilielmus Beyer, edidit Tractatum de Hierarchia Eccleſiaſtica, ac Præeminentiâ Sacerdotii. *Antuerpiæ* 1666. De Sacramento Confirmationis. *Ibidem* 1669.

Guilielmus Brocheus, Limburgenſis, S. I. ſcripſit De veritate Corporis Chriſti in Euchariſtiâ.

Guilielmus Campianus, Anglus, idiomate materno ſcripſit contra Doctorem Coſenum hæreticum De doctrina Catholica circa tranſubſtantiationem.

Guilielmus Eiſengrenius, Germanus, ſcripſit De Romanis Po tificibus adversùs novam hiſtoriam Magdeburgenſium. *Monachii* 1588.

Guilielmus Lacæus, Anglus Eboceuſis, S. I. ſcripſit Anglice contra hæreſim Socinianam, tunc in Anglia graſſantem. 1639.

Guilielmus de Londsheere, Belga, S. I. edidit Controverſias quaſdam contra Jacobum Laurentium, Prædicantem Amſtelodamenſem. *Antuerpiæ* 1651. Refutationem duplicem quinquennalis ſcripti ejuſdem Jacobi De præſentia Corporis Chriſti in Euchariſtia. *Ibidem* 1642. Rationabilem exigentiam ab hæreticis, ut probent ſua Biblia eſſe Verbum Dei. *Ibidem* 1649. Originem & progreſſum novæ Reformationis. *Ibidem* 1664.

Guilielmus Malonius, Dublinenſis, S. I. edidit Anglicè Replicam contra Reſponſionem Usheri pro antiquitate dogmatum fidei Romanæ. *Duaci* 1608.

Guilielmus Wrigthus, Anglus, S. I. ſcripſit Anglicè pro fide Catholica in Joannem Vuhitum miniſtrum Calvinianum. *Audomari* 1613. Contra N. E. ejuſdem farinę miniſtellum. *Ibidem* 1622. Contra eundem N. E. Catholicos fidei Romanæ poſſe ſalvari, ex teſtimoniis 24. præcipuorum hujus temporis hæreticorum. *Ibidem* 1623. Contra Proteſtantes. *Ibidem* 1622.

Guillelmus Am danus, Cremonenſis, ex Priore Generali Ord. S. Auguſtini, Novarienſis Epiſcopus, inter alia ſcripſit De authoritate Apoſtolica juſſu Joannis XXII. Pont. Max. adversùs errores Marſilii de Padua, & Joannis de Janduno, librum, cui titulus. *Reprobatio ſex errorum &c.*

Guillelmus de Campellis, ex Epiſcopo Catalaunenſi Monachus Ciſtercienſis, ſcripſit Epiſtolam insignem ad Innocentium III. Summum Pontificem, condemnatoriam errorum Petri Abailardi, quondam diſcipuli ſui.

Guillelmus, Diaconus ex Judæo, ſcripſit Opus bellorum Domini contra Judæos, & Sadducæos Judæorum hæreticos, libris duobus.

Guillelmus Jordanus, ex Ord. Præd. ſcripſit adversùs Wicleffi poſitiones.

Guillelmus Remingtonus, Anglus, ex Ord. Ciſtercienſi, ſcripſit Librum unum contra Wicleffiſtas.

Guillelmus Singletonus, edidit Diſcuſſionem decreti magni Concilii Lateranenſis, de poteſtate Eccleſiæ in temporalibus. *Moguntiæ* 1613.

Guillelmus Sudrè, Gallus, Dominicanus, ſcripſit De Myſteriis Sanctæ Crucis, & plures epiſtolas in cauſis fidei.

Guillelmus Wodfordius, Anglus, Minorita, ſcripſit opus insigne adversùs 18. articulos Wiclefii. *Coloniæ* 1535.

Gullielmus Aſſonlevilla, Belga, edidit librum, qui inſcribitur Atheomaſtrix, sive adversùs religionis hoſtes univerſos, diſſertatio. *Antuerpiæ* 1599.

Gullielmus Berthon, Anglus, ſcripſit Determinationes in Wicleffum, & De ejus juſta damnatione.

Gullielmus Byntræ, Carmelita, edidit Librum Theologicarum deter-

terminationum, & Defenſorium pauperatis.

Gullielmus, Clarevallis Monachus, ſcripſit De SS. Altaris Sacramento.

Gullielmus Dam ſi, Lindanus, Dordracenſis, Ruræmondenſis Epiſcopus, edidit Panopliam Euangelicam. Apologeticum ad Germanos pro religionis Catholicæ pace. Plura alia publici juris fecit vir doctiſſimus, & Orthodoxæ fidei zelantiſſimus, quorum indicem copioſum videbit lector in Apparatu ſacro Poſſevini, ubi & multa notantur, quæ nundum lucem aſpexiſſe creduntur.

Gullielmus Gallus, Pariſienſis Epiſcopus, inter alia ſcripſit Cenſuram deteſtabilium aliquot errorum contra Catholicam veritatem.

Gullielmus Nottinghamus, Anglus, ex Ord. S. Franciſci, ſcripſit contra errores Pelagii. *MS. in Collegio Mertonenſi.*

Gullielmus Reginaldus, Anglus, Anglico idiomate edidit De venerabili Sacramento Euchariſtiæ contra Robertum Brucæum, Scotum, ejuſdem ſanctiſſimi Sacramenti impugnatorem. Alium librum inſcriptum Calvino-turciſmus. 1593.

Gullielmus Rimſton, Monachus, ſcripſit Dialogum adversùs Wicleffiſtas, & Concluſiones Catholicas.

Gullielmus Roſſæus, ſcripſit De juſta Reipublicæ Chriſtianæ in Reges impios, & hæreticos authoritate. *Antuerpiæ* 1592.

Guitmundus Normannus, Italus, ex Monacho Cœnobii S. Andreæ, Averſanus Epiſcopus, ſcripſit contra errores Berengarii. De Corpore & Sanguine Domini. De SS. Trinitate. De Chriſti Humanitate, ac Corporis & Sanguinis Domini veritate Confeſſionem.

Gundiſalvus de Villa Diego, ſcripſit Tractatum de hereticis, ſive contra hæreticorum pravitatem. *Salmanticæ* 1519.

Guſtavus Lebreman, edidit librum inſcriptum Perpetuitas fidei Catholicæ. *Romæ* 1698.

H

HAdrianus I. Pont. Max. ſive *Adrianus*, Romanus, ſcripſit ad Leonem Imperatorem, & ejus filium Conſtantinum librum unum pro venerandis Imaginibus Domini, & Sanctorum, quas adorandas & venerandas eſſe definitivâ ſententiâ ſtabilivit. Sub hoc Pontifice habitum eſt etiam anno 787. Concilium Nicenum ſecundum, ſeptimum Œcumenicum contra Iconomachos, ſive Imaginum impugnatores.

Haimo Halberſtatenſis Epiſcopus, ſcripſit De Corpore & Sanguine Domini. *Extat in Spicilegio Dacherii tom.* 12.

Hanardus Gamerius, Germanus, ſcripſit pro Romano Pontifice, adversùs fallaces Wolfgangi Martii ineptias. *Coloniæ* 1569.

Hanco Torteman, Friſius, edidit Orationem contra Arianos & Sabellianos de Trinitate.

Harigerus, Abbas Laubienſis, Ord. S. Benedicti, plura congeſſit ex SS. PP. ſcripta de Corpore & Sanguine Domini adversùs Ratbertum.

Harmenopulus, Græcè ſcripſit De fide Orthodoxa.

Henricus Angliæ Rex, hujus nominis VIII. antequàm in hæreſim, & ſchiſma prolaberetur, ſcripſit pro Romano Pontifice adversùs Lutherum.

Henricus Blyſſenius, Colonienſis, S. I. edidit Defenſionem aſſertionum Theologicarum de verâ & ſacroſancta Chriſti, quam habet in terris Eccleſia militante, contra diſputationem oppoſitam Herbrandi Tubingenſis hæretici. *Ingolſtadii* 1577. Tractatum de uno, geminoque ſacræ Euchariſtiæ ſynaxeos ſalubriter percipien-

piendi ritu & uſu, contra graviſſimos adverſariorum errores. *Ibidem* 1585.

Henricus de Caſtro Marciaco, Monachus Ciſtercienſis, ex Abbate ſeptimo Clarevallis, ab Alexandro III. creatus Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, & Legatus miſſus ad retundendam veſaniam Catharorum & Albigenſium, quos compeſcuit, ſcripſit inter alia Orationem inſignem, in quà amariſſimè deplorat dictorum hæreticorum obſtinationem.

Henricus Fitzſiman, Dublinenſis, S. I. Anglicè ſcripſit Libros duos adverſùs Joannem Riderum Pſeudominiſtrum in Hiberniâ. 1612. Latinè verò edidit Britannomachiam in pleriſque & fidei fundamentis, & fidei articulis diſſidentium. *Duaci* 1614.

Henricus Gorrichem, Germanus, edidit Tractatum de temerario judicio Huſſitarum circa poteſtatē Papæ.

Henricus de Haſſia, Auguſtinianus, ſcripſit Tractatum de Clavibus. De Indulgentiis, & poteſtate Eccleſiæ.

Henricus Helmeſius, Germipolitanus, ex Ord. S. Franciſci, ſcripſit adversùs Captivitatem Babylonicam Lutheri. *Pariſiis* 1553.

Henricus Inſtitor, Germanus, Dominicanus, ſcripſit contra hæreſes. Contra negantes Euchariſtiam eſſe verum Sacramentum, & contra dicentes adorandā eſſe ſub conditione. De poteſtate Papæ contra Antonium Roſellium Patavinum. *Venetiis*.

Henricus Kalteiſen, Germanus, ex Ord. Præd. edidit Orationem, quam habuit in Concilio Baſileenſi, in quo per tres dies refutavit tertium articulum Bohemorum, De libera prædicatione Verbi Dei, quam propoſuit per biduum Udalricus Presbyter Orphanorum. *Ejus diſputatio eſt apud Henricum Caniſium t. 4. part. 2. antiq. lection.*

Henricus Kircker, Germanus, S. I. edidit Germanicè opus prænotatum Pretioſum à vili, ſeu Exterminationem doctrinæ Luthericæ contra Urſinum ſectarium. *Coloniæ* 1665.

Henricus Lamparter, Lucernenſis, S. I. Germanicè ſcripſit Librum aureum, ſive defenſionem fidei Catholicæ adverſùs Jacobum Reihingum. *Monachii* 1624.

Henricus de Langeſtein, Germanus, Auguſtinianus, edidit Librum unum contra quemdam Wicleffiſtam.

Henricus Marionouvenſis, Germanus, Carmelita, ſcripſit Librum unū contra Simoniacos.

Henricus de Noris, Veronenſis, Auguſtinianus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, edidit Hiſtoriam Pelagianam, in qua Pelagii errorum juſta damnatio exponitur. *Patavii* 1673.

Henricus Panneterius, ex miniſtro hæretico factus Catholicus, ſcripſit contra miniſtros hæreticos Genevenſes.

Henricus Reſſay, Lotharingus, S. I. ſcripſit Criſin Orthodoxam de falſo hæreticorum criterio.

Henricus Sedulius, Cliviensis, Ord. Min. edidit Præſcriptiones adverſùs hæreſes. *Antuerpiæ* 1604.

Henricus Storing, edidit opus cum hoc titulo Divi Athanaſii doctrina de æterno Dei Verbo. *Kilonii* 1673.

Henricus Viti, ſcripſit De deſcenſu Chriſti ad inferos ex Symbolo Apoſtolorum & ſacris Scripturis. *Antuerpiæ* 1685.

Henricus Wangnereck, Monacenſis, S. I. ſcripſit De creatione animæ rationalis contra Prædicantes Auguſtanos, traducis aſſertores. Tractatum de Traduce. Vindicias Politicas adverſùs Pſeudo politicos, & Gaſparem Scioppium. *Dilingæ* 1636. Vindicias Avitivorum fidei Catholicæ, quibus Chriſtophorus Beſoldus ad eam perductus eſt. Germanicæ. *Auguſtæ* 1643. Antitheſes Catholicas de fide, & bonis operibus, articulo IV. VI. XX. Confeſſionis Auguſtanæ oppoſitas. Latinè. *Dilingæ* 1645.

Heraclianus Chalcedonenſis Epiſcopus, ſcripſit adverſùs Manichæos.

Herbordus è Pannonia oriundus, ex Ord. Præd. ſcripſit L[illegible] doctum contra hæreſes.

Hermannus Boſendorff, Monaſterienſis, S. I. edidit Apodixes tres

Bla-

Blaſphemiarum Eccleſiæ Calviniſticæ contra tres primos Symboli Catholici articulos, adversùs Conradum Vorſtium. Apodixim, Calviniſtas non eſſe Lutheranorum fratres, adversùs Apologeticam diſputationem Conradi Vorſtii de Auguſtana Confeſſione. Detectos errores errorum Pontificiorum circa primos Symboli articulos, à Conrado Vorſtio diſputationi appenſorum. *Moguntiæ* 1608. Stellulam Catholicæ Orthodoxæque fidei ad Septentrionē tenebricoſi Jacobi Reneccii Prædicantis Hamburgenſis oppoſitam. *Coloniæ* 1614.

Hermanus de Campo, Weſtaphalus, ex ordine Ciſtercienſi, ſcripſit librum unum de Poteſtate Papæ & Concilii. Librum unum de ſchiſmate.

Hermannus Cingallus, edidit opus cum hoc titulo, Scriptura ſanctæ Trinitatis revelatrix. *Goudæ* 1678.

Hermannus Hugo, Bruxellenſis, S. I. edidit De verâ fide capeſſenda, contra Balthaſarem Meiſnerum Lutheranum, & Henricum Braudium Calviniſtam. *Antuerpiæ* 1620.

Hermannus Thiræus, Germanus, S. I. ſcripſit, ſeu confutavit Confeſſionem Auguſtanam. *Dilingæ* 1567. Sex millia dubia ex Confeſſione Auguſtanâ, & duo millia irregularitatum, quibus Lutherani Prædicantes implicantur.

Hermanno Villanus, Germanus, edidit Diſputationes Ubiquiſticas contra Prædicantes Pruſciæ. *Auguſtæ* 1644.

Hermengardus, ſcripſit contra Waldenſes, ut videre eſt apud Gretſerum.

Hermias Philoſophus, ſcripſit Irriſionem Gentilium Philoſophorum. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 4. *pag.* 180.

S. Hieronymus, Presbyter, Doctor maximus, Eccleſiæ Catholicæ ornamentum pulcherrimum, Orthodoxæ veritatis aſſertor invictus, Monachorum decus, hæreticorum malleus, Theologorum regula, ſui temporis oraculum, ſcripſit contra Origenem, Jovinianum, Helvidium, Vigilantium, Pelagium, alioſque tunc graſſantes hæreticos.

Hieronymus Armenini, Dominicanus, & contra hæreticam pravitatem Inquiſitor, ſcripſit contra Tiberium Calabrum, qui inter ceteras hæreticas propoſitiones, quas in Italia defendebat, propoſuerat Diluvium Noe ex ſtellarum obſervatione præcognoſci potuiſſe.

Hieronymus Bolſecus, Pariſienſis Medicus, Calviniſta, & familiaris Calvini, ejus hæreſi abjuratâ Catholicam fidem amplexatus, detexit (eorum vitis publicatis) nequitias Calvini, Zuinglii, Lutheri & Œcolampadii.

Hieronymus Capella, Salutienſis, Ord. Præd. ſcripſit adversùs hæreſes ſui temporis.

Hieronymus Donatus, Patritius Venetus, ſcripſit Apologeticum ad Græcos de Principatu Romanæ Sedis Apoſtolicæ. *Romæ* 1515. De Proceſſione Spiritus ſancti.

Hieronymus Empſerus, Suevus, ſcripſit De Canone Miſſæ adversùs Zuinglium. De ſanctiſſimo Altaris Sacrificio contra Lutherum. *Coloniæ* 1532.

Hieronymus de ſancta fide, ex Hebræo Chriſtianus, Judæos acerrimè perſequens, edidit Commentarium duobus libris diſtinctum, contra Judæos.

Hieronymus de Fornariis, Ord. Præd. Epiſcopus Bellicaſtrenſis, ſcripſit De immortalitate animæ.

Hieronymus Gratianus à Matre Dei, Hiſpanus Valliſoletanus, Carmelita Diſcalceatus, edidit librum prænotatum Lamentationes miſerabiles ſtatus Atheiſtarum ſui temporis. *Bruxellis* 1611.

Hieronymus de Hippolyto, Monopolitanus, Ord. Præd. Archiepiſcopus Tarentinus, ſcripſit De neceſſitate bonorum operum adversùs Zuinglium. *Neapoli* 1539. Librum de veritate Sacramenti Altaris, *Ibidem* 1539.

Hieronymus Lucenſis, Ord. Servorum, ſcripſit De immortalitate

Ani-

Animæ contra infideles. De veritate Catholicæ fidei adversùs Lutherum. Quadrageſimale, in quo contra hæreticos agitur de Sacramentis, Pœnitentiâ, Confeſſione, libero arbitrio, &c.

Hieronymus Mulman, priùs Lutheranus, deinde Catholicus, & S. I. Profeſſus, edidit Myſterium fraudis Prædicanticæ. *Coloniæ* 1649. Clavim abſolutionis ſacramentalis. *Ibidem* 1653. Levem correctionem Dorſechæi ſectarii Argentoratenſis. *Ibidem* 1652. Notas in Epiſtolam Rantzovii Baronis Dani, Romæ converſi. *Ibidem* 1652. Catholicæ fidei ſpeculum contra Matthiam Hoe, Lipſienſem ſuper intendentem. Germanicè. *Ibidem* 1656. Inſolubilem demonſtrationem, quòd miniſtri Acatholici nequeunt habere verum ſenſum Scripturæ ſacræ. *Ibidem* 1554. Cenſuram diſquiſitionis de Eccleſia, & Babylone contra Joannem Cochium. *Ibidem* 1659.

Hieronymus Mutius, Juſtinopolitanus, Latinè ſcripſit De Romana Eccleſia. *Extat in Bibliot. Rocaberti t.* 13. Edidit etiam Mendacia Ochiniana. *Venetiis* 1551. Contra Paulum Vergerium, Franciſcum Bettum, aliosque hæreticos.

Hieronymus Muzzarellus, Bononienſis, Dominicanus, ſcripſit Tractatum adversùs hæreſes, & De authoritate Papæ.

Hieronymus Niger, Foſſanenſis, Auguſtinianus, edidit De admirando Myſterio, & Chriſto adorando in Euchariſtia. Contra Waldenſes.

Hieronymus Oſorius, Epiſcopus Sylvenſis, ſcripſit De Religione libros tres, in Gualterum Haddonum, Anglum. *Coloniæ* 1595.

S. Hieronymus Pragenſis, Theologus & Eremita Camaldulenſis, qui Lituanos ad fidem Chriſtianam reduxit, ſcripſit Librum unum contra hęreticos. Contra errores Græcorum librum 1. De Corpore Domini lib. 1. *MS. in Eremo Camaldulenſi.*

Hieronymus de la Rua, Toletanus, edidit Controverſias Theologicas, Poſitivas & Scholaſticas. *Romę* 1584.

Hieronymus Savonarola, Ferrarienſis, Ord. Præd. edidit opus De triumpho Crucis, ſeu De fidei Chriſtianæ veritate.

Hieronymus Seripandus S. R. E. tit. S. Suſannæ Presb. Cardinalis, & ad Concilium Tridentinum Legatus, Auguſtinianus, ſcripſit Quęſtiones 67. adversùs hęreſes hujus ſæculi libris tribus. De hominis juſtificatione. De peccato originali. Commentaria in Epiſtolas ad Romanos, & ad Galatas, in quibus hæreſes doctiſſimè impugnantur. *MS. Neapoli in Bibliot. S. Joannis de Carbonaria.*

Hieronymus Soccherius, Gallus, ex Monacho Ciſtercienſi, à Pio V. creatus Presbyter Cardinalis tituli S. Matthęi in Merulana, ſcripſit Controverſias contra noſtri temporis hæreſes. *MS. in Claravalle.*

Hieronymus Stephanovuscki, Polonus, S. I. ſcripſit Polonicè Terminum contra Proteſtationem miniſtri cujuſdam Euangelici, ſeu Reſponſionem ad quadruplicem Tractatum contra Primatum S. Petri, & ejus ſucceſſoris Pont. Max. *Vilnæ* 1599. Cenſuram diſputationis Vilnenſis per Danielem Mikolajevucki editæ, ſeu Defenſionem veritatis ac integritatis ejus editionis, quam Catholici de diſputatione illa vulgarunt. Reſponſionem præcipuarum narrationum Evangelicarum, à miniſtris, qui ſe Evangelicos nominant, propoſitarũ.

Hieronymus Torres, Hiſpanus, S. I. edidit contra hæreticos Confeſſionis Auguſtanæ Confeſſionem Auguſtinianam, 4. libris diſtributam. *Dilingæ* 1568. Contra Bidembachium hæreticum. Confutationem Agendæ cujuſdam Eccleſiaſticæ à Lutheranis conſarcinatę.

Hieronymus Treviſanus, Venetus, Ord. Pręd. ſcripſit De Primatu ſummi Pontificis, & De unitate Eccleſiæ adversùs hæreticos.

Hieronymus Volta, ex Ord. Pręd. licèt inter Polemicos Scriptores connumerandus non ſit; ideò tamen eum hìc poſui, cum ab eodem ad Urbem

miſſus fuerit quidam Baſilius, Regienſis, qui ſibi appropiabat ea Apocalypſis verba, *Ecce nova facio omnia*: Cumque aſſereret ſe eſſe filium Dei, Religioſos hortabatur, ut Collectas ſic concluderent: Per Dominum noſtrum Baſilium filium tuum. Vixit circa annum 1535.

Hieronymus Xaverius, Navarrus, S. I. ſcripſit Librum de Myſteriis fidei Chriſtianæ, inſcriptum Fons vitæ, adversùs ſectas Infidelium, præſertim Mahumetanorum.

Hilarion, Monachus Græcus, ſcripſit Orationem dialecticam De pane Græcorum Myſtico, & Latinorum Azymo. *Extat in tom. 2. Græciæ Orthodoxę Allatii.*

Hilarius, Arelatenſis Epiſcopus, B. Auguſtini diſcipulus, ad eundem ſcripſit Epiſtolam de Prędeſtinatione, adversùs Pelagianos. Epiſtolam unam ad Germanum contra hæreſes.

Hilarius à S. Auguſtino, Hiſpanus ex Caſtella veteri, Carmelita diſcalceatus, edidit Librum inſcriptum Vox tubæ Angeli lucis, ad revocandum è Calvinianis tenebris ad regionem Catholicæ veritatis quændam à Catholica religione Apoſtatam. *Bruxellis* 1635.

S. Hilarius Pictavorum Epiſcopus, ſcripſit De Trinitate libros duodecim contra Arianos.

Hincmarus, ex Monacho S. Dionyſii Archiepiſcopus Rhemenſis, ſcripſit contra Gotheſcalcum Prędeſtinatianum hęreticum.

Hippolytus Candidus, Cartuſianus, Neapolitanus, ſcripſit De Regno Chriſti, quod eſt Sancta, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia. De ejus generali Vicario. De ipſo Regno Eccleſię, & Primatu. *MS. Neapoli.*

Hippolytus Chizzola, Brixienſis, Canonicus Regul. Lateranen. Italicè ſcripſit Reſponſionem ad Paulum Vergerium hæreticum. *Venetiis* 1560.

S. Hippolytus Martyr, & Metropolitanus Arabię, ſcripſit contra Marcionem, adversùs Valentinianos, & librum contra hęreſes.

S. Hippolytus, Portuenſis Epiſcopus, & Martyr, multa ſcripſit, inter quæ Librum contra Beronem, & Helicen hæreticos, & contra hæreſim Noeti.

Honoratus Fabri, Gallus, S. I. ſcripſit opus prænotatum Una fides unius Eccleſiæ Romanę contra Indifferentes hujus ſeculi. *Dilingæ* 1657. Hermani Conringii concuſſionem excuſſam, & Romanæ fidei firmitatem inconcuſſam. *Auguſtæ Videlicorum* 1664.

Honoratus à S. Maria, Gallus Lemovicenſis, Carmelita Excalceatus, Gallico idiomate edidit tomos quatuor, cum hoc titulo, Difficultates propoſitæ authori Examinis Theologici, in quibus ęquitas Conſtitutionis *Unigenitus*, &c. & Inſtructionis Paſtoralis Cleri Gallicani oſtenditur. *Tom. 2. Pariſiis* 1720. *alii duo ibidem* 1722. Obſervationes dogmaticas, hiſtoricas, criticas operum Janſenii, Sancyrani, Arnaldi, Queſnellii, &c. *Ipris* 1724. Diſſertationes ſelectas circa Conſtitutionem *Unigenitus*. *Bruxellis* 1727.

Honoratus Niquetus, Avenionenſis, S. I. Gallicè edidit Certamen Genevę, ſeu errores deprehenſos in Gallica novi Teſtamenti translatione Genevę facta. *Flexiæ* 1638.

Honorius Auguſtodunenſis Presbyter, ſcripſit Libellum de hęreſibus.

Hubertus Rudolphus Monachus Ciſtercienſis, uberem habuit Orationem de rebus ab Alexandro Parmenſi Duce geſtis in Belgio, in qua ferè omnia ſpectant ad fidem Catholicam contra hæreticos propugnatā. *Duaci.*

Hugo Etherius, ſive *Etherianus*, Etruſcus, ſcripſit ad Alexandrum III. Pont. Max. adversùs errores Græcorum, pręcipuè De Proceſſione Spiritus ſancti. De hæreſibus ad Balduinum Cardinalem.

Hugo Grotius, ſcripſit De veritate Religionis Chriſtianæ. *Oxonii* 1675.

Hugo, ex Monacho Cluniacenſi Ord. S. Benedicti, Lingonienſis Epiſcopus, ſcripſit Tractatum de Corpore & Sanguine Domini ad Beren-

ga-

garium, qui apertè cœperat eructare blaſphemias contra SS. Euchariſtiã.

Hugo de Manceſtria, Anglus, ex Ord. Min. ſcripſit contra quędam Phanaticorum deliria.

Hugo Metellus, ſcripſit Epiſtolam de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. *Extat in Analectis Mabillonii, tom. 3.*

Humbertus Leonardus, Carmelita, Epiſcopus Darienſis, ſcripſit Librum contra Nivellenſes hæreticos.

Humbertus Tullenſis Monachus Ord. S. Benedicti, & S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Sylvę Candidę, miſſus Conſtantinopolim ad errores Grecorum confutandos, ſcripſit Librum adversùs calumnias Michaelis Cerularii: Scripta Leonis Acridani Bulgarorum Epiſcopi, & Nicetę Pectorati confutavit, quę omnia per modum dialogi ſcripſit.

Humfredus Lecius, Anglus, S. I. edidit Triumphum veritatis, Conſilia pręſertim Evangelica propugnantem. *Duaci 1609.*

Hyacinthus Keruer, Capuccinus, inter alia edidit Contradictiones evidentes in Pſalmis & precibus, & Confeſſione fidei hęreticorum Calviniſtarum. *Pariſiis 1646.*

Hyacinthus Tonti, Auguſtinianus, edidit Defenſionem dogmatum Eccleſiæ Romanæ. *Patavii 1713.*

I

JAcobus Abbadie, Gallicè edidit Tractatum de veritate Religionis Chriſtianę. *Roterodami 168t.* Tractatum de Divinitate Jeſu Chriſti. *Ibidem 1690.*

Jacobus Alitienſis, Monachus Cęleſtinus, ſcripſit Malleum adversùs Lutheranos.

Jacobus Aurimontius, edidit librum inſcriptum, Sertum Hunnianum ex abſurditatum floribus, quos in Colloquio Ratisbonenſi effudit Ægidius Hunnius hæreticus. *Ingolſtadii 1602.*

Jacobus Batalerius, edidit librum inſcriptum Vindicię miraculorum fidei Chriſtianę, adversùs authorem Tractatus Theologico-politici, nempè Benedictum Spinoſam. *Amſtelodami 1673.*

Jacobus Bayns, ſcripſit libros tres De venerabili Euchariſtię Sacramento & Sacrificio, adversùs Sacramentarios, & Lutheranos. *Antuerpię 1605.*

Jacobus Beauſez, Gallus, S. I. Gallicè edidit Collationem habitam Rupellæ cum Vincentio Calviniſtarum miniſtro. Diſſertationem de Eccleſia, ex occaſione converſionis Viri nobilis. In articulum quartum Confeſſionis fidei Calviniſtarum.

Jacobus Benignus Boſſuet, Gallus, Gallicè edidit Expoſitionem doctrinæ Eccleſię Catholicę circa materias controverſas, in Italicam linguam traductam à Franciſco Nazari. *Romæ 1678.* Tractatum de Communione ſub utraque ſpecie. *Bruxellis 1682.* Conferentias cum Claudio Miniſtro circa Eccleſię materias. *Pariſiis 1683.* Relationem circa Quietiſmum, traductam ab Abbate Regner. *Ibidem 1698.* Antiquitatem clarificatam ſuper immutabilitate Divinę eſſentię, contra Miniſtrum Juriev. *Ibidem 1691.*

Jacobus Bidermannus, Germanus, S. I. publicavit Proluſiones Theologicas, quibus Romani Pontificis dignitas adversùs hæreſim propugnata eſt. *Dilingæ 1624.* Agnoſticam libris tribus pro Miraculis. *Ibidem 1626.*

Jacobus Boileau, ſcripſit De adoratione Euchariſtię. *Lutetiæ 1685.* Hiſtoriam Confeſſionis auricularis contra Mallęum. *Ibidem 1684.*

Jacobus Boireau, Confluentinus, S. I. edidit Libros tres Controverſiarum adversùs miniſtros Calvinianum in Benearnia. *Pali 1662.* Conformitatem Eccleſię Romanę hodiernę, cum priſca. *Burdigalę 1667.*

Jacobus Brutus, Novocomenſis, Ord.

Ord. S. Salvatoris, ſcripsit De immortalitate Animę. *Venetiis* 1496.

Jacobus Cælius, Ticinensis, Carmelita, ſcripſit De Divortio Henrici VIII. Anglorum Regis, & De Purgatorio.

Jacobus Couthonus, edidit Reſutationem falſæ narrationis de Colloquio inter Epiſcopum Ebroicenſem, & Philippum Mornæum hæreticum. *Moguntiæ* 1603.

Jacobus Cruſius, Germanus, S. I. edidit Dialogum familiarem inter Acatholicum inveſtigantem veram fidem, & Catholicum reſpondentem. *Græcii* 1592. Facem ad veram fidem prælucentem. *Ibidem* 1597. De veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia. *Ibidem* 1599. De corruptione ſacræ Scripturæ facta à Lutheranis in rebus dogmaticis. *Ibidem* 1602. De Traditionibus. *Ibidem* 1605.

Jacobus Davy, dictus *Du Perron*, Gallus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, edidit Gallicè Acta Collationis inter Epiſcopum Ebroicenſem, & Philippum Mornęum Pleſſæum hæreticum, cum refutatione falſi diſcurſus ejuſdem Collationis. *Ebroicæ*. De ratione intelligendi ſacram Scripturam. Reſutationem libri cujuſdam Tileni hæretici, adversùs Traditiones Apoſtolicas. *Ibidem* 1601. Replicam ad Reſponſionem Regis Magnæ Britanniæ. *Pariſiis* 1620. Tractatum De SS. Euchariſtię Sacramento. *Ibidem* 1622. Reſutationem objectionum extractarum ex operibus S. Auguſtini per hæreticos contra Euchariſtiam. *Ibidem* 1624.

Jacobus Faber, Molinenſis, edidit Hyperaſpiten pro ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, adversùs impiam Miſſæ, ac Miſſalis Anatomen. *Pariſiis* 1563.

Jacobus de Ferraria, Ord. Præd. ſcripſit De poteſtate Romani Pontificis, & Summam Theologicam adversùs hæreſes.

Jacobus Feuchtius, Germanus, edidit Diſputationem Articulorum Bavaricorum adversùs Lucam Oſiandrum. Germanicè *Ingolſtadii* 1572. Item Germanicè publicavit Reſutationem viginti causarum, quas quidam, qui nolunt eſſe Chriſtiani, ſolent afferre. *Coloniæ* 1583.

Jacobus Feure, Gallus, Gallicè ſcripſit Motiva invincibilia ad convincendos Proteſtantes. *Pariſiis* 1676.

Jacobus Fourre, Dominicanus, Apologias plures ſcripſit contra Lutherum. De Indulgentiis. De Purgatorio. De Imaginibus ſacris. De poteſtate Pontificis.

Jacobus Franciſcus, Lotharingus, S. I. ſcripſit De cauſa ſalutis Infantium, adversùs Infanticidium Gebennenſe. *Muſſiponti* 1631.

Jacobus Gaudinus, Gallus, edidit opus inſcriptum Aſſumptio Mariæ Virginis vindicata, contra diſſertationes Claudii Jolii. *Pariſiis* 1670.

Jacobus Gaulterus, Gallus, S. I. edidit Tabulam Chronographicam ſtatus Eccleſiæ Catholicę à Chriſto nato, ad annum 1614. *Coloniæ* 1616. Anatomiam Calviniſmi. *Lugduni* 1614. Indicem Controverſiarum.

Jacobus Gordonus Huntæus, Scotus, S. I. edidit Epitomen Controverſiarum Chriſtianæ fidei, partibus tribus. *Coloniæ* 1620.

Jacobus Gorſcius, Polonus, quatuor libros edidit, in quorum primo agit de Baptiſmo recens natorum, *Coloniæ* 1572. Secundus & Tertius De Mediatore. Quartus De Communione ſub unicà ſpecie, contra temerè reprehendentes S. Romanam Eccleſiam. *Ibidem* 1582.

Jacobus Gretſerus, Germanus, S. I. plura edidit adversùs Calviniſtas, aliosque Sectarios, ac Novatores, quibus proprium pro Catholica fide ſtudium omnibus patefecit, pręcipuè tamen in lib. 6. Exercitationum Theologicarum, qui prodierunt *Ingolſtadii*. Qui plura de hoc celeberrimo Authore deſiderat; perlegat Catalogum omnium ejus operum, ex ipſius autographo deſcriptum à Georgio Heſero. *Monachii* 1674.

Jacobus Hack, Juliacenſis, S. I. Germanicè edidit Defenſionem Concionis P. Georgii Scherer S. I. pro

unà,

unà, & utraque ſpecie adverſus M. Antonium Hegium, Calviniſtam. *Olemucii* 1613. Reſponſionem ſolidam ad quatuor quæſtiones hoc tempore ſcitu neceſſarias, contra Paulum Toſſanum Calviniſtam, contra quem etiam edidit brevem Proluſionem. *Ibidem* 1617.

Jacobus Hautinus, edidit Patrocinium defunctorum. *Leodii* 1665.

Jacobus de la Haye, Pariſinus, S. I. ſcripſit Reſponſionem ad librum, cui titulus eſt Apologia Univerſitatis. *Pariſiis* 1543.

Jacobus de H yes, Belga, S. I. ſcripſit Compendium Controverſiarum, ſub titulo Ducis fidelis. *Leodii* 1669.

Jacobus Hoeſtratanus, ſive *Hoeſtratus* à natali ſolo, Brabantinus, Ord. Præd. & contra hæreticam pravitatem Inquiſitor indefeſſus, plura ſcripſit, inter quę De Purgatorio. *Antuerpiæ* 1526. De Chriſtiana libertate tractatus quinque contra Lutherum. *Ibidem* 1522. De fide, & operibus. Dialogum de veneratione Sanctorum contra Lutheranorum blaſphemias. *Ibidem* 1524. Libros ſex Colloquiorum cum D. Auguſtino contra Lutherum, 1524.

Jacobus de Hongre, Gallus, Ord. Præd. ſcripſit adverſus Novatores duo volumina, unum De ſacrarum Imaginum veneratione: alterum De Sacrificio Miſſæ.

Jacobus d'Illaire, nobilis Gallus, idiomate proprio ſcripſit Reſponſionem ad articulos fidei miniſtrorum Calviniſtarum Franciæ, præſertim ad hunc, Papam non eſſe Antichriſtum.

Jacobus Kellerus, Germanus, S. I. edidit opus prænotatum Tyrannicidium, ſeu Scitum Catholicum de internecione adverſus inimicas Calviniani miniſtri calumnias in Societatem Jeſu jactatas. *Monachii* 1601. Papatum Catholicum contra Jacobum Hailbrunner, *Ibid.* 1616. Compendium ejuſdem operis. Agoniam, ſeu ſudorem mortualem Jacobi Hailbrunneri. *Ibidem* 1618. Faſciculum olidum 50. floſculorum, ideſt, Abſurditates Prædicantium in Colloquio Ratisbonenſi. 1604.

Jacobus Lainez, Hiſpanus, Præpoſitus Generalis Societatis Jeſu, ſcripſit De uſu Calicis, aliaque ad Concilii Tridentini explanationem pertinentia. Commentariolum, ne Templa hæreticis concedantur.

Jacobus Laingæus, Scotus, ſcripſit De vita, doctrina & obitu Martini Lutheri, Joannis Calvini, & aliorum hæreticorũ. *Ingolſtadii* 1582.

Jacobus Latomus, Belga, ſcripſit De Confeſſione ſecreta. Contra articulos Lutheri, Reſponſionem ad libellum à Luthero emiſſum pro articulis damnatis à Theologis Lovanienſibus. De Primatu Rom. Pontificis adverſus Lutherum. De Eccleſia. Ad Helleborum Joannis Œcolampadii Reſponſionem de fide, & operibus. De Monachorum inſtitutis, votis & obligationibus. Qui plura de tanto viro deſiderat, legat ejus opera impreſſa *Lovanii* 1550. Et Cyræum in Centuria prima Scriptorum Belgicorum.

Jacobus de Leccio, Monachus Cœleſtinus, ſcripſit opus prænotatum, Martinellus contra Lutheranos.

Jacobus Ledeſma, Hiſpanus, S. I. ſcripſit Quæſtionum controverſarum contra hæreticos tom. 1. De Divinis Scripturis quavis lingua paſſim non legendis. *Coloniæ* 1574.

Jacobus Lopez Stunica, Hiſpanus, edidit Redargutiones adverſus Eraſmum. Aſſertionem de Eccleſiâ. Corruptiones Eraſmi in translationibus. Enchiridion violatæ religionis. *Pariſiis* 1522.

S. Jacobus de Marchia, Ord. Minorum, ſcripſit Tractatum contra Fraticellos.

Jacobus Marines, Gallus, Auguſtinianus, ſcripſit adverſus Lutheranos.

Jacobus Maſenius, Germanus, S. I. ſcripſit Controverſias fidei: Meditata in Concordiam Proteſtantium. Strenam Reformatorum. Greſſerum redivivum. Novam praxim fidei Ortho-

thodoxæ . Raſtrum horti Cruſiani pro defenſione bonorum Monaſticorum . *Coloniæ diverſis annis* .

Jacobus Munfordus , Norfolcienſis , S. I. ſcripſit Libellum , quo , quidquid Catholici aſſerunt , ſacræ Scripturæ inniti debet , demonſtrat . De Judice controverſiarum . *Gandavi 1658.*

Jacobus Naelantus , Florentinus , Ord. Præd. Epiſcopus Clugienſis , ſcripſit De Primatu D. Petri . De ſacroſanctis Indulgentiis adversùs hæreticos . Medullam ſacræ Scripturæ, ubi plurima pro Eccleſia Catholica adversùs Novatores exponit .

Jacobus Niger , Athenſis , Ord. S. Franciſci, Gallicè ſcripſit De Reliquiis Sanctorum adversùs hæreticos . *Leodii* 1524.

S. Jacobus , Niſibenus Epiſcopus , eujus oratione Arius condignam ſuæ iniquitatis mercedem effuſis viſceribus recepit , ſcripſit De fide adversùs hæreſes , & alia opera, de quibus vide Joſephum Aſſeman in Bibliot. Orientali , & Acta Sanctorum Bolland. ad diem 15. Julii .

Jacobus Noguerra , ſcripſit De Eccleſia Chriſti Domini . *Dilingæ* .

Jacobus Novet , Cenomanenſis , S. I. edidit Tractatus quinque De reali præſentia Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ . *Pariſiis 1667.* Reſponſum ad Claudium Calviniſtam de eadem materia .

Jacobus Pamellus , Belga Epiſcopus , inter alia ſcripſit Librum de religionibus diverſis non admittendis .

Jacobus à Payva , Luſitanus , edidit Orthodoxas explicationes omniũ ferè capitum de religione ab hæreticis controverſorum, & pręcipuè contra Kemnitium . 1564.

Jacobus de Perron . Vide *Jacobus Davy* .

Jacobus de Petris , Brixienſis, Ord. Præd. ſcripſit Tractatum adversùs hæreſes ſui temporis, & De præcipuis Catholicis veritatibus .

Jacobus Saleſius , Gallus , S. I. ſcripſit De ſeptem Sacramentis contra hæreticos .

Jacobus Scharpe , Eboracenſis in Angliâ , Anglicè edidit Examen privati ſpiritus Proteſtantium . 1630.

Jacobus Scheuler, Germanus, ſcripſit adversùs Luthadum Prædicantem Bernenſem , in ſuo Hercule Catholico edito *Friburgi Helvetiorum* 1651.

Jacobus Stratius , Antuerpienſis , S. I. edidit Apologiam Catholicam pro R. P. Cottono : *Brugis* 1609. Declarationem præcipuorum articulorum antiquæ Romanæ Catholicæ fidei , qui à Novatoribus in controverſiam vocantur . *Antuerpiæ* 1617. Declarationem fidei Catholicæ . *Ibidem* 1629.

Jacobus de Suſato , Germanus , Ord. Præd. ſcripſit De unitate Eccleſiæ , & ejus origine .

Jacobus de Thermis , Sac. Theologiæ Doctor , & Abbas Pontiniacenſis, Ord. Ciſtercienſis, ſcripſit Librum 1. contra Pſeudo-prophetas .

Jacobus Tyras , ex Obſervant. Regul. S. Franciſci , edidit Diſputationem habitam inter ſe , & Pſeudo-miniſtrum Verbi Dei , Calviniſtam, ſuper Juſtificatione . *Duaci* 1633.

Jacobus Tyrius , Scotus , S.I. ſcripſit adversùs Joannem Knoxium Calviniſtam .

Jacobus Vernant , Gallicè edidit Defenſionem authoritatis Pontificiæ . *Metis* 1658.

Jacobus à Vitriaco , S. R. E. Cardinalis , Epiſcopus Tuſculanus , ſcripſit Librum unum contra Saracenos .

Jacobus Wiecus , Polonus , S. I. edidit Defenſionem ſacroſancti Sacrificii Miſſę adversùs Franciſcum Stanearum . De Purgatorio . De Divinitate Chriſti contra noſtri temporis Arianos . Dialiſin aſſertionum Jacobi Hiemojeſii . Poſtillam majorem contra Gregorium Turnonium , Sacramentarium . Judicium quorundam Catholicorum de Confeſſione Sendomirienſi hæreticorum Sacramentariorum . De doctrina Catholica Eccleſiæ . Pſalterium Davidicum cum argumentis & ſcholiis contra hæreticos .

Jacobus Wimphelingus, Sletſtatenſis, multa pro fide Catholica illuſtranda conſcripſit, ut videre eſt apud Poſſevinum.

Jannotius Manettus, Florentinus, ſcripſit Libros decem adversùs Judæos & Gentes. *MS. Florentiæ*.

Jeremias Felbingerus, publicavit Epiſtolam ad Chriſtianos, in quâ Socini, & ejus diſcipulorum errores refutantur. *Amſtelodami 1672*.

Jeremias Ferrerius, Gallus, abjuratâ ſectâ Calviniſticâ, cujus erat miniſter, ſcripſit adversùs infenſiſſimos Romani Pontificis hoſtes De Antichriſto, & ejus notis, ubi eruditè demonſtratur Romanum Pontificem non eſſe Antichriſtum, contra hæreticorum calumnias. *Pariſiis 1615*.

Jeſſus Nemetum Præſul, ſcripſit contra Arianos diverſa prolixa volumina.

S. Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ poſt Apoſtolorum Principem tertius Epiſcopus, & glorioſus Chriſti Martyr, ſcripſit contra Simonem Magũ, Menandrum, Ebionem, & alios hæreticos.

Ignatius Armandus, Gallus, S. I. ſcripſit Epiſtolam contra Danielem Chamierum Calvinianæ doctrinæ miniſtrum apud Allobroges.

Ignatius Bartalini, Italicè ſcripſit ſupra Exceptiones, quas modernorum Quietiſtarum defenſor exhibet. *Venetiis 1681*.

Ignatius Brunus, Hibernus, S. I. ſcripſit De Eccleſia, quæ non errat, nec errare poteſt, adversùs Andreã Sall apoſtatam à fide Catholica. 1675.

Ignatius Derkennis, Antuerpienſis, S. I. ſcripſit De Gratia, & libero arbitrio contra Cornelium Janſeniũ. *Antuerpiæ 1641*.

Ignatius Fiume, è Caſali S. Antimi propè Averſam, Ord. Præd. edidit tomos tres cum hoc titulo, Schola veritatis adversùs mendacia Lutheri, Calvini, & Proteſtantium erecta. *Neapoli 1675*.

Ignatius Goduvinus, Anglus, S. I. edidit Librum prænotatum Lapis lydius, in quo quidquid inter nos, & hæreticos in fide controvertitur, ex ſacra Scripturà decernitur. *Leodii 1656*.

Ignatius Hyacinthus Amat de Graveſon, Ord. Præd. edidit Tractatus de ſacra Scripturà. *Romæ 1715*.

Ignatius à Jeſu, Foroſempronienſis, Carmelita diſcalceatus, edidit Hiſtoriam rituum & errorum Chriſtianorum S. Joannis, cum tractatu confutatorio eorundem errorum. *Romæ 1651*.

Ildephonſus, Malacenſis Antiſtes, edidit Catholicam querimoniam adversùs Petrum Jurejum. *Matriti 1686*.

S. Ildephonſus, è Monacho S. Benedicti Toletanus Epiſcopus, ſcripſit De perpetua Virginitate B. Mariæ Virginis contra hæreticos illam impugnantes. De ſancta Trinitate.

Innocentius IX. Pont. Max. Bononienſis, ſcripſit adversùs Macchiavellum.

Joachim Monachus Ordinis Ciſtercienſis, Abbas Coratii, & fundator Monaſterii Florenſis, inter plurima alia ſcripſit contra Judæos, & alios fidei hoſtes.

Joachimus Miryclanus, ſcripſit adversùs Lutherum.

Joachimus Perionius, Monachus S. Benedicti, ſcripſit Epiſtolas plures ad Principes Chriſtianos contra Petrum Aretinum.

Joannes II. Pont. Max. ſcripſit Epiſtolam ad Volerium Epiſcopum, quâ docet Chriſtum ſecundùm Divinitatem eſſe Patri æqualem, & ſecundùm humanam naturam eſſe minorem.

Joannes IV. Dalmata, Pont. Max. ſcripſit Epiſtolam ad Epiſcopos & Presbyteros Scotiæ de Paſchate more Catholico celebrando, & de reviviſcente Pelagiana hæreſi diligenter cavenda.

Joannes V. Cantacuzenus, coactus à Joanne VI. ſe ſe Imperio Conſtantinopolitano abdicavit, Monachusque factus, & Joſaphat appellatus, ſcripſit contra Saracenorum hæreſim pro Chriſtiana religione Apologias

quatuor. Contra Machometem Orationes quatuor. Contradictiones adversùs Prochorum Cydonem. *MS. in Bibliot. Vaticana*.

Joannes Adamus, Lemovicenſis, S. I. edidit Gallicè Calvinum à ſe ipſo, & à S. Auguſtino profligatum. *Pariſiis* 1650. Reſponſum ad Epiſtolam D. Ally, miniſtri Charentonienſis, hæretici. *Ibidem* 1660.

Joannes Albertus Vimpinenſis, Germanus, ſcripſit pro fide Catholica adverſùs Spangembergium.

Joannes Andreas, abjuratis impii Machometis erroribus, & Chriſtianus factus, ſcripſit Confuſionem ſectæ Machometanæ.

Joannes Andreas Staurinus, edidit Sermones duos de Tranſubſtantiatione adverſùs Corydalum Calviniſtam, Græcè. *Romæ* 1640.

Joannes Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, ſcripſit adverſùs Eutychianos, *Ex Gennadio*.

Joannes Aquapontanus, S. I. edidit Concertationem Eccleſiæ Catholicæ in Anglia. *Auguſtæ Trevirorum* 1589. Confutationem Diſputationis Georgii Folin hæretici, aſſerentis Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum. *Ibidem* 1589.

Joannes Archipresbyter Pluſiadenus, ſcripſit De differentiâ inter Græcos, & Latinos, & De ſacroſancta Synodo Florentina. *Extat in Græcia Orthodoxa Leonis Allatii*, *tom.* 1.

Joannes Argyropulus, Græcus, miſit ad Illuſtriſſimum & præclariſſimum Magnum Ducem ſcriptum breviſſimum de Proceſſione Spiritus ſancti, in quo habetur explanatio decreti facti in Synodo Florentina. *Extat in tom.* 12. *Græciæ Orthodoxæ Leonis Allatii*.

Joannes Armandus de Richelieu, S. R. E. Cardinalis, ſcripſit Methodum ad illos convertendos, qui ſeparantur ab Eccleſiâ. *Pariſiis* 1651. Inſtructionem Chriſtianam, Italicè traductam à Franciſco Tantucci. *Romæ* 1642.

Joannes Arnoux, Gallus, S. I. ſcripſit Gallicè adverſùs Carolum Molinæum. De Juſtificatione contra miniſtrum Aupret. Collationem Bibliorum cum articulis Calviniſtarum. Confeſſionem fidei miniſtrorum convictam falſitatis. *Pariſiis* 1617. Reſponſionem factam ſcripto miniſtrorum Carentonii. *Ibidem* 1617. Refutationem Tractatus Petri Molinæi de juſta Dei providentia. *Ibidem* 1618.

Joannes Ausbach, Bambergenſis, ſcripſit De Sacramentis Eccleſiæ.

Joannes de Baccone, Carmelita, Anglus, inter alia ſcripſit contra Idololatriam.

Joannes Bagotius, Redonenſis, S. I. ſcripſit Apologeticum fidei. *Pariſiis* 1645. Defenſionem libertatis & gratiæ adverſùs Calvinum & Pelagium in Cornelio Janſenio redivivos. *Ibidem* 1653.

Joannes Bajolius, Gallus, S. I. Gallicè ſcripſit Pharum veritatis adverſùs Calviniſtas. *Toloſæ*.

Joannes Baptiſta de la Barre, Gallus, S. I. ſcripſit contra hæreticos De reali præſentia Chriſti Corporis in SS. Sacramento. *Nemauſi* 1650. Epiſtolas adverſùs miniſtrum Calviniſtã Cadomenſem. *Cadomi* 1661.

Joannes Baptiſta de Benedictis (ſub nomine Hyacinthi Bandoni) Italicè ſcripſit Defenſionem Bullæ Alexandri VII. *Ad ſanctam*, contra conatus duarum poſtremarum Epiſtolarum Provincialium, aliaſque inſultationes, & cavillationes Janſeniſtarum. *Panormi* 1700.

Joannes Baptiſta de Burgos, Hiſpanus, Auguſtinianus, Orationem habuit in Concilio Tridentino Dominicâ tertiâ Adventus, De quatuor extirpandorum omnium hęreſum pręcipuis remediis.

Joannes Baptiſta Cardona, Valentinus in Hiſpania, ſcripſit ad Sanctiſſimum Gregorium XIII. De expungendis hæreticorum propriis nominibus, etiam de libris, qui de religione ex profeſſo non tractant. *Romæ* 1576.

Joannes Baptiſta Catumſyritus, edidit Veram utriuſque Eccleſię con-

cordiam Sacramentorum. *Venetiis* 1632.

Joannes Baptiſta Criſpus, ſcripſit De Philoſophis cautè legendis, in quo opere hæreſes, quæ in Philoſophorum ſcriptis reperiuntur, indicantur & confurantur ex Divina Scriptura, Patribus, Conciliis & Theologis. *Romæ* 1593.

Joannes Baptiſta Fickierus J. U. Doctor, edidit Theologiam Juridicam ad probandum fidem, quam hodiè tenent Catholici, eam eſſe, quæ ante mille ducentos, & ampliùs annos invicta floruit. *Dilingæ* 1575. Spongiam Prædicantium Wirtembergenſium. *Ingolſtadii* 1585. Orationes 66. pro conſervatione ſtatus Eccleſiæ contra machinationes & dolos hæreticorum. *Ibidem* 1591.

Joannes Baptiſta Giattinus, Panormitanus, S. I. ſcripſit Volumen contra hæreticos hujus temporis.

Joannes Baptiſta Gonet, ex Ord. Præd. ſcripſit De Summo Pontifice. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 14.

Joannes Baptiſta Lanclus, ex Ord. Fræd. Regienſis, ſcripſit De poteſtate Romani Pontificis, & Summam adverſùs hæreſes ſui temporis.

Joannes Baptiſta Poſarel, Bergomenſis, S. I. ſcripſit De quatuor cauſis, quibus impediuntur Evangelici, ne fidem Catholicam ſuſcipiant. *Coloniæ* 1631.

Joannes Baptiſta Signius, ſcripſit De Reliquiis, & veneratione Sanctorum. *Bononiæ* 1582.

Joannes Baptiſta Tamagninus, ſcripſit Hiſtoriam Monothelitarum, atque Honorii Controverſiam. *Pariſiis* 1678.

Joannes Batmanſonius, Londinenſis, Cartuſianus, ſcripſit Librum 1. adverſùs Deſiderium Eraſmum. Contra Calvinum.

Joannes Beceus, ſive *Beebus*, Græcè ſcripſit Collationem locorum Divinæ Scripturæ & PP. ad Catholica dogmata confirmanda.

Joannes Becz, Germanus, Carmelita, ſcripſit De ſanctiſſimo Altaris Sacramento.

Joannes Beltranus Guevara, edidit Propugnaculum Eccleſiaſticæ libertatis, & Pontificiæ poteſtatis. *Romæ* 1607.

Joannes Beonardus, Andegavenſis, Auguſtinianus, reliquit poſt ſe Conciones plures, quibus Lutheranos compeſcuit & confutavit.

Joannes Bernardinus, Burdigalenſis, edidit librum cum hoc titulo, Stimulus adverſùs Lutheranos, & quosvis hæreticos. *Toloſæ* 1540.

Joannes Biegelſen, Germanus, S. I. Germanicè ſcripſit Emigrationem Prædicantium Haildebergenſium.

Joannes Billius, Gallus, è Latino Gallicè vertit Tractatum ſectarum, atque hæreſum noſtri temporis, unà cum confutatione earum.

Joannes Bona è Monte Regali, Congregationis Ref. Monachorum S. Bernardi Ord. Ciſtercienſis, & S. R. E. Eccleſiæ tituli S. Bernardi ad Termas Presbyter Cardinalis, inter alia egregia pietatis & ſapientiæ opera, Græcorum ſchiſmaticorum errores confutat, præſertim in libro de Rebus Liturgicis, ut videre eſt in ejus operibus impreſſis *Antuerpiæ* 1694.

Joannes Bordeſius, Burdigalenſis, S. I. ſcripſit Gallicè Veros abuſus prætenſorum abuſuum Miſſæ, pro reſponſo ad B. Deloque miniſtrum Caſtelli Gelloux. *Burdigalæ* 1598. Contra *Et cætera* Pleſſis Mornæi Calviniſtæ. De Sacrificio Miſſæ contra Calvinum.

Joannes Boſquilonus, Attrebatenſis, Ord. S. Franciſci, ſcripſit patriâ linguâ De Aqua luſtrali contra noſtri temporis hæreticos Calviniſtas, & Anabaptiſtas.

Joannes Boucher, Gallus, Franciſcanus, edidit Veritates Chriſtianas contra impios, & Atheos noſtri temporis.

Joannes Bouterus, Cenomanus, S. I. edidit Diſputationem habitam cum Petro Agar miniſtro Delphinare.

Joannes Bourgheſius, Belga, S. I. ſcripſit De continentia Chriſtiana ad-

verſus Epicureos hujus temporis, impios Lutheri & Calvini aſſeclas. *Duaci* 1638.

Joannes Brabantinus, Ord. Præd. ſcripſit contra Lutherum.

Joannes Brantus, Poſnanienſis, S. I. edidit Diſputationem Theologicam de Juſtificatione peccatoris, contra vanum ac pernicioſum juſtitiæ imputativæ figmentum. *Poſnaniæ* 1591.

Joannes Breard, Brito, Franciſcanus, edidit Controverſias contra duos miniſtros Caſtri Eraldi la Peltiere, & Carrè.

Joannes Breilaer, Ord.Præd. edidit Tractatum adverſus duodecim errores Altenburgii in Miſnia ortos.

Joannes Briſacier, Bleſenſis, S. I. ſcripſit Gallice Janſeniſmum confuſum in Advocato Domini Callagani. *Pariſiis* 1651. Innocentiam & veritatem recognitas in probationibus invincibilibus malæ fidei D. Callagani. *Ibidem* 1653.

Joannes Broſſardus, Gallus, S. I. ſcripſit Librum contra Chamerium miniſtrum Turnoni.

Joannes Brunæus, Gallus, edidit Epiſtolam uberem, exponentem rationes & motiva ſuæ converſionis ad fidem Catholicam. *Pariſiis* 1578. Tractatum de Inſtitutionum antiquitate, ac ſacræ Romanæ Eccleſiæ ſignis. *Ibidem* 1581.

Joannes Brunnerus hæreſi relicta, Orthodoxam fidem amplexus, ſcripſit Profeſſionem ſuæ Catholicæ fidei. *Ingolſtadii* 1582.

Joannes Bunderius, Gandavenſis, Ord. Præd. ſcripſit Enchiridion rerum Theologicarum, quæ noſtra ætate ab hæreticis impugnantur. *Antuerpiæ* 1462. Super triginta articulos ab hæreticis modernis agitatos. *Pariſiis* 1574. Scutum fidei Orthodoxæ adverſus Joannem Anaſtaſium Velvarum. *Antuerpiæ* 1569. De Baptiſmo contra Mennonem Anabaptiſtam. *Lovanii* 1553. Delectionem nugarum Lutheri, & confutationem dogmatum Lutheranorum. *Lovanii* 1551.

Joannes Barienſis, Anglus, Auguſtinianus, ſcripſit ad Thomam Burcherium Archiepiſcopum Cantuarienſem S.R.E. Cardinalem, contra Reginaldum Pavonem, ſive Peacock, Epiſcopum Diceſtrienſem, qui Angliam infeſtare nitebatur peſtilentibus libellis De libertate Evangelii; De ſecularium poteſtate; De æqualitate miniſtrorum; De utriuſque ſpeciei Communione; De legibus & Doctrinis hominum, &c.

Joannes Buſſæus, Belga Noviomenſis, S. I. ſcripſit contra Chemnitium, Ubiquetarios, Lutheranos, Calviniſtas, Gaſparum Schuvenckfeldium, aliosque ſectarios plurima opera, quorum indicem ſuppeditabit Bibliotheca Scriptorum ejuſdem Societatis.

Joannes Caniſius, Belga, S.I. ſcripſit Volumen contra hæreticos.

Joannes Capetius edidit Tractatum de Indulgentiis. *Inſulis*. De hæreſi, & modo coercendi hæreticos. De verâ Chriſti Eccleſiâ, & obſcuræ comparationis Scripturæ. Eccleſiæ demonſtrationem. 1605.

S. Joannes Capiſtranus, Ord. Minorum decus, & veritatis Catholicæ propugnator invictus, ſcripſit De poteſtate Papæ. Contra Huſſitas, & contra Rocchizanam, ut patet in ejus operibus impreſſis.

Joannes Caramuel, ex Monacho Ciſtercienſi Viglebanenſis Epiſcopus, inter plurima opera, edidit Librum, cuj titulus *Bernardus triumphans*, ubi agit de Petri Abailardi, & Gilberti Porretani erroribus, quæſtionesque difficiles & obſcuras expendit. *Lovanii* 1639. De hæreſi Janſeniana adverſus Novatores hujus ſeculi.

Joannes Caſſianus, ſcripſit Libros ſeptem De Incarnatione Chriſti adverſus Neſtorium.

Joannes, Caſtorienſis Epiſcopus, ſcripſit De Sanctorum, & præcipuè B. Mariæ Virginis cultu, Tractatus quinque. *Coloniæ* 1675.

Joannes Cazanovius, Polonus, ſcripſit adverſus duas Epiſtolas Calvini ad Fratres.

Joannes Charlierius de Gerſon, Gallus, Monachus Cœleſtinus Ord. S. Benedicti, & Pariſienſis Academiæ Cancellarius, ſcripſit Tractatus de Proteſtatione circa materiam fidei contra hæreſes diverſas. Conſiderationes, & ſigni duodecim, quibus aliquis convinci ſolet de hæreſi. Libellos duos articulorum Theologicorum & Scholaſticorum contra errores, & pertinacem hæreſim Petri de Luna. Tractatus contra hæreſim de Communione Laicorum ſub utraque ſpecie. Tractatus contra ſectam Flagellantium. Tractatus de Indulgentiis & ſuffragiis.

Joannes Chryſolorus, ſcripſit contra errores Græcorum.

Joannes Chryſoras, Damaſcenus ex Syriâ, Monachus S. Benedicti, ſcripſit Libros duos adversùs Leonem Imperatorem pro ſacrarum Imaginum defenſione.

S. Joannes Chryſoſtomus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, Eccleſiæ Catholicæ Doctor, & vindex acerrimus, inter plurima egregia opera, quibus totum Orbem illuſtravit, ſcripſit contra Judæos, Hæreticos, Gentiles & Anomæos.

Joannes Chockier, Germanus, publici juris fecit Parænеſin ad hæreticos, & alios Eccleſiæ hoſtes. *Coloniæ* 1634.

Joannes Cochlæus, Norimbergenſis, Catholicæ veritatis zelator inſignis, ſcripſit De Romano Pontifice. De Petro & Roma contra Velenum. Breves confutationes contra quingentos articulos Martini Lutheri, aliaque multa pro Orthodoxæ veritatis defenſione, quorum omnium indicem copioſum exhibet Poſſevinus in Apparatu ſacro.

Joannes Coletus, Anglus, ſcripſit Diſputationem contra Eraſmum.

Joannes Colton, Anglus, edidit De cauſa ſchiſmatis, & de ejuſdem remedio.

Joannes Columbinus, Suffraganeus Epiſcopi Almirenſis, Germanicè ſcripſit De Sacramento Confirmationis. *Dilingæ* 1572.

Joannes Conradus Dannawerus, edidit opus prænotatum Colluvies Quackerorum ſecundùm ortum, progreſſum & dogmata monſtroſa delineata. *Argentorati* 1666. Fabulam primorum hominum ante Adamum conditorum exploſam.

Joannes Cornubienſis, Theologus, ſcripſit ad Eulogium De Homine aſſumpto. Vivebat anno 1170.

Joannes Coſterius, Parochus Aldeſſardenſis, edidit Inſtitutionem de exitu Ægypti, & fuga Babylonis, quâ Catholicos hortatur, ut è Civitatibus hæreticorum contagio pollutis, egrediantur. *Duaci* 1580.

Joannes Cruſius, S. I. edidit Deliquium Aſtri inextincti. *Coloniæ* 1649. Diſcuſſionem commentorum Romani Hayi, & aliorum. *Ibidem* 1653.

Joannes Curienſis, Germanus, Ord. S. Benedicti, Conſtantienſis Epiſcopus, ſcripſit Pro fide Catholica adversùs hæreſes.

Joannes Cypariſſiota, Græcus, ſcriptis ſuis impugnavit Palamam hæreticum.

S. Joannes Damaſcenus, cognomento Chryſoras, cultus ſanctarum Imaginum ſtrenuus propugnator, ſcripſit De Orthodoxa fide libros quatuor. Adversùs Iconomachos libros tres.

Joannes Datus, è Foro Cornelii, ejuſdem Civitatis Epiſcopus, ex Ord. S. Auguſtini, ſcripſit in Libros Divi Auguſtini de Trinitate contra Fauſtum Manichæum, & Creſconium Donatiſtam.

Joannes à Daventria, Tranſiſelanus, Ord. S. Franciſci, ſcripſit contra Anabaptiſtas, Lutheranos, & errores Lutheranæ Confeſſionis. *Coloniæ* 1553.

Joannes David, Cortacenſis, S. I. Belgicè plura ſcripſit ad hæreticorum errores refutandos opportuna, de quibus fuſiùs in Bibliotheca Scriptorum ejuſdem Societatis.

Joannes de Debu, Gallus, S. I. edidit Gallicè Expoſitionem ad articulum Catholicæ confeſſionis Gulielmi

mi Caillierii. *Lugduni* 1578.

Joannes Delphius ſcripſit De poteſtate Pontificis, & notis Eccleſiæ. *Coloniæ* 1580.

Joannes Derthonenſis, ex Ordin. Præd. ſcripſit Librum adversùs hæreticos, cui hunc appoſuit titulum, Prœlium porcorum.

Joannes Dietembergius, Germanus, Ord. S. Dominici, ſcripſit contra Lutherum. De votorum Monaſticorum emiſſione. Librum inſcriptum Phimoſtomon, ſive Confutatorium Scripturariorum, & frœnum Lutheranorum.

Joannes Docæus, Gallus, Ordin. S. Benedicti, ſcripſit Librum de æterna generatione Filii Dei, & ejuſdem ut hominis nativitate. *Pariſiis* 1554.

Joannes Dominici, Florentinus, Ord. Præd. ſcripſit librum prænotatum Lucula noctis, adversùs Collucium ſalutatum Poetam, qui licèt libros duos ſcripſiſſet de vera religione, in Libro tamen de Fortuna & Fato multa contraria fidei miſcuerat.

Joannes Dorlſy, Gallus, S.I. edidit Gallicè Vindicias S. Auguſtini adversùs Pſeudo-Auguſtinum Cornelii Janſenii. *Pariſiis* 1655. Refutationem Catechiſmi de Gratia, ex ſola doctrina S. Auguſtini. *Ibidem* 1651. Refutationem compendioſam ejuſdem Catechiſmi de Gratia ex ipſo S. Auguſtino. *Ibidem* 1651.

Joannes Driedo, à Thurnolt, Belga, edidit Libros quatuor de Scripturis, & Eccleſiaſticis dogmatibus. *Antuerpiæ* 1550. De Libertate Chriſtiana libros tres. De Gratia & libero arbitrio libros duos. De concordia liberi arbitrii, & Prædeſtinationis lib. 1. *Lovanii* 1556.

Joannes Duræus, Scotus, S. I. edidit Confutationem Reſponſionis Guilielmi Witakeri. *Pariſiis* 1582.

Joannes Duſſeldorp, Germanus, Carmelita, ſcripſit De obſervantia dierum feſtorum.

Joannes Eckius, Svevus, hoſtis Lutheranorum implacabilis, reliquorumque ſui temporis hæreticorum impugnator invictus, ſcripſit De Primatu Petri adversùs Martinum Lutherum. Enchiridion, aliaque egregia ſuæ fidei teſtimonia, ad veritatem Catholicam tutandam per opportuna, pluribus in locis typis edita, quorum omnium catalogum exhibet Apparatus ſacer Poſſevini.

Joannes Erhardus Zieglerus, Germanus, S. I. ſcripſit Germanicâ linguâ libellum contra unionem Matthiæ Hoe Prædicantis Aulici Electoris Saxoniæ. Tractatum inſcriptum *Recepiſſe* contra eundem.

Joannes Erigenus, ſive *Erigena*, Wallus, Anglus, ſcripſit De fide contra Barbaros.

Joannes Erneſti, Germanus, ſcripſit De authoritate Concilii.

Joannes Ertlinus, Canonicus Forcheimenſis, & Bambergenſis Suffraganeus, linguâ Germanicâ edidit De vera antiqua fide Catholica Germanicæ Nationis. *Ingolſtadii* 1581.

Joannes Faber, Heilbrunenſis, Germanus, ex Ord. Præd. ſcripſit De Miſſa Evangelicâ. De fructibus, è quibus digroſcuntur hæretici, deque eorum nominibus. Quòd fides eſſe poſſit abſque charitate. *Auguſtæ* 1548. Quibuſnam armis vincendi ſint hæretici. *Ingolſtadii* 1551.

Joannes Faber, Germanus, Epiſcopus Viennenſis in Auſtria, S. Franciſci Alumnus, ſcripſit De Clavibus Petri. De poteſtate Romani Pontificis adversùs Martinum Lutherum hæreſiarcam. Diſputationes contra Balthaſarem Pacimontanum in causâ Lutheri. *Lipſiæ* 1522. Scripſit etiam contra Zuinglium, agens quoque de Moſcovitis. Elenchum operum hujus tam inſignis, Catholicique Scriptoris, quæ multis in locis prœlo commiſſa ſunt, vide apud Poſſevinum in Apparatu ſacro.

Joannes Fabri, Gallus, ex Monacho & Abbate Ord. S. Benedicti, Epiſcopus Carnotenſis, edidit librum, quo probat, Petrum Apoſtolorum Principem affectum fuiſſe Martyrio Romæ ſub Nerone Imperatore.

Joannes Falconerus, Dorceſtrenſis,

S. I. idiomate proprio ſcripſit Refutationem errorum Joannis Threski Puritano-Judæi. *Audomari* 1618.

Joannes Fanenſis, Capuccinus, ſcripſit contra Lutheri deliramenta.

Joannes Ferrier, Gallus, S.I. multa ſcripſit contra Janſeniſtas, quorum Catalogum exhibet author Bibliothecæ ejuſdem Societatis.

Joannes Fileſaeus, edidit De ſacra Epiſcoporum authoritate. *Pariſiis* 1606. De Idololatria politica. *Ibidem* 1615. Syntagma de Pœnitentia. *Ibidem* 1633.

Joannes Fiſcherus, Anglus, Roffenſis Epiſcopus, & S. R. E. tituli S. Vitalis Presbyter Cardinalis, ob fidem Catholicam juſſu impii Henrici VIII. occiſus, ſcripſit contra Ulricum Velenum. Contra 41. articulos Martini Lutheri. Contra illius Captivitatem Babylonicã. Pro Chriſtiano Sacerdotio adversùs eundem. Pro defenſione Regis in Lutherum. Contra Œcolampadium, & De Sacramentis. *Herbipoli* 1597.

Joannes Floydus, Cantabrigienſis, S. I. poſt opera plurima publici juris facta adversùs Calviniſtas, & Puritanos, ſub nomine Fidelis Annoſi ſcripſit contra M. Antonium de Dominis, Epiſcopum Spalatenſem à fide Catholica apoſtatã, opus prænotatum Hypocriſis M. Antonii de Dominis detecta, ſeu Cenſuræ in ejus libros de Republica Chriſtiana. *Antuerpiæ* 1620. Demonſtrationem Monarchiæ Eccleſiaſticæ ex ſcriptis M. Antonii de Dominis. *Coloniæ* 1622.

Joannes Foghus, Scotus, Ord. Ciſtercienſis, Sac. Theologiæ Doctor, ſcripſit Examen Pauli Cran Bohemi. De erroribus Wicleffiſtarum librum unum. De Confeſſione auriculari librum unum.

Joannes Fontanus, Gallus, Gallicè ſcripſit Hiſtoriam Catholicam noſtrorum temporum, adversùs illam, quam mendaciis refertam emiſerat Joannes Sleidanus hæreticus.

Joannes Foreſtus, Minorita, Londini ab impiis hæreticis occiſus anno 1538. ſcripſit De authoritate Papæ, Eccleſiæ, ſummique Paſtoris.

Joannes à S. Franciſco, dictus Gullonius, Gallus, Monachus Congregationis Fulienſis, Ord. Ciſtercienſis, inter alia multa ſcripſit adversùs librum De vocatione Paſtorum Petri Molinæi, inſignis noſtrorum temporum Novatoris. *Pariſiis* 1620. Defenſionem Cardinalis de Perron à miniſtris Calvinianis Charentonianis injurioſo volumine impetiti. Vindicationem Eccleſiæ Catholicæ à Libris Angliæ, hæreticorum ſtudio eo temporis emanantibus.

Joannes Franciſcus Lombardus, confecit Catalogum adversùs libros hæreticorum.

Joannes Franciſcus Picus, Mirandulæ & Concordiæ Comes, ſcripſit Pro veritate religionis Chriſtianæ contra vanitates ſuperſtitionis Gentilium. De fide & ordine credendi. *Baſileæ* 1573.

Joannes è Francofordia, ſcripſit Librum unum contra Huſſitas, & alterum adversùs Scabinos.

Joannes Fridericus Rorich, è Colonia Agrippina, S. I. ſcripſit Germanicè contra Balthaſarem Mentzerum. Lucernam Evangelicam. De Communione ſub utraque ſpecie. Apologiam ejuſdem Lucernæ. De uſu Cœmeteriorum.

Joannes Gailkir, Germanus, edidit Tabulas catecheticas complectentes ſummam religionis Chriſtianæ. *Ingolſtadii* 1578.

Joannes Gans, Herbipolenſis, S.I. edidit Germanicè Ophthalmiam Lutheranam, ſive De mutatione Confeſſionis Auguſtanæ facta à Theologis Saxonicis. *Viennæ* 1631.

Joannes Garetius, Lovanienſis, Auguſtinianus, edidit Claſſes novem de vera Corporis Chriſti præſentiâ in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento adversùs peſtem Calvinianam. De Sacrificio Miſſæ. Quòd mortui vivorum precibus adjuventur. Aſſertionem è ſanctis Patribus. *Antuerpiæ* 1563. De Sanctorum invocatione. *Gandavi* 1570.

Joannes Geneſius Sepulveda, Cor-

du-

dubenſis, edidit Libros tres De fato, & libero arbitrio contra Lutherū.

Joannes Georgius, Rhætus, edidit Triginta ſex rationes converſionis ſuæ, explicitas ex ipſis doctrinis miniſtrorum Eccleſiæ Reformatæ. *Typis Monaſterii Einſidlenſis* 1666.

Joannes Gerbal, ſub nomine Pariſienſis Theologi, ſcripſit in librum Joannis Launoy, qui inſcribitur Regia in Matrimonium poteſtas, Obſervationes. *Pariſiis* 1678.

Joannes Gerſon. Vide *Joannes Charlierius*.

Joannes Gibbonus, Anglus, S. I. ſcripſit Diſputationem de Sanctis. Confutationem Diſputationis Georgii Schon Calviniani. Diſputationem Communionis ſub una ſpecie. *Treviris* 1584. Concertationem Eccleſiæ Catholicæ in Angliâ adversùs Calvinn-Papiſtas, & Puritanos. *Ibidem* 1584.

Joannes Glaſtoyne, Anglus, ſcripſit adversùs Wicleffiſtas.

Joannes Gonterius, Taurinenſis, S. I. plurima contra hæreticos, & ſectarios ſcripſit, potiſſimùm adversùs M. du Moulin, miniſtrum Pontis Charentonii. De eo copioſiùs agit Bibliotheca Scriptorum Societatis.

Joannes à Gouda, Ultrajectinus, S. I. ſtylum calamumque acuit contra Miniſtros Calvinianos Roterodami, Zelandiæ, aliosque hujus furfuris perfidos aſſeclas. Plura de eo dabit Bibliotheca ſupraſcripta.

Joannes Grillus, cum in hæreſim Calvinianam miſerè lapſus eſſet, Deo auxiliante illius ſectæ erroribus abjuratis Avenione, edidit Abjurationem Calvinianorum dogmatum, & cauſam ſui redditus ad Eccleſiam Catholicam. *Venetiis* 1568.

Joannes Gropperus, Germanus, qui ſacram Purpuram ſibi à Romano Pontifice oblatam recuſavit, edidit Enchiridion Chriſtianæ inſtitutionis nomine Concilii Conſtantienſis. Iſagogen ad pleniorem cognitionem univerſæ Chriſtianæ religionis. *Coloniæ* 1554. De veritate Corporis & Sanguinis Chriſti.

Joannes Guallenſis, Anglus, Ord. Minorum, inter alia ſcripſit Librum unum ad reprobandas prophetias Mahumetis.

Joannes Gullonius. Vide *Joannes à S. Franciſco*.

Joannes Hajus, Scotus, S. I. idiomate patrio ſcripſit Interrngationes ad ſectarios Prædicantes. Gallicè verò ſcripſit Apologiam illarum interrogationum. Antimonium ad Reſponſa Bezæ. Libros duos diſputationum contra miniſtrum anonymum Nemauſenſem. Helleborum Joanni Serrano Calviniano.

Joannes Halenus, Germanus, Paſtor & Canonicus Reſenſis, edidit Papiſſam Monſtroſam, & meram fabulam, ſive Diſſertationem Hiſtorico-Theologicam, quà, ex vulgi errore ortum de Papiſſa figmentum refellitur. *Coloniæ* 1639.

Joannes Hammerus, Saxo Germanus, S. I. edidit Prædicanticum Latinum. *Coloniæ* 1651.

Joannes Harduinus, edidit Diſſertationem de Sacramento Altaris. *Pariſiis* 1689.

Joannes Harſcher, Germanus, S. I. edidit Parallela Evangelicorum, & ſeptem priorum ſeculorum, quibus ad fontes ſuos referuntur dogmata Calviniana & Lutherana. *Friburgi Helvetiorum* 1646.

Joannes Haſſembergius, Bohemus, copioſè & eruditè ſcripſit contra Lutherum.

Joannes Heim, Germanus, S. I. edidit Regulam Theodoſii Imperatoris, pro terminandis horum temporum controverſiis. *Coloniæ* 1652.

Joannes Hennig, Bohemus, S. I. edidit Trutinam Scripturæ contra Doctorem Joannem Boccarum. *Gedani* 1668.

Joannes Henricus Urſinus, edidit adversùs Iſaacum Peyrerium Librum inſcriptum Novus Prometheus Præadamitarum Plaſtes, ad Caucaſum relegatus & religatus. *Francofurti*.

Joannes Hentenius, Belga, ex Ord. Præd. notavit & perſtrinxit omnes errores ſparſos in libris perfidi

Era-

Eraſmi. Scripſit etiam contra impii Mahumetis errores. *MS. Lovanii apud RR. PP. Dominicanos.*

Joannes Herbetius, Lotharingus, ſcripſit De Cœna Domini, ubi demonſtratur Catholica veritas Corporis Chriſti in Euchariſtia. *Pariſiis* 1578.

Joannes Heſſelius, Belga, ſcripſit De perpetuitate Cathedræ S. Petri.

Joannes Heſſels, Lovanienſis, edidit librum prænotatum Probatio corporalis præſentiæ Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento. *Lovanii* 1564. Sententiam ſuper facto Nectarii Epiſcopi Conſtantinopolitani circa ſublationem Confeſſionis. 1564. Confutationem novitiæ fidei, quam Specialem vocant. 1564. Confutationem cujuſdam hæreticæ Confeſſionis Teutonicæ, in quâ oſtenditur Euchariſtiam eſſe Sacrificium propitiatorium. *Lovanii* 1567. De Communione ſub utraque ſpecie contra quemdam hæreticum. *Ibidem* 1573.

Joannes Hickeley, Anglus, Auguſtinianus, ſcripſit adversùs Wicleffum De Eccleſiaſtica poteſtate.

Joannes Hilpertus, edidit Diſquiſitionem de Præadamitis, in quâ acriter illos perſtringit.

Joannes Hoferus, Germanus, primò Lutheranus, deinde Profeſſus in S. I. ſcripſit Hiſtoriam converſionis ſuæ ad fidem Catholicam. *Viennæ* 1630. Vocationem ſuam ad Eccleſiam Catholicam a calamo hæretico Friderici Wincken vindicatam. *Ibidem* 1631. Reſponſionem ad Cenſuram à Chriſtophoro Bulæo editam contra ipſius vocationem ad Eccleſiam. *Ibidem* 1633.

Joannes Hofmanus, Germanus, Miſnenſis Epiſcopus, ſcripſit De Communione ſub utraque ſpecie. *Venetiis* 1571.

Joannes Hoffmeiſterus, Germanus Colmarienſis, ex Ord. S. Auguſtini, qui & ab hæreticis in odium fidei occiſus creditur, edidit quæ ſequuntur. Locos communes rerum Theologicarum, quæ hodiè in controverſiâ agitantur. *Ingolſtadii* 1551. Libros duos Dialogorum, quibus aliquot Eccleſiæ Catholicæ dogmata, Lutheranorum & factis, & verbis roborantur. *Venetiis* 1554. Hæreticorum malas artes à ſanctis Patribus exquiſitiſſimè deſcriptas. *Romæ* 1554. Judicium de Articulis fidei anno 1530. Auguſtæ exhibitis Carolo V. *Moguntiæ* 1559. Adversùs Confeſſionem Lutheranorum Auguſtanam. Aſſertionem Verbum Dei carnem factum.

Joannes Huberus, Herbipolenſis, S. I. edidit Germanicè De Controverſiis fidei, ideſt de Cœna Calviniſtica. De Cœna Lutherana. De eo, quòd Libri ſacri non omnes inveniuntur. Demonſtrationem defectus Bibliorum, prout Braunſpergæ edita ſunt. *Braunſpergæ* 1644. De Eccleſiâ, & De Judice controverſiarum. *Ibidem* 1611.

Joannes Jacobus Rhabus, Germanus, edidit Apologiam ad Ludovicum Patrem pro fide Catholica, ac pro ſuo ad eam acceſſu. *Coloniæ* 1570. Admonitionem ad ſuos conterraneos Ulmenſes, ne ſe à Romana Eccleſia abduci patiantur. Germanicè. Reſponſionem ad quæſtionem, quomodò Catholicus ſalvâ conſcientiâ ſæpiùs communicet. *Coloniæ* 1568. De miraculis Sanctorum in Papatu, contra Joannem Marpachium. 1572. Confutationem concionis habitæ Argentinæ 26. Januarii 1579. Adversùs Theſes, quas hæretici Argentinæ contra ſanctarum Reliquiarum miracula publicè diſputaverant. *Monachii* 1575. Ad Joannis Sturmii Antipapos. Aletheticum pro veritatis, & Anatomiæ Luthericæ definitione, adversùs porcos recentes Albimontios. *Coloniæ* 1569.

Joannes Jaubertus de Barrault, Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, Gallicè ſcripſit de Romano Pontifice in ſcuto fidei Catholicæ, adversùs ſcutum prætenſæ religionis reformatæ Petri Molinæi. *Pariſiis* 1632.

Joannes Jejunator, ſcripſit De Confeſſione & Pœnitentia. *Extat ad calcem Morini de Pœnitentia, ubi eſt Dialogus de Sacramento Pœnitentiæ*

Simonis Theſſalonicenſis.

Joannes de Indagine, Cartuſianus, ſcripſit librum unum contra errores Bohemorum. Libros quatuor ad Epiſcopum Ratisbonenſem contra eoſdē. Contra Flagellatores. De Sacramento Altaris. Tractatum ſuper erroribus hæreticorum ad petitionem Marchionis Brandeburgenſis.

Joannes Joannis, edidit Librum de ſchiſmate, in quo multa pro noſtris temporibus accommodata reperiuntur. *Duaci* 1603.

Joannes de Jonghe, Dunkerkanus, S. I. edidit Theſes Theologicas de Gratia, libero arbitrio, Prædeſtinatione, &c. contra Cornelii Janſenii Auguſtinum. *Antuerpiæ* 1641. Theſes Theologicas apologeticas priorum, & Miſcellaneas adversùs doctrinam Cornelii Janſenii. *Ibidem* 1641.

Joannes Juſtus Lanſpergius, Cartuſianus, edidit Demonſtrationem veræ religionis. Dialogos inter Militem Lutheranum, & Joannem Monachum. *Coloniæ* 1554.

Joannes Keyneſius, Anglus, S. I. ſcripſit Anglicè contra Doctorem hereticum Stillingleſtum, qui Romanam Eccleſiam Idololatriæ inculpaverat. Rationabilem & brevem viam convincendi quoſcunque diſſentientes à vera religione abſque ulla diſputatione. *Londini* 1674.

Joannes Kniſphonius, ſcripſit De juſtificatione hominis, adversùs inſanias Andreæ Oſiandri.

Joannes Kræſelius, Vilſevenſis, Bibliothecarius Academiæ Ingolſtadienſis, edidit uberem & doctam Orationem de Incarnati Verbi Myſterio. *Ingolſtadii* 1503.

Joannes Kuviatkiewicz, Polonus, S. I. edidit Faſcinum à Luthero, & aliis hæreſiarchis tot Provinciis injectum. *Gedani* 1672.

Joannes Kynynkam, Anglus, Carmelita, ſcripſit contra Propoſitiones Wicleffi, & contra ejuſdem Ideas.

Joannes Van-derlaen, Amſtelodamenſis, S. I. ſcripſit adversùs Everardum Schaffernm hæreticum, Regulam fundamentalem fidei. 1661.

Joannes Langtonus, Anglus, Carmelita, Libro uno ſcripſit Examen Doctoris Crumpe, & libro altero ſcripſit adversùs ejuſdem errores.

Joannes Lavardinus, Gallus, typis conſignavit Converſionem ad fidem Catholicam cujuſdam nobilis. *Pariſiis* 1582.

Joannes Laurentius Luccheſinus, Lucenſis, S.I. edidit Librum prænotatum Sacra Monarchia S. Leonis Magni Pontificis Maximi in Polemica hiſtoria Concilii Chalcedonenſis. *Romæ* 1693. De Janſenianorum hæreſi. *Ibidem* 1705. Demonſtratā impiorum inſaniā, ſive ſigna veræ fidei. *Ibidem* 1688. De Pontificis Maximi authoritate & infallibilitate. *Ibidem* 1694.

Joannes Leiſentritius, edidit Proteſtationem Catholicam, cum pia precatione contra hæreſes. 1574. Scripſit etiam quædam alia valdè utilia pro Catholicis exiſtentibus in Germania.

Joannes Lenſæus, Belliolanus, ſcripſit De unica religione, & ſtudio Catholicorum Principum in Republica conſervanda. *Coloniæ* 1579. Orationem contra Eccleſiæ Romanæ deſertores, qui ſe ſolos patriæ veros amatores jactitant. *Ibidem* 1580. De ſui, ac Reipublicæ Chriſtianæ contra impium invaſorem defenſione. *Lovanii* 1582. Tractatus de Eccleſiaſtica ſatisfactione pœnitentis, contra Benedictum Aretium miniſtrum hæreticum Bernenſem. *Ibidem* 1585. De unâ Chriſti in terris Eccleſia libros ſex. *Ibidem* 1589. De Libertate Chriſtiana lib. xv. *Antuerpiæ* 1590. De Traditionibus contra Sadaelem hæreticum. *Ibidem* 1591. De Eccleſia, & de Purgatorio.

Joannes Leo, edidit Diſputationem de Confeſſione fidei, ac religionis Chriſtianæ.

Joannes à Ludegna, Matritenſis, Ord. Præd. edidit Diſputationem de Cœlibatu Sacerdotum contra Lutheranos. *Patavii* 1563.

Joannes Ludovicus Vives, plura ſcripſit contra hæreticos.

Joan-

Joannes Lutterellus, ſcripſit adverſùs Diſputata Ockami.

Joannes Mugirus, Confluentinus, S. I. uulgavit Admonitionem in Epiſtolarem diſceptationem Joannis Jeſuitæ & Davidis Baræi Calviniſtæ Heidelbergenſis. *Moguntiæ* 1604.

Joannes Mag'ſter, ſcripſit De pane fermentato, & infermentato. Quòd Spiritus ſanctus procedat à Patre & Filio.

Joannes Magnus, Gothus, Vpſalæ Archiepiſcopus, edidit Apologiam contra Lutheranas & impias Conſtitutiones in Aroia Civitate Regni Suetiæ factas anno 1527.

Joannes Malavelette, Ara nonenſis in Occitania, S.I. linguâ maternâ ſcripſit Manuale veritatis Catholicæ religionis ex ipſis Adverſariorum ſcriptis ac libris contextum.

Joannes Maldonatus, Hiſpanus, S. I. ſcripſit Epiſtolam de Collatione Sedanenſi cum Calviniſtis. *Moguntiæ* 1611. Diſputationem de fide. *Ibidem* 1600.

Joannes Maria Capella, Salutienſis Ord: Præd: ſcripſit De veneratione ſacrarum Imaginum.

Joannes Maria Gabriellius, Tifernas, ex Monacho Congregationis Ref: S. Bernardi Ord: Ciſtercienſis, S. R. E. tituli S. Pudentianæ Presb: Cardinalis, ſcripſit Theologiam hiſtorico-dogmaticam, Scholaſticam adverſus Ethnicos, Hæreticos & Schimaticos ex Scriptura, Hiſtoria Eccleſiaſtica, & SS. PP. *MS. in Biblioth. S. Pudentianæ de Urbe*.

Joannes Maria à S. Joseph, Carmelita excalceatus, edidit Diſputationem celebrem habitam adverſùs miniſtros Arianos Poloniæ.

Joannes Maria Verratus, Ferrarienſis, Carmelita, edidit Diſputationes adverſùs Lutheranos. De fide & operibus. De libero arbitrio. De Prædeſtinatione. De cultu Dei & Sanctorum. De auriculari & Sacramentali Confeſſione. De Purgatorio. De Communione ſub utraque ſpecie, aliaque permulta, quæ typis impreſſa fuere *Venetiis anno* 1571.

Joannes Maro, Anglus, ſcripſit Determinationes contra hæreticos Wicleffiſtas.

Joannes Marocurſius, Tornacenſis, Cartuſianus, ſcripſit Threnodiam contra Lutheranos. *Antuerpiæ*. 1540.

Joannes Martialis, Anglus, ſcripſit adverſùs Joannem Calhllum, qui blaſphemum librum emiſerat contra Chriſti Domini Crucem. 1564.

Joannes Martinonus, Gallus Brivatenſis, S. I. edidit librum mutato nomine, cui titulus, Anti-Janſenius, hoc eſt, Selectæ Diſputationes de hæreſi Pelagiana, Semipelagianæ, deque variis ſtatibus humanæ naturæ, & de Gratia Chriſti Salvatoris, in quibus vera de illis doctrina proponitur, & Cornelii Janſenii Iprenſis falſa dogmata refutantur. *Pariſiis* 1652.

Joannes Matthæus Cariophylus, Cretenſis, Archiepiſcopus Iconienſis, edidit Cenſuram Confeſſionis fidei, ſeu potiùs perfidiæ Calvinianæ, quæ nomine Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani circumfertur. *Romæ* 1631. Confutationem Nili Theſſalonicenſis de Primatu Papæ, Græcè & Latinè. *Pariſiis* 1626. Refutationem pſeudo-Chriſtianæ catecheſis editæ à Zacharia Gergano. *Romæ* 1631.

Joannes Matthæus Grillus, Salernitanus, ſcripſit Epiſtolam ad fratrem de rationibus & cauſis, quæ eum moverunt, ut ad Eccleſiam Catholicam Romanam rediret. *Romæ* 1676.

S. Joannes Maxentius, Gallus, Abbas Pictavienſis Ord. Floriacenſis, ſcripſit Librum unum contra Pelagium. Catholicam fidei Confeſſionem, ſive profeſſionem de Chriſto Domino. Rationem adunationis Verbi Dei ad propriam carnem. Contra Acephalos. Dialogos contra Neſtorianos,

Joannes Menſingus, Dominicanus, ſcripſit contra librum Lutheri De abroganda Miſſa. Libros duos de Sacerdotio Eccleſiæ Chriſti adverſùs hæreticos. *Coloniæ* 1532.

Joannes de Meppis, Germanus, de familia S. Auguſtini, ſcripſit contra Hermannum de Riswich de Geldria,

Tractatum prænotatum, De paupertate Chriſti.

Joannes Michrelius, ſcripſit librum prænotatum, Ethnophronius contra Gentiles, de principiis Religionis Chriſtianæ dubitationes. *Stetini* 1647.

Joannes Molanus, ſcripſit De hiſtoria ſacrarum Imaginum, & picturarum, pro vero earum uſu contra abuſus. *Lugduni* 1619.

Joannes Montanus, edidit Diſputationem uberem de ſanctiſſima Euchariſtia. *Grecii* 1592.

Joannes de Monte nigro, Italus, Dominicanus, ſcripſit Tractatum de Proceſſione Spiritus ſancti, & Tractatum de Purgatorio contra Græcos.

Joannes Morinus, Bleſſenſis Gallus, Congregationis Oratorii Presbyter, edidit Commentarium hiſtoricum de diſciplina in adminiſtratione Sacramenti Pænitentiæ. Commentarium de ſacris Eccleſiæ ordinationibus, in quibus operibus Catholica religio valdè illuſtratur, & hæreticorum inſaniæ contra hæc Sacramenta reprobantur. *Antuerpiæ* 1695.

Joannes Mulhuſinus, Thuringus, S. I. edidit Speculum miſeriarum Davidis Parei hæretici, Cenſuram Diſputationis ejuſdem. *Moguntiæ* 1604. Auctarium Speculi miſeriarum ejuſdem Calviniſtæ. *Ibidem* 1606. Diſputationem de libero arbitrio *Ibidem* 1601. Contra ejuſdem Davidis Parei Heildebergenſis Diſputationem de ſacrarum Scripturarum authoritate, cum vendicatione cenſuræ Moguntinæ, & diſcuſſione Exegeſeos ejuſdem Parei. *Ibidem* 1605.

Joannes Mulman, Lipſienſis, S.I. edidit Diſputationem de Miſſis privatis adverſùs Calixtum Calviniſtam. *Monſterii Weſtphaliæ* 1647. De Calice Euchariſtico contra eundem. De Libris Machabæorum contra Scheilberum. *Ibidem* 1648. De Purgatorio contra Calixtum & ſectarios. *Ibidem*.

Joannes Muſcus, edidit Diſſertationem de Conjugio contra Theophilum Alethæum. *Jenæ* 1675. Theophilus Alethæus iſte ficto nomine, eſt Joannes Lyſerus, hæreticus, qui librum vulgavit cum hoc titulo, Polygamia triumphatrix, cum notis Athanaſii Vincentii. *Londini Scanorum, ſumptibus authoris*. 1672.

Joannes Mylverton, Anglus, Carmelita, ſcripſit Symbolum ſuę fidei, & contra Reginaldum Peacok.

Joannes Naſi, Germanus, Suffraganeus Brixinenſis, evulgavit Centurias mendaciorum inſignium, quæ ab hæreticis, qui ſe Evangelicos vocant, ſcriptæ ſunt. *Ingolſtadii* 1569. Tractatus de Cœna Dominica. Conciones Catholicas plures contra hæreticos, quæ omnia fuſiùs deſcripta videri poterunt in Apparatu ſacro Poſſevini, & in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum Lucæ Wadingi, ſub eodem nomine.

Joannes Neovilleus, Genuillanus, Gallus, ſcripſit Libros quinque De pulchritudine animi adverſùs Epicureos & Atheos homines hujus ſeculi. *Pariſiis* 1556.

Joannes Niceus, ſcripſit Librum contra Armenos de rebus fidei. *MS. in Biblioth. Vaticana*.

Joannes Nicolai, ſcripſit De Concilio plenario adverſùs Donatiſtas. *Pariſiis* 1667. Diſſertationem de jejunii Chriſtiani, & abſtinentiæ ritu. *Ibidem* 1667.

Joannes Nicolaus, Arelatenſis, ſcripſit De hæreticis, & eorum pœnis. *Lugduni* 1536.

Joannes Nopetius, edidit Confeſſionem Ambroſianam, quatuor libris diſtributam, ubi oſtenditur, quid ſenſerit de fidei dogmatibus hodie vocatis in controverſiam ab hæreticis, ante annos 1200. totius Occidentalis Eccleſiæ lumen B. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis.

Joannes Ochoa, Hiſpanus, Ord. Præd, vigilantiâ ſuâ detexit Ægidiũ, & Conſtantinum Fontanum, qui à rectâ fide apoſtatantes, occultè hereſum venena apud Hiſpalim diſſeminabant, quos à judicibus de violata fide convictos, igne crematos conſpexit.

Joannes Obneberger, Svevus, S. I.

S. I. Germanicè edidit Brevem & dilucidam inſtitutionem defendendi fidem Catholicam contra hæreticos. *Herbipoli* 1660.

Joannes Palmer, Anglus, ſcripsit contra Bohemorum, sive Duſſitarum articulos.

Joannes Paulus Donatus, Carmelita, edidit Tractatum de jure eligendi miniſtros Eccleſię, in quo veritas Catholica defenditur & explicatur. *Taurini* 1582.

Joannes Paulus Felwinger, Germanus, edidit Diſceptationem Theologicam antiphotinianam de ratione in Theologia contra Florianum Druſcium, sivè Joannem Drellium. *Helmeſtadii* 1671.

Joannes Paulus Nazarius, Cremonenſis, Ord. Prẹd. inter plura alia ſcripta, publici juris fecit Diſputationem ſolemnem de ſacroſancto Miſſæ Sacrificio à ſe habitam in Valle Clavenæ, cum miniſtris ſectæ Calvinianæ.

Joannes Paulus Windeck, Germanus, edidit Theologiam Júriſconſultorum, libris duobus comprehenſam. In horum primo vindicantur quadraginta & ampliùs dogmata S. Rom. Eccl. quæ ab hæreticis oppugnantur, non ſolùm ex Canonibus, & Traditione Eccleſię, verùm etiam ex Juſtiniani Imperatoris legibus. Prognoſticon futuri ſtatus Eccleſię contra quendam Lutherologum. Deliberationem Chriſtianam de optimo regionis ſtatu, sive de extirpandis hæresibus. De mortis Chriſti efficacia contra Calvinum. Confeſſionem S. Bernardi de omnibus fidei dogmatibus. *Coloniæ* 1604.

Joannes Pelecyus, Ulmensis, S. I. ſcripsit De originali hominis juſtitia & injuſtitia. *Dilingę* 1587. De Sacramentis novę legis. De Euchariſtiæ Sacramento & Sacrificio. De fide. De Eccleſia militante. De Juſtificatione.

Joannes Perellius, Xiveriensis, Germanus, ſcripsit Dialogum de Catholica doctrina, & rebus Societatis Ieſu contra contumeliss Rodingi Haſsi Sacramentarii. *Ingolſtadii* 1576.

Joannes Perpezatius, S. I. edidit Reſponsionem Apologeticam adversùs Anticotoni & Sociorum criminationes. *Lugduni* 1611.

Joannes Perſeus, Anglus, S. I. Anglicè ſcripsit Tractatum de fide. *Londini*. 1600. Defenſionem ejuſdem Tractatus de fide contra duos miniſtros Wottonum & Vitum. *Audomari* 1612. Librum, quo provocat Proteſtantes ad oſtendendam continuam ſuorum Prædicantium ſucceſſionem à temporibus Chriſti, prout Catholici oſtendunt de ſuis. *Ibidem* 1612. Reſponſionem ad novem articulos controverſos, ipſi à Sereniſſimo Rege Jacobo in privato colloquio propoſitos. *Ibidem* 1625.

Joannes de Perſico, Cremonenſis, ſcripſit Expoſitiones in Biblia contra Judæos & rebelles Eccleſiæ. *M. S. Cremonæ in Bibliotheca S. Auguſtini*, cujus Ordinis Author erat profeſſus.

Joannes Petrus Caraffa, Neapolitanus, qui poſteà fuit Paulus IV. Pontifex Maximus, Clericus Regularis Theatinus, ſcripſit Parænesim ad Bernardinum Ochinum.

Joannes Pezibram, Bohemus, ſcripſit Tractatum de ſeptem Sacramentis. De impiis Wicleffi dogmatibus. De profeſſione fidei, aliaque hujus generis.

Joannes Picus, Mirandulanus, ſcripſit contra Aſtrologos judiciarios, & contra Judęos.

Joannes Piſtorius, Niddanus, Theologus Catholicus, edidit Theoremata de fidei Chriſtianæ definita menſura, &, an hæc ſit ſola Scriptura Canonica, cum Epiſagmate de Sacramentis contra Grynæum. *Coloniæ* 1590. Reſolutionem Theſium Jacobi Heerbrandi hæretici blaſphemi, de viſibili Chriſti in terris Eccleſia. Theſes quinquaginta de Sanctorum Reliquiis, ex libris S. Auguſtini decerptas. Epiſtolas duas ad Joannem Pappum, excitatoriā & refutatoriam. Confeſſionem S. Bernardi de omnibus fidei dogmatibus hodiè controverſis, ex ejus ſcriptis collectam, cum refutatione ſophiſmatum, quæ à Luthero, Melan-

ſthone, Nicolao Pithæo, aliſque ſectariis contra religionem obiiciuntur. Hanc cum inchoatam reliquiſſet, abſoluit Joannes Paulus Windech.

Joannes Placentius, ex Ord. Præd. ſcripſit Librum prænotatum, Prælium porcorum, ideſt hæreticorum interſe diſſidentium.

Joannes Plaeth, Germanus, edidit Librum contra Bohemos.

Joannes Plusiadenus. Vide *Joannes Archipresbyter*.

Joannes Polomar, edidit Orationem habitam in Concilio Baſileenſi contra tertium articulum Bohemorũ,

Joannes Porvel, Britannus, ſcripſit Propugnaculum adversùs Babylonicam captivitatem Lutheri.

Joannes Pricius, Anglus, S. I. Anglicè edidit Anti-Mortonum, ſive Apologiam contra Thomam Mortonum Pſeudo- Epiſcopum Dunelmenſem. 1640.

Joannes Ragusæus, ex Ord. Pręd. habuit Orationem in Concilio Baſileenſi, in qua reſpondit ad articulum Bohemorum de Communione ſub utraque ſpecie.

Joannes Raphael Cabenzi, S. I. edidit Epiſtolicam velitationem de Baptiſmo. *Olomucii* 1615. De norma fidei & religionis contra Simonem Mann. *Ibidem* 1617.

Joannes Rastallus, Anglus, ſcripſit contra ſui temporis hæreticos, & pręcipuè confutationem Concionis Juelli hæretici. Tractatus duos, quibus plures impoſturas, & malignas corruptiones in libris Juelli indicavit.

Joannes Redmannus, Anglus, ſcripſit contra hæreticos De juſtificatione.

Joannes Retembergius, Dominicanus, Germanus, ſcripſit opuſculum contra hæreſes Lutheranorum. Adversus Lutheri depravatam verſionem Biblicam.

Joannes Roberti, Belga, S. I. edidit Parallela ſanctiſſimæ Miſſæ, & Cœnæ hæreticę. Anglicanæ Eccleſiæ Reformatæ baſim & impoſturam. *Luxemburgi* 1619. Magiam Phanaticam. Examen confeſſionis fidei Belgicæ Reformatorum.

Joannes Roffensis, Anglus, edidit volumen inſigne De Romano Pontifice. Defenſionem ſacri Sacerdotii adversùs Lutherum. Confutationem Aſſertionum Lutheranorum. *Venetiis* 1526.

Joannes Rosenthal, Germanus, linguâ patriâ vulgavit Juſtam querelam contra Prędicantem Calviniſtam de Controverſiis fidei. *Coloniæ* 1653. Epiſtolam Irenicam ad Juventutem Haſſiæ. *Ibidem* 1653.

Joannes à Royas, Hiſpanus, ſcripſit Tractatum de hæreticis, prænotatum, Singularia juris infavorem fidei, hæreſisque deteſtationem. *Venetiis* 1584.

Joannes Rywocki, Prutenus, S.I. edidit Arma Catholica pro Traditionibus, & Purgatorio contra Anti-Bellarminum Ameſii Proteſtantis Frankorari. *Vilnæ* 1636. Paræneſim ad miniſtros Calvinianos de ſpiritu privato ad Synodos non admittendo. *Ibidem* 1639. Calvinum Angelomachum, ſive Pręlium Calvini adversùs bonos Angelos.

Joannes Sacranius, ſcripſit De erroribus Ruthenorum.

Joannes Sallerus, Germanus, S.I. idiomate patrio edidit Epiſtolam encyclicam de pietate Catholicorum, ſe flagellantium. Lutheranum exulantem. Controverſias de Euchariſtia. *Augustæ* 1607.

Joannes Salta, Cretenſis, ſcripſit Dialogos duos contra Judæos.

Joannes Schucking, Weſtphalus, S. I. edidit Lucernam viatorum, ſeu fidei. Mercurium Orthodoxum ad demonſtrandum Purgatorium. *Monasterii Westphaliæ* 1649. Inſtitutionem Theologicam contra Scheiblerum, & Tremolienſes. *Coloniæ* 1649.

Joannes Scythopolita, Græcè ſcripſit contra Eutychen, & Dioſcorum

Joannes Segobiensis, Hiſpanus, ſcripſit De Proceſſione Spiritus ſancti à Filio. De mittendo gladio ſpiritus in Saracenos.

Joannes Sharpe, Anglus, ſcripſit adver-

adverſus Wicleffi hæretici ſectatores. De orationibus Sanctorum. De ſuffragiis viatorum. De Incarnatione Verbi. De poteſtate Sacerdotii. De ſacrarum Imaginum veneratione. De peregrinationibus.

Joannes Simcocket, Londinenſis, S. I. edidit Anglicà linguà Indagatorem indefeſſum, quo hortatur ſectarios ad veritatem fidei inveſtigandã. *Londini 1670.*

Joannes Sletanus, Geſſenſis in Brabantia, ex Ord. Præd. ſcripſit Libros novem de retinenda fide Catholica. De Verbi Dei virtute, & inſuper abili Eccleſię potentia libros quinque. De Baptiſmo parvulorum.

Joannes Spenſerus, Lincolnienſis, S. I. edidit idiomate materno De ſacrà Scriptura perperàm ab hæreticis hujus temporis intellecta. *Antuerpiæ 1655.* Quæſita xxxvi. miniſtris hæreticis in Anglia propoſitis. *Londini.* Libellum contra Atheos cum hoc titulo, Aut Deus, aut Nihil. *Ibidem* Schiſma detectum, contra quoſdam Doctores Academiæ Cantabrigienſis. *Ibidem.*

Joannes Stamler, Germanus, ſcripſit De Tartarorum, Sarracenorum, Turcarum, Judæorum & Gentilium ſectis & ritibus, cum eorundem confutatione, & ſanctæ Chriſtianæ fidei confirmatione. *Auguſtæ 1508.*

Joannes Standicius, ex Ord. Seraphico, Anglus, ſcripſit contra Barnes hæreticum.

Joannes Sunaſbam, Anglus, Carmelita, Epiſcopus Bangorienſis, ſcripſit contra Wicleffiſtas.

Joannes Swetus, Anglus, S.I. Anglicà linguà edidit Manifeſtationem Apoſtaſiæ M. Antonii de Dominis. *Audomari 1617.*

Joannes Taliaferrus, Italus, plura ſcripſit, & inter reliqua De Eccleſia, ejus Capite, & de Clavibus.

Joannes de Tabia, ſcripſit Summam adverſùs hæreſes ſui temporis.

Joannes Talpinus, Gallus, vulgari ſermone ſcripſit Monitum ad eos, qui ab hæreticis decepti ſeceſſerunt à verà Chriſti Eccleſia, quæ eſt Catholico-Romana. Examen & deciſionem S. Romanæ Eccleſiæ. Conſenſum totius Eccleſiæ Chriſtianæ de Miſſæ Sacrificio. Monita Chriſtianis, ut caveant ab hæreſi, & alia his ſimilia, quæ diverſis annis prodierunt. *Pariſiis.*

Joannes Tavernerius, edidit Tractatum de Purgatorio Animarum. De veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Sacramento Altaris. *Pariſiis 1551.*

Joannes Thomas Rocaberti, ex Ord. Præd. ſcripſit De Romani Pontificis authoritate. *Valentiæ 1692.*

Joannes Tiſſingtonus, Anglus, Ord. Minorum, edidit librum cum hoc titulo, Scutum pro Euchariſtiæ defenſione, & contra Confeſſionem Wicleffi. *MS. in Collegio Cantabrigiæ S. Benedicti.*

Joannes Turrecremata, ex Ord. Præd. S. R. E. Cardinalis, ſcripſit De authoritate Romanæ Eccleſiæ. De unione Græcorum cum Latinis.

Joannes Vaequerius, Rojenſis, edidit Sermonem de multiplici hæreticorum tentatione in Baptiſmo dunrùm adoleſcentum Americæ. *Pariſiis 1571.*

Joannes Veccius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ſcripſit De unione Eccleſiarum veteris & novæ Romæ. De Proceſſione Spiritus ſancti capita xii. Epiſtolam ad Alexium Agallanium magnæ Eccleſiæ Diaconum. De Proceſſione Spiritus ſancti opus à priori diſtinctum. Plura etiam alia ſcripſit ad Catholicam fidem Romanam confirmandam, potiſſimùm contra tomum Cyprii, & ejuſdem novas hæreſes. *Extat in tomo primo Græciæ Orthodoxæ Leonis Allatii, Romę 1652. & in ejuſdem tomo ſecundo ibidem anno 1659. impreſſo.*

Joannes Vetus, Gallus, edidit Apologiam adverſùs Theodorum Bezam. *Virduni 1565.*

Joannes à Via, Germanus, ſcripſit Defenſionem & Aſſertionem jugis Sacrificii Eccleſiæ adverſùs blaſphemias Schnidelini. *Coloniæ 1570.* Admonitionem ad Bavariam, quà ratione

ne errores, qui hodie ſparguntur agnoſcendi ſint, & fugiendi, ex verbo Dei. Germanicè. *Monachii*.

Joannes Villagarcia, Dominicanus, plura ſcripſit in Brentium, variasque edidit Apologias adversùs Bucerum, Petrum Martyrem, & Sodales.

Joanes Viterbienſis, ex S. Dominici familia, ſcripſit Tractatum in forma dialogi adversùs hæreticos ſui temporis.

Joannes Walterius Viringus, Lovanienſis, S.I. idiomate vulgari ſcripſit adversùs Joannem Waleſium hereticum. *Bruxellæ* 1609.

Joannes Waltonus, Lancaſtrienſis, S.I. Anglicè ſcripſit Reſponſum ad calumnias Henrici Mori, Doctoris hæretici, quibus Idololatriæ crimen Catholicis affingit. *Londini* 1672.

Joannes Warnerus, Anglus, S.I. edidit Vindicias cenſuræ Duacenæ, ſeu confutationem ſcripti cujuſdam Albii. *Duaci* 1661.

Joannes Wellis, Anglus, Monachus S. Benedicti, edidit Librum pro Religione. De SS. Euchariſtia.

Joannes Toungus, Anglus, edidit Librum de ſchiſmate, quo monet cavendum eſſe Catholicis, ne adeant ſynagogas hæreticorum.

Joannes Zonara, Conſtantinopolitanus, ſcripſit Poema adversùs omnes hæreſes.

Jodocus Andries, Cortracenſis, S. I. edidit Flandricè Purgatorium Catholicè aſſertum. *Brugis* 1643.

Jodocus Clicthoveus, Neoportuenſis, Gallus, edidit Propugnaculum Eccleſiæ contra Lutheranos. Commentarium prænotatum, Anti-Lutherum. De ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento contra Œcolampadium. *Pariſiis* 1568. Improbationem quorundam articulorum Lutheri, aliaque hujuſmodi ad defendendam fidem Catholicam, de quibus conſule Poſſevinum.

Jodocus Coccius, Bileveldianus, & Canonicus Juliacenſis, edidit præclariſſimum, & doctiſſimum opus prænotatum, Theſaurus Catholicus, ubi ex SS. PP. enucleantur omnes controverſiæ in materia fidei, ſolidè refutantur, & Catholica religio validiſſimis argumentis roboratur. *Coloniæ* 1599.

Jodocus Coccius, Trevirenſis, S. I. edidit Parallelon Bibliacum viſionum Joannis Apocalyp. cap. 1. Danielis cap. x. Diſputationem tripartitam de arcano ſacræ Scripturæ ſenſu. Diſputationem bimembrem de vero & falſo Antichriſto. Sanctiſſimum Miſſæ Sacrificium per teſtes veritatis omni exceptione majores, ab hæreticorum injuriis vindicatum. *Molſhemii* 1621.

Jodocus Kedd, Germanus, Clivienſis, S. I. plurima, & doctiſſima opera edidit contra Lutheranos, Calviniſtas, impiosque Novatores, quæ diffusè exhibet Bibliotheca Scriptorum ejuſdem Societatis.

Jodocus Lorichius, Theologus, ſcripſit opus prænotatum, Evangelium, hoc eſt de vi, natura, & ſcopo Evangelii Jeſu Chriſti adversùs temerariam, ſtultamque inſtantiam eorum, qui ſe Evangelicos nominant. *Ingolſtadii* 1580. Catenulam præcipuorum articulorum fidei Chriſtianæ. *Coloniæ* 1576. Defenſionem Apologiæ de Adoratione, & ejus ſpeciebus adversùs Hyperaſpiten Scholæ Tubingenſis. *Ingolſtadii* 1577. Demonſtrationem de vera & falſa libertate credendi. De Traditionibus. De uſu Imaginum, aliaque valde utilia ad hæreticorum ſtultitiam retundendam, de quibus omnibus conſule prælaudatum Poſſevinum.

Jodocus Raveſtenius, edidit Defenſionem Concilii Tridentini adversùs examen Martini Kemnitii. *Lovanii* 1568. Confutationem Confeſſionis miniſtrorum adhærentium Auguſtanæ Confeſſioni. *Ibidem* 1568. Apologiam confutationis profanæ Confeſſionis, quam Antuerpienſem vocant, contra Matthæi Flacci Illyrici cavillationes. *Ibidem* 1568. Apologiam Decretorum Concilii Tridentini de Sacramentis, adversùs cenſuras, & examen Kemnitii. 1570.

Jon-

Jonas, Aurelianenſis Epiſcopus, ſcripſit Libros tres de cultu ſacrarum Imaginum ad Carolum Calvum, adversùs hæreſim Claudii Taurinenſis Epiſcopi. *Coloniæ* 1554.

Joſeph Saenz de Aguirre, Hiſpanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Ord. S. Benedicti, edidit Defenſionem Cathedræ S. Petri. *Salmanticæ* 1683. Lacinia contra Socinianos. *Romæ*.

Joſeph Methonenſis, ſcripſit Librum reſponſionis pro Concilio Florentino ad Librum Marci Epheſii calumniatoris eiuſdem Concilii.

Joſeph Viccomes, Mediolanenſis, ſcripſit Obſervationum Eccleſiaſticarum volumina IV. in quibus agitur de antiquis Baptiſmi, & Miſſæ ritibus, de ejus apparatu, & de veteribus ceremoniis Confirmationis. *Mediolani diverſis annis*.

Joſeph Voiſin, Gallus, edidit Diſputationem Theologicam Orthodoxã de ſanctiſſima Trinitate adversùs Diſceptationem hæretici Anti-Trinitarii. *Pariſiis* 1647.

Joſephus Bergaigne, Antuerpienſis, Minorita, vulgavit Apologiam adversùs litteras Gerlaci Molitoris, Prædicantis religionis Evangelicæ Reformatæ. *Treviris* 1625.

Joſephus Ciantes, edidit Librum prænotatum, Diſcurſus de SS. Trinitate ex Hebræorum teſtimoniis. *Romæ* 1667.

Joſephus Creſſwellus, Londinenſis, S. I. ſub nomine Andreæ Philopatri, ſcripſit Reſponſionem ad edictum Eliſabethæ Reginæ Angliæ contra Catholicos. *Romæ* 1593. Contra edictum in Catholicos promulgatum. *Audomari* 1610.

Joſephus Malavelettus, Gallus, S. I. ſcripſit Controverſiarum Epitomem. *Pariſiis* 1623 Unitatem Eccleſiæ Catholicæ unius Scripturæ authoritate muniam.

Joſephus Simonis, Hamptonienſis, Anglus, Anglicè edidit Reſponſionem ad Concionem Doctoris Pericii hæretici, habitam coram Rege Angliæ. *Londini* 1663.

Joſephus Stephanus, Valentinus, Epiſcopus Veſtanus, ſcripſit Defenſionem ſacri Roſarii B. Mariæ Virginis ab hæreticorum calumniis, *Romæ* 1584. De oſculatione pedum ſummi Pontificis, & de ejus coronatione. *Romæ* 1588. De pedum adoratione. *Extat inter Tractatus juris tom.* 13. De poteſtate coactiva Romani Ponticis. *Romæ* 1586.

Joſephus de Tamayo, Hiſpalenſis, S. I. ſcripſit adversùs errores Immanuelis Abbad Rabbini ſynagogæ Amſtelodamenſis.

Irenæus Avalonenſis, Burgundus, Capuccinus, Gallicè promulgavit Explicationem rationum, quæ moverunt DD. *de Paſſades*, & *du Mozel* ad abjurandam hæreſim Calviniſticam, cum reſponſionibus miniſtri hæretici, & contra reſponſionibus Kueſſii.

S. Irenæus, Smirnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, qui fidem Catholicam proprio ſanguine confirmavit, illam etiam acerrimè defendit contra hæreticorum ſui temporis blaſphemias, præſertim adversùs Valentinum hæreſiarcham, in quem edidit Libros quinque.

Iſaac Armenus, ſcripſit Invectivam in Armenos. *Extat tom.* 20. *Biblıot. PP. Lugdunen.*

Iſaac ex Judæo factus Chriſtianus, ſcripſit De ſancta Trinitate, & De Incarnatione Domini.

Iſaac Monachus Syrus, Presbyter Antiochenæ Eccleſiæ, multa Syriacè ſcripſit, potiſſimùm tamen adversùs Neſtorianos, & Eutychianos.

Iſaacius Habertus, ſcripſit De conſenſu Hierarchiæ & Monarchiæ, adversùs Parænețicum opus Optati Galli, ſchiſmatum fictoris. *Pariſiis* 1640.

Iſaacus Peyrerius, ſectà Calviniſta, qui priùs ediderat opus inſcriptum *Præadamitæ*, ſive Exercitationem ſuper Epiſtolam S. Pauli ad Romanos. 1655. abjurato Calviniſmo, & libro de Præadamitis, ſcripſit Epiſtolam ad Philotimum de utraque materia. *Romæ* 1662.

Iſaias Cyprius. Vide *Eſaias*.

Iſchirion, Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus, Synodo Chalcedonenſi obtulit Libellum accuſationis contra Dioſcorũ. *Extat. tom.*4. *Conciliorum Labbei*. Idem fecerunt in eodem Synodo Theodorus Diaconus Alexandrinus, & Sophronius.

S. Iſidorus, Hiſpalenſis Epiſcopus, S. Benedicti Monachus, zelo fidei Catholicæ non in Hiſpania ſolùm, ſed & in tota Eccleſià celebris, Arianæ perfidiæ hoſtis inſenſiſſimus, ſcripſit inter alia contra nequitiam Judęorum.

Iſidorus de Iſolanis, Mediolanenſis, ex Ord. Præd. ſcripſit Diſputationes quinque Catholicas de igne Purgatorio, De merito animarum Purgatorii, De igne inferni. *Papiæ* 1521. De imperio Eccleſiæ militantis. *Mediolani* 1516. Contra Averroem de Æternitae Mundi.

Iſidorus Moſconius, edidit De Majeſtate militantis Eccleſiæ. *Venetiis* 1602.

Itachius Clarus, Lemicæ Hiſpaniarum Epiſcopus, edidit Libros tres de ſanctiſſima Trinitate contra Varimandum Arianum. Apologeticum adversùs hęreſes Priſcilliani.

Julianus Cæſarinus, dictus Julianus Cardinalis S. Angeli, tempore Martini Papæ V. ſcripſit De Proceſſione Spiritus ſancti adversùs Grecos.

Julianus Freſneau, Gallus, Ord. Præd. ſcripsit contra Petrum Martyrem hæreticum.

S. Julianus, Epiſcopus Toletanus, Libros tres de Adventu Chriſti adversùs Judæos compilavit.

Julius Bartoloccius, de Celleno, Monachus Congregationis Refor. S. Bernardi Ord. Ciſterciensis, & Abbas S. Sebaſtiani ad Catacumbas, edidit Bibliothecam Magnam Rabbinicam, quatuor tomis, in quibus Judęorum mendacia, falsitates, & commenta validiſſimis rationibus confutantur. *Romæ* 1675.

Julius Cęſar Bulengerus, Gallus, S. I. edidit Reſponsionem Catholicam libro D. Pleſſei de Inſtitutione Sanctiſſimi Sacramenti. *Pariſiis* 1599.

Julius Cęſar de la Coulture, Bruxellensis, S. I. ſcripsit Libros duos demonſtrationum Catholicarum contra Ecclesiam Lutheranam.

Julius Firmicus Maternus, ſcripsit Librum de myſteriis, & erroribus proſanarum Religionum ad Conſtantinum & Conſtantem Auguſtos.

Julius Paveſius, Brixiensis, Ord. Præd. ſcripsit adversùs hæreſes ſui temporis.

Julius Pflug, Aumbergensis, ſcripſit adversus Lutherum. *Antuerpię* 1562.

Juſtinianus Imperator, ſcripſit De Incarnatione Domini adversùs Eutychetem.

Juſtinianus, Hiſpanus, Eccleſiæ Valentinæ Epiſcopus, ſcripſit contra Bonoſianos, qui aſſerebant Chriſtum eſſe Filium Dei adoptivum, non proprium.

S. Juſtinus Martyr, & Philoſophus, inter alia eruditiſſima opera duplicem ſcripſit Apologiam pro Chriſtiani nominis defenſione ad Antoninum Pium, & S. P. Q. R. Idem fecit S. Melito Sardenſis Epiſcopus, alià Apologià oblatà Marco Aurelio Imperatori, pro iiſdem Chriſtianis; & etiam Athenagoras, qui eidem Marco Aurelio Antonino, & Aurelio Commodo ſimilem pro Chriſtianis obtulit Apologiam.

Juſtus Baronius, edidit opus inſcriptum, Pſeudo-Jubilæum Wirtembergenſe adversùs Ægidium Hunnium, & Lutherum. Præſcriptiones perpetuas adversùs hæreticos.

Juſtus Calvinus, Gallus, Calvini impii hæreſiarchæ conſanguineus, abjuratis ejus erroribus, & fide Catholica Romæ ſuſcepta anno 1600: edidit Librum prænotatum, Juſti Calvini pro ſacroſancta Catholica Romana Eccleſià, proque ſua ad eam tranſmigratione, Apologia. De ſacris Litteris veneranda antiquitate, ipſorũ ſectariorũ principiis ita adornata, ut facilè lectori viam ad veri-

tatem explanet. *Moguntiæ* 1602.

Juſtus Lipſius, eruditorum ſui temporis facilè princeps, in multis, quos publici juris fecit libris, plura ad Catholicam fidem valdè accommoda docet, ut patet ejus opera legenti.

Juſtus Rabus, Cracovienſis, Polonicè edidit Anti-Diatribam, ſeu Refutationem Diatribę contra quemdam Calvinianum miniſtrum. *Cracoviæ* 1610.

L

LAborans, S.R.E. Presbyter Cardinalis tituli S. Mariæ trans Tiberim, ſcripſit Epiſtolam ad Hugonem contra Sabellianos.

Lactantius Domaninus, Mantuanus, Carmelita, ſcripſit inter alia De immortalitate animæ.

Lælius Jordanus, edidit De Romanæ Sedis origine & authoritate, & De majoribus, rerumque capitalium Epiſcoporum cauſis ad Papam deferendis. *Venetiis* 1572.

Lambertus Aver, Germanus, S.I. ſcripſit Aſſertiones ex ſacris Bibliis, & Controverſiis. *Viennæ Auſtriæ* 1560.

Lanfrancus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, ex Ord. S. Benedicti, natione Papienſis, ſcripſit adversùs Berengarium hæreticum De veritate Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtia.

Laurentius Albertus, Germanus, ſcripſit vulgari idiomate adversùs Heildebergenſem Catechiſmum. Ad Spirenſes, Vormatienſes & Landavienſes Admonitionem de cavendo vicino Zuinglianiſmo. Abſurda Lutheranorum. *Ingolſtadii* 1570.

Laurentius Andretonus, Lancaſtrenſis, S. I. Anglicè edidit opus inſcriptum Funiculus triplex, quo fidei capita demonſtrantur ex Scriptura, SS. PP. & ex ipſis Proteſtantibus. *Audomari* 1634. Originem Catholicorum & Proteſtantium. *Rothomagi* 1634.

Laurentius Arturus Faunteus, Lancaſtrenſis, S. I. ſcripſit De Chriſti in terris Eccleſia adversùs Antonium Sadaeelem hæreticum Calviniſtam. Theſes de variis fidei controverſiis. De Chriſti Eccleſia. De Petri, & ejus ſucceſſorum Principatu. De Sanctorum invocatione. Multa alia etiam utilia ſcripſit contra Lutheranos, & Calviniſtas, quæ videri poſſunt in Bibliotheca Societatis.

Laurentius Cozza à S. Laurentio, ex Miniſtro Generali Ordinis Minorum, S. R. E. Presbyter Cardinalis, edidit Commentarios Hiſtorico-Dogmaticos continentes hæreſes XXII. à Simone Mago, uſque ad Marcionem. *Romæ* 1707.

Laurentius Forerus, Lucernenſis, S. I. vir perſpicacis ingenii, & Catholicæ veritatis ſtudioſiſſimus, acuit ſapientiſſimè calamum adversùs Calviniſtas, Lutheranos, Petrum Molinæum, aliosque ſimilis furfuris impios nebulones. Catalogum valdè oblongum, & accuratum ejus operum exhibet Bibliotheca Scriptorum ejuſdem Societatis.

Laurentius à Laurea Brancatus, ex Ord. Min. Convent. S. Franciſci, S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli SS. XII. Apoſtolorum, & Bibliothecarius, inter alia egregia opera Theologica, ſcripſit De decretis Eccleſiæ, & de rebus fidei, quæ ex ejus diſputationibus ſelecta reperiuntur in *Bibliot. Rocaberti tom.* 15.

Laurentius Nicolai, Norvegus, S. I. ſcripſit Confeſſionem Chriſtianam de via Domini. *Cracoviæ* 1604. De Reformatione religionis Chriſtianæ per Evangelicos miniſtros introducti. *Ibidem* 1606.

Laurentius à S. Paulo, Ord. Min. S. Franciſci, edidit opus prænotatum Peregrinatio ſancta, ubi errores Novatorum deteguntur, & via ad Ca-

tholicam veritatem oſtenditur. *Romæ* 1658. Librum Confeſſionis veritatis Eccleſiæ Catholicæ.

Laurentius de Ubaldinis, Florentinus, Ord. Præd. ſcripſit adversùs Judæos librum prænotatum, Capiſtrū Judæorum.

Laurentius de Zamora, Hiſpanus, Ord. Ciſtercienſis, inter alia egregia opera edidit opus inſcriptum, Monarchia myſtica Eccleſiæ, in cujus libro ſecundo, tract. primo agit de adultera interpretatione, quâ hæretici Scripturam ſacram circa myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis confundunt. De Æternitate Verbi Divini. De armis offenſivis, & defenſivis Eccleſiæ.

Laurus Quirinus, Venetus, edidit librum inſcriptum, Caſtigationes Judæorum.

S. Leander, Hiſpalenſis Epiſcopus, Monachus Ord. S. Benedicti, ſcripſit Libros duos adversùs hæreticorum dogmata. Opuſculum adversùs inſtituta Arianorum.

S. Leo I. Pont. Max. cognomento Magnus, inter alia ſcripſit Tractatum adversùs errores Eutychetis, & aliorum hæreticorum.

Leo VIII. Rom. Pont. ſcripſit Epiſtolas ad principaliores Germaniæ Epiſcopos de cauſa fidei.

Leo IX. Summus Pontifex, ſcripſit ad Conſtantinum Monachum Imperatorem librum unum de extirpandis hæreſibus. Librum ad Græcos, in quo eorum errores refutantur, & fides Catholica aſſeritur.

Leo VI. Imperator, cognomento Sapiens, Epiſtolam inſignem ſcripſit ad Regem Saracenorum, de Chriſtianæ fidei veritate, & Saracenorum impietate.

Leo, Carmelita, Gallus, Gallicè edidit Œconomiam religionis Catholicæ. *Pariſiis* 1652.

Leonardus Berianus, Gallus, ex Regul. Obſervant. S. Franciſci, edidit Librum Controverſiarum adversùs miniſtrum hæreticum. *Toloſæ* 1620.

Leonardus Champeils, Lemovicenſis, S. I. Gallicè edidit Veritates Catholicas ex mente ſanctorum Patrum primitivæ Eccleſiæ. *Pariſiis* 1644.

Leonardus Coquæus, Aurelianenſis, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, edidit Defenſionem pro Rom. Pontifice in Antimornæo, ſeu Confutatione myſterii iniquitatis, idest Hiſtoriæ Papatus Philippi Mornei Pleſſæi Calviniſtæ. *Pariſiis* 1613.

Leonardus Leſſius, Belga, S. I. ſcripſit Conſultationem, quæ fides & religio ſit capeſſenda. *Antuerpiæ* 1610. De Antichriſto, & ejus præcurſoribus. *Ibidem* 1611.

Leonardus Marius, edidit Catholicam aſſertionem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, in qua de Primatu Petri & Romanæ Sedis, adversùs hæreſim & ſchiſma M. Antonii de Dominis Spalatenſis. *Coloniæ Agrippinæ* 1618.

Leonardus Paternæus, S. I. evulgavit Declarationes aliquas multorum dedictorum ad Eccleſiæ Caſtra.

Leonardus Perinus, Lotharingus S. I. edidit Thraſenica Pauli Vertii Calviniſtæ. *Muſſiponti* 1619.

Leonardus Rubenus, Germanus, & Abbas Theologus SS. Petri & Pauli in Paderbonenſi Civitate, edidit librum De falſis prophetis, & lupis rapacibus. De Idololatria. Triumphum Chriſti de Judæis. *Paderbonæ* 1604.

Leontius Advocatus, Byzantinus, ſcripſit De ſectis hæreticorum, ac de Synodo Chalcedonenſi.

Leontius Bizantinus, quem alii faciunt eundem cum ſuperiore, ſcripſit contra Eutychianos, Neſtorianos, Enantiodocetas, Aphthardocetas, in fraudes Apollinariſtarum, & nonnulla alia, de quibus agit Poſſevinus tom. 2. Apparatus ſacri.

Leontius Conſtantinopolitanus, ſcripſit Librum De duplici natura in Chriſto, contra hæreim Monophyſitarum. Diſputationem contra Philoſophum Arianum. *MS. in Bibliot. Cæſarea Viennæ Auſtriæ.*

Leporius, qui Pelagianum dogma ſequi cœperat, ſed per Auguſtinum in Africa emendatus, ſcripſit propriæ

Digitized by Google

emendationis libellum, in quo & ſatisfacit de errore, gratias agit de emendatione, & ſimul affert Catholicam ſententiam de manentibus in Chriſto duabus naturis in una perſona.

Liberius à Jeſu, ex Carmelitis diſcalceatis, Novarienſis, edidit Controverſias dogmaticas adversùs hæreſes utriuſque Orbis Orientalis, & Occidentalis. *Romę* 1701.

S. Lindegaſtus, Moguntinus Archiepiſcopus, inſigne opus edidit contra Arium, & hæreſeos.

Liſett us, ſcripſit contra Pſeudo-Evangelicam hæreſim. *Pariſiis* 1551.

Lucas Caſtellinus, Ord. Præd. edidit Elucidarium Theologicum de certitudine Sanctorum Canonizatorum, in quo invenire eſt valdè utilia adversùs hæreticorum blaſphemias. *Romæ* 1628.

Lucas Holſtenius, ſcripſit De Abbaſſinorum communione ſub utraque ſpecie. *Extat in Symmiſtis Allatii tom.* 2. Diſſertationem duplicem de Sacramento Confirmationis. apud Græcos. *Romę* 1666.

Lucas Siculus, ſcripſit De Manichæis in Armenia pravè docentibus.

Lucas Tudenſis, Legionenſis Epiſcopus in Hiſpania, ſcripſit Libros tres contra Albigenſes.

Lucas Zaluscki, Rnxolinus in Alba Ruſſia, S.I. ſcripſit De ſumptione Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie. *Vilnę* 1637.

Lucifer, Calaritanus Epiſcopus, ſcripſit contra Arianos.

Ludovicus Bail, ſcripſit De beneficio Crucis, ſeu Articulos diſputatos de gratia. *Pariſiis* 1653.

Ludovicus Carrerius, ſcripſit De hæreſibus. *Extat inter tract. juris tom. 2. part.* 2.

Ludovicus Carvajalius, Hiſpanus, Regul. Obſerv. S. Franciſci, edidit Apologiam Monaſticæ Religionis, contra Eraſmi errores. *Pariſiis* 1529.

Ludovicus à Caſtro, ex Conventualibus S. Franciſci, Gallicè ſcripſit De diviſione pretenſę religionis Provinciarum Belgicarum, quæ ſe fœderatas vocant, ſeu de diſſectis Calvini ſectis.. Antiſynodica conventiculorum Ultrajecti & Dordraci annis 1618. & 1619. habitorum. *Leodii* 1619. Caſtrum Monaſticum, ſive Apologiam oppoſitam Turri Babel Danielis Ochede Calviniani, Gallorum Dordraci Concionatoris. *Ibidem* 1622.

Ludovicus Hanſtamus, edidit Diſputationem de Sacramento Pœnitentiæ. *Gręcii* 1589.

Ludovicus Joannes Viletanus, edidit Diſputationem habitam in Concilio Tridentino de Communione ſub una panis ſpecie. *Extat in Concilio Tridentino editionis Lovanienſis*.

Ludovicus Majoranus, è Gravina, Canonicus Regularis Lateranenſis, & Epiſcopus Caſtelli à Mare, edidit Librum inſcriptum Scutum fidei, ideſt Veræ Catholicæ, atque Orthodoxæ religionis adversùs hæreticos ſolidiſſima defenſio. *Romę* 1575.

Ludovicus Maraccius, edidit Prodromum ad refutationem Alcorani. *Romę* 1691.

Ludovicus Orianus, ſcripſit De poteſtate ſummi Pontificis. De fide, operibus ac libero arbitrio adversùs Lutherum. *Venetiis* 1534.

Ludovicus Richeomus, Gallus, S. I. edidit Defenſionem Peregrinationis. De ſacris Reliquiis. Victoriam veritatis contra Pleſſæum. Idololatriam Hugonoticam. Victoriam Catholicam de Miſſa, multaque alia, quæ ſimul impreſſa prodiere. *Pariſiis* 1628.

Ludovicus Rogerinus Aretinus, S. I. edidit Apologiam Roberti Cardinalis Bellarmini adversùs Matthæum Creſerum hęreticum. Defenſionem pro libris Purgatorii ejuſdem Cardinalis. Defenſionem adversùs Mathęum Creſerum hęreticum pro Operibus ejuſdem Roberti Cardinalis Bellarmini.

Ludovicus de Teruel, Granatenſis, S. I. ſcripſit De Indorum Idololatria.

Ludovicus Thomaſſinus, Gallus, edidit Dogmata Theologica de Deo,

Deique proprietatibus. *Pariſiis* 1684. De Verbi Dei Incarnatione. *Ibidem* 1680. Tractatum de unitate Eccleſię. Gallicè. *Ibidem* 1686. Tractatum de jejunio Eccleſiaſtico. Gallicè. *Ibidem* 1683.

Lupus Servatus, ſcripſit contra Gotheſcalcum Presbyterum de libero arbitrio, Prędeſtinatione, & Sanguine Chriſti malè ſentientem, tribus queſtionibus adversùs eandem hęreſim.

M

MAgnetes, Grecè ſcripſit Libros Apologię ad Theoſtenem adversùs Gentiles Evangelii calumniatores.

Malchion, Presbyter Antiochenus, edidit Dialogum adversùs Paulum Samoſatenum.

Mallei hæreticorum, De variis falſorum dogmatum notis, atque cenſuris libri duo. *Ingolſtodii* 1580.

S. Manſuetus, Mediolanenſis Archiepiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Conſtantinum Imperatorē de fide Catholica, circa duas in Chriſto voluntates.

Manuël Calecas, Grecus, ſcripſit Libros quatuor adversùs Grecorum errores de Proceſſione Spiritus ſancti. Adversùs Palamitas, illorumque Pſeudo-Synodum. De elementis fidei Catholicę ſecundùm traditionem Scripturę ſacrę, & Catholicorum Doctorum. *MS. in Bibliotheca Bavarica*.

Marcellinus de Ponte Beanneſino, Sabaudus, Capuccinus, Gallicè ſcripſit Fallacias miniſtrorum, & falſitatem religionis Calviniſticę: & veritatem Catholicam à Domino de Paſthee nobili Delphinate cognitam. *Lugduni* 1610. Reſponſionem adversùs narrationem quamdam miniſtri Calviniani Gratianopolitani. *Ibidem* 1614. De Sacramento Euchariſtię, & aliis fidei controverſiis. *Gratianopoli* 1615.

Marcellus, Ancyranus Epiſcopus, ſcripſit contra Arianos.

Marchio de Pianeſſe, Italicè ſcripſit De veritate religionis Chriſtianę.

Marcianus Barchinonenſis, ſcripſit contra Novatisnos.

Marcianus Imperator, ſcripſit De fide ad Monachos hęreticos.

Marcus Antonius Cappellus, edidit De Appellationibus Eccleſię Africanę ad Romanam Sedem. *Pariſiis* 1622. Diſputationes duas de ſummo Pontificatu Beati Petri, & de ſucceſſione Epiſcopi Romani in eundem Pontificatum. *Coloniæ* 1621. Adversùs pretenſum Primatum Regis Anglię. *Extat in Bibliotheca Pontificia Rocaberti tom.* 16. Reliqua hujus Scriptoris opera, vide verbo *Antonius Cappellus*.

Marcus Antonius de Foix, Vaſco, S. I. Gallicè publicavit Reſponſionem ad poſtremas tricas Janſeniſtarum. *Toloſę* 1663.

Marcus Antonius Natta, Aſtenſis, ſcripſit De immortalitate animæ.

Marcus Brixianus, Abbas Ord. S. Benedicti, edidit Orationem à ſe habitam de Purgatorio in Concilio Tridentino. *Brixię* 1557.

Marcus Eremita, ſcripſit De his, qui putant ſe ex operibus ſolis juſtificari.

S. Marinus, Moguntiæ Archiepiſcopus, circa finem ſeculi quarti ſcripſit aliquos libros, quibus Arianam hæreſim confutat.

Marius Æquivclus, Monachus Congregationis Montis Oliveti, ſcripſit Librum, undè antiquorum Latina, & Catholica religio incrementum ſumpſerint.

Marius Georgius, Venetus, Ord. Servorum B. M. V. ſcripſit Libros duos De libertate Eccleſiaſtica contra Simoniacos.

Marius Mercator, ſcripſit Commo-

Digitized by Google

monitorium adverſùs Pelagianos, Theodoſio Imperatori oblatum. Librum ſubnotationum, adverſùs Julianum Pelagianum, Adverſus Neſtorii impios anathematiſmos, Contradictiones.

Marius Victorinus, plura eruditione plena ſcripſit, potiſſimùm De Trinitate, & adverſùs Arianos.

Marquardus Leonis, Germanus, Ord. S. Franciſci, edidit Germanicè Diſcurſum Theologicum de vera Eccleſiâ Dei. *Monachii* 1605. Examen Tractatus Joannis Henrici Hiemers præconis Lutherani, in Fraternitatem Beatæ Mariæ in Reith. *Dilingæ* 1619. Reſolutionem quarundam quæſtionum de vera fide. *Ingolſtadii* 1607. Demonſtrationem Catholicam & univerſalem ejuſdem fidei. Latinè. *Lechbuſii* 1622.

Marquardus de Suſannis, ſcripſit De cœlibatu Sacerdotum non abrogando. *Extat inter Tract. juris t.* 14.

Marquardus de Waldſaſſen, Germanus, Monachus Ciſtercienſis, ſcripſit Librum de Evangelica doctrina.

Marſilius Ficinus, Florentinus, ſcripſit De religione Chriſtiana. De Divina gratia. De Providentia Dei. De humani arbitrii libertate.

Martinus Becanus, Belga, S. I. ſcripſit Diſputationem adverſùs Calviniſtarum prædeſtinatione n deſperatam. An alius ſit Calviniſtarum, alius Catholicoru n Deus. *Moguntiæ* 1604. De Controverſiis fidei contra hæreticos. *Ibidem* 1631.

Martinus Bialobrizkus, Camenecenſis Epiſcopus in finibus Poloniæ, edidit Orthodoxam confeſſionem de Deo uno, quam Chriſtiani Catholici credunt. *Coloniæ* 1579.

Martinus Bonacina, Mediolanenſis, edidit Tractatum de Incarnatione, ubi multa valdè opportunè affert contra hæreticos. *Mediolani* 1629.

Martinus Chriſtophorus, Turonenſis, S. I. edidit Librum de Controverſiis.

Martinus Chromerus, Polonus, Epiſcopus Varmienſis, ſcripſit De conjugio, & cœlibatu Sacerdotum. De Sacramentis, Sacrificio Miſſæ, ac de Exequiis. Germanicè. Opus Colloquiorum de Religione. *Coloniæ* 1568.

Martinus Corbenus, Toloſanus, Ord. S. Auguſtini, ſcripſit De ſumma Trinitate, & de fide Catholica.

Martinus Duncanus, Kempenſis, ſcripſit Confutationem hæreſeos Anabaptiſtarum, & veri Chriſtiani Baptiſmi, ac potiſſimùm Pædobaptiſmatis Aſſertionem, contra Memnonis Simonis blaſphemias.

Martinus Eiſingrenius, Germanus, Præpoſitus veteris Œtingæ in Bavaria, edidit Concionem, cur tam multi eo tempore ad Lutheri hæreſes accederent. De Reliquiis & invocatione Sanctorum. De Chriſti Domini merito, quod ſemper in una Catholica Eccleſia prædicatum eſt. Germanicè, Latinè redditam à Tilemanno Bredenbachio. *Coloniæ* 1567. Poſtillam Catholicam in Evangelia Dominicalia, à Dominica prima Adventus, uſque ad feſtum Paſchatis. *Ibidem* 1574. Tractatum de Eccleſia Catholica à Novatorum calumniis per ſacram Scripturam, & unanimem SS. PP. conſenſum vindicata, cum confutationibus objectionum, quæ fiunt ab adverſariis. *Ingolſtadii* 1576. Confeſſionale, in quo tractatur univerſa materia de Confeſſione apud Catholicos uſitatà. *Ibidem* 1577. De Euthanaſia, ſive de firma ſpe in Dei miſericordia, mortis tempore collocanda Aſſertionem Catholicam, Germanicè, Latinè redditam à Bredenbachio. *Coloniæ* 1577. Admonitionem, quomodò Bavari ſe ſe gerere debeant in cauſa religionis. *Ingolſtadii* 1571. De majeſtate, & gloria Chriſti veri hominis, & naturalis Filii Dei, contra quoſdam de ipſo ſcurriliter loquentes. *Ibidem* 1572. De ſigno Crucis, quòd piè ſe illo ſignent Chriſtiani homines. *Ibidem*. Germanicè: aliaque plura, quæ memorat Poſſevinus.

Martinus Laſcius, Polonus, S. I. mul-

multa ſcripſit contra ſectarios Calviniſtas, Arianos novos, & Lutheranos, ut videre eſt apud Bibliothecam ejuſdem Societatis.

Martinus Marloratus, ſcripſit De Orthodoxo & Calviniano Baptiſmate. *Pariſiis* 1578.

Martinus Martinius, Tridentinus, S. I. idiomate Sinenſi ſcripſit De exiſtentia, & attributis Dei contra Atheos.

Martinus Perez de Ayala, Hiſpanus, Archiepiſcopus Valentinus, ſcripſit multa contra hæreticos, inter quæ Aſſertiones de Divinis, Apoſtolicis, atque Eccleſiaſticis Traditionibus, deque authoritate, & vi earum ſacroſancta. *Coloniæ* 1549.

Martinus Piſtor, edidit Proſopopejam adversùs tres fidei hoſtes Melancthonem, Calvinum, & alium. Symmachiam adversùs Epitheſes hoſtium fidei. *Pariſiis* 1552.

Martinus Raymundus, edidit Pugionem fidei adversùs Judæos.

Martinus Siſcovius, Canonicus Cracovienſis, edidit Orationem, quam inſcripſit Pro Religioſiſſimis Societatis Jeſu Patribus, contra ficti equitis Poloni Actionem primam, *Cracoviæ* 1591.

Martinus Smigelecius, Leopolienſis in Ruſſia, S. I. ſcripſit adversùs Eccleſiæ Romanæ hoſtes Anabaptiſtas, Calvinianos, Arianos novos, & potiſſimùm Librum inſignem adversùs Fauſtum Socinum de Divinitate Filii. *Vilnæ*.

Martinus Strempus, Polonus, Ord. Præd. ſcripſit De ſchiſmate Eccleſiæ Græcorum. *MS. in Bibliot. Vaticana*.

Martinus Vauthier, Lotharingus, S. I. edidit Tractatum, quo oſtendit religionem Pontificiam eſſe Orthodoxam, non Idololatram, adversùs Danielem Rixingerum Lutheranum. *Treviris* 1620.

Matthæus Bembus, Poſnanienſis S. I. edidit Tractatum, cui titulus Pax non pax Evangelicorum cum Catholicis. Pacatum impacatum, ſeu Apologiam pro priore tractatu. Invitationem Armenæ Gentis ad unitatem in fide & charitate cum Eccleſia Catholica Romana. *Cracoviæ* 1630. Invitationem aliam ad unitatem Datholicam Ruthenorum ritus Græci, factam Leopoli. *Ibidem* 1629.

Matthæus de Bamportis, ex Ord. Præd. Novarienſis Epiſcopus, Mantuanus, collegit ſummam doctiſſimam ex diverſis Bibliorum locis contra hereticos.

Matthæus Caryophilus, Archiepiſcopus Iconienſis, edidit Reſutationem pſeudo-Chriſtianæ Catecheſis Zachariæ Gergani Græci. *Romæ* 1631.

Matthæus Galenus Weſtcapellius, ſcripſit De Sacrificio Miſſæ, & Catecheſes. Epiſtolam, quà hortatur plebem, ut ab hæreſibus caveat, & reſipiſcat. In Præfatione etiam in Areopagitica opuſcula reſpondet objectionibus Matthiæ Flacci Illyrici, damnati hæretici.

Matthæus Larroquanus, edidit Diſſertationem de Photino, ejuſque multiplici damnatione. *Genevæ* 1670.

Matthæus è Launoyo, Gallicè ſcripſit adversùs impias miniſtrorum hæreticorum blaſphemias. Chriſtianum reſponſum. *Pariſiis* 1578.

Matthæus Laymannus, edidit Defenſionem nobilem cauſæ Honoldinæ. *Ingolſtadii* 1580.

Matthæus Oryus, Hiſpanus ex Ord. Præd. ſcripſit De Juſtificatione. Librum contra hæreſes, quas aſſimilat ſeptem capitibus beſtiæ Apocalypſis. Scholam hereticorum. Alexipharmacon adversùs hæreſes. *Venetiis* 1551.

Matthæus Sembar, Hungarus, S. I. edidit Idiomate nativo Novitatem ſectæ Calviniſticæ. Ocularia quædam, pro quodam Prædicante hæretico. Lydium lapidem ocularis Prædicantici. Tres ſalutares queſtiones fidei. De ſubſtantia Miſſæ, & ceremoniis. Circulum ferreum ſuper os blaſphemi Prædicantis. Apologiam pro vetuſtate fidei Catholicæ. Apologiam pro tribus quæſtionibus.

Exe-

Excuſſionem reſponſionis factæ contra tres quæſtiones.. Quæ omnia diverſis annis publici juris facta fuerunt.

Matthæus Schrik, Aquiſgranenſis, S. I. edidit Locos uſitatiores ſacræ Scripturæ pro oſtendenda veritate Catholica. *Moguntiæ* 1646. Scripſit etiam Libros tres pro reducendis ad ovile Chriſti Acatholicis.

Matthias Aquenſis, ſcripſit Aſſertionem Catholicæ religionis adversùs Lutherum. *Coloniæ* 1541. Aſſertionem Catholicæ fidei contra Bucerum. *Ibidem* 1530.

Matthias Bredenbachius, Germanus, ſcripſit Epiſtolas duas de negotio religionis. De diſſidiis Eccleſiæ componendis. Apologiam, quòd quibuſdam viſus eſſet acerbiùs in Lutherum ſcripſiſſe. Anthyperaſpiſtes pro vera ratione componendorum diſſidiorum Eccleſiæ adversùs Jacobi Andreæ convitia. *Coloniæ* 1593.

Matthias Chefeneux, Ord. S. Auguſtini, Leodienſis, edidit Speculum Eccleſiæ Catholicæ. *Leodii* 1600.

Matthias à Corona, Carmelita, Leodienſis, edidit tomos duos inſcriptos Sanctitas Eccleſiæ Romanæ. *Leodii* 1663.

Matthias Hauzeur, Limburgenſis, Franciſcanus, edidit Gallice & Latinè Acta publicæ diſputationis contra Hottonium Archiminiſtrum Limburgenſem. *Leodii* 1634. Reprobationem peremptoriam patrocinii, ac ſupplementi Archiminiſtri Trajectenſis pro ſuo Hottonio. *Ibidem*. Exorciſmum Catholicum maligni ſpiritus hæretici, adversùs Hottonii replicam. *Ibidem*. Equuleum Eccleſiaſticum, contra Samuelem Maretium Archiminiſtrum Trajectenſem. *Ibidem*.

Matthias Mayrhovius, Germanus, S.I. edidit Diſputationes Theologicas de tribus peccatorum generibus, adversùs hujus ſeculi ſectarios. *Ingolſtadii* 1587. De Sacramento Euchariſtiæ, ubi impia doctrina Ubiquiſtarum refellitur. *Ibidem* 1590. Speculum Prædicantium. *Ibidem* 1600. Apologiam pro ſpeculo Prædicantium. *Ibid.* 1601. Devotionem Calviniſtarum. *Ibidem* 1610.

Matthias Nennichen, Pruthenus, S. I. edidit Librum prænotatum, Dic ubi ſit ſcriptum, De authoritate Traditionum. Tractatum de Communione ſub utraque ſpecie. *Glogoviæ* 1626.

Matthias Ram, Halenſis, S. I. edidit Diſputationem Catholico-Romanam de authoritate ſacræ Scripturæ. *Dilingæ* 1664.

Matthias Wilſonus, Northumber, S. I. ſcripſit Anglicè contra Doctorem Potterum hæreticum, cum hoc titulo, Miſericordia & Veritas, ſeu Charitas propugnata a Catholicis. *Audomari* 1634. Chriſtianitatem propugnatã adversus replicam cujusdam hæretici Chillingworthii, & Socinianiſmum. *Ibidem* 1635. Directionem prævíam ad eundem Chillingworthium. *Londini* 1636. Infidelitatem detectam adversùs librum, quo docuerat religionem Proteſtantium eſſe viam ſecuram ad ſalutem. *Gandavi* 1652.

Maturinus Clemens, Carmelita, Gallus, ſcripſit De Sacramento Euchariſtiæ, & De fide Catholica.

Maurus, Ravennatenſis Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Martinum Papam contra Monothelitas.

Maximilianus Habbequius, Bruxellenſis, S. I. ſcripſit Animadverſionem in Pſeudo-martyrologia Novatorum.

Maximilianus Haberſtock, Herbipolenſis, edidit Refutationem motivorum Andreæ Wigandi Apoſtatæ. *Moguntiæ* 1673.

Maximilianus Sandæus, Amſtelodamenſis, S. I ſcripſit De controverſiis horum temporum. De hoc vide Bibliothecam Scriptorum Societatis.

Maximus, Alexandrinus Epiſcopus, CPolitanus, obtulit Gratiano Imperatori, Mediolani tunc degenti Librum de fide adversùs Arianos.

S. Maximus, CPolitanus Abbas, & Martyr, Monothelitarum hoſtis acerrimus, multa ſcripſit contra hæreſim tunc temporis graſſantem, ut

vi-

Digitized by Google

videm eſt in ejus operibus, & in publica diſputatione à ſe habita contra Monothelitas, potiſſimùm adversùs Pyrrhum. Acta hujus diſputationis referuntur à Baronio, anno 645.

Maximus Chryſoberga, Græcus, habuit Orationem ad Cretenſes de Proceſſione Spiritus ſancti. *Extat in tom. 2. Græciæ Orthodoxæ Leonis Allatii.*

Melchiades, Monachus Clarevallenſis, Ord. Ciſtercienſis, natione Scotus, & D. Bernardo charus, ſcripſit De legitima Petri Cathedra adversùs ſchiſmaticos.

Melciades, ſcripſit Librum unum contra Montanum. Alterum contra Gentes. Tertium contra Judæos. Apologiam pro noſtra fide. Vixit Marco Antonino Commodo Imperatore.

Melchior Cano, Canarienſis Epiſcopus, ex Ord. Prædicatorum, edidit Libros XII. locorum Theologicorum, pluribi impreſſos.

Melchior Corneus, Germanus, S.I. edidit vigintiquinque tomos, partim Latinâ, partim Germanicâ lingua adversùs Lutheranos, alioſque ſectarios, quorum omnium diffuſam ſatis notitiam exhibet Author Bibliothecæ Societatis.

Melchior Moſtlenſis, Polonus, Ord. Præd. ſcripſit Epiſtolam deploratoriam Bernardino Ochino Senenſi, Apoſtatæ à fide.

Melchior Zangerius, Germanus, ſcripſit Collationem Catholicam Orthodoxiæ Catholicorum, cum Idolomania Novatorum hujus ſeculi. *Coloniæ* 1580.

S. Methodius, Tyri Epiſcopus, ſcripſit De Reſurrectione adversùs Origenem.

Michael Alphonſus de Carranza, Hiſpanus, Carmelita, edidit Selectatum B. Patris Ildephonſi, tum aliorum Sanctorum PP. pronuntiata de perpetua Virginitate Sacroſanctæ Dei Matris Mariæ, ad Neophytum Valentinum. *Valentiæ* 1556.

Michael Bentius, Germanus, Germanicè ſcripſit Apologiã pro Gaſpare Franco, qui abjurata hæreſi ad Catholicam religionem redierat, ubi præcipuè agitur contra Joannem Andreæ hæreticum. *Monachii* 1569.

Michael Brechingerus, Presbyter Colmarienſis, ſcripſit De Auguſtiſſimo ſacroſanctæ Miſſæ Sacrificio. De ſanctiſſimæ Euchariſtiæ celebratione per Chriſtum in Cœna noviſſima. *Antuerpiæ* 1588. De Imaginibus, Jejunio, & Euchariſtia contra Lutherum. *Ibidem* 1543.

Michael è Carcano, Mediolanenſis, Ord. Min. inter alia præclara opera, edidit Tractatum de fide Catholica.

Michael Cardaneus, Saxo, ſcripſit varia opuſcula contra hæreticos.

Michael de Elizalde, Hiſpanus, S. I. edidit opus inſcriptum Forma veræ religionis quærendæ, & inveniendæ. *Neapoli* 1662.

Michael Febure, edidit Solutiones præcipuas objectionum, quæ fieri ſolent à Turcis, Judæis, & hæreticis Orientalibus in Catholicos. Armenicè. *Romæ* 1681.

Michael Hagerus, Germanus, edidit Orationem adversùs calumnias hæreticorum, oblaterantium Pontifici Maximo, & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. *Ingolſtadii* 1578. De ſingularitate Antichriſti contra hujus temporis hæreticos. *Ibidem* 1583. Reſponſiones duas contra Apologiam Jacobi Heerbrandi de Antichriſto.

Michael è Maſſa, Tuſciæ oppido, Auguſtinianus, ſcripſit De meritis, & efficacia bonorum operum. *MS. Mediolani in Conventu Ordinis.*

Michael Mauclerus, ſcripſit De Monarchia Divina Eccleſiaſtica, & ſeculari. *Lutetiæ* 1622.

Michael de Medina, Hiſpanus, ex Regul. Obſervant. S. Franciſci, ſcripſit De recta in Deum fide libros ſeptem. *Venetiis*. 1564. Diſputationes de Indulgentiis contra noſtræ tempeſtatis hæreticos. *Ibidem*. De Cœlibatu. De igne purgatorio. *Ibidem*.

Michael Mercier, edidit Gallicè Tractatum pro Baptiſmo Infantium

con-

contra miniſtros Anabaptiſmi Pariſienses. *Pariſiis* 1604.

Michael, Merſpurgensis Epiſcopus, edidit Germanicè Catechiſmum Catholicum, latinitate donatum à Bredenbachio. Conciones XIV. de ſacrificio Miſſæ, & unam de ſacroſancta Euchariſtia. *Lovanii* 1577.

Michael Nau, edidit opus inſcriptum, Religio Chriſtiana contra Alcoranum. *Lutetiæ* 1680. Eccleſię Romanæ, Græcæque veram effigiem. *Ibidem eodem anno*.

Michael Pſellus, Grçcus, ſcripſit De ſanctiſſima Trinitate adversùs Neſtorianos. *Auguſtæ Vindelicorum* 1611.

Michael Segbetius, ex Ord. Prçd. Epiſcopus Laudenſis, ſcripſit opuſculum de Divina gratia adversùs Semipelagianos, juxta principia D. Proſperi.

Michael Syngellus, Hieroſolymitanus, Græcè ſcripſit De Orthodoxa fide. *MS. in Bibliot. Vaticana*.

Michael & Teophilus Imperatores Orientis, ſcripſerunt Ludovico Regi Francorum librum utiliſſimum De veneratione Imaginum.

Michael Thomaſius Taxaquet, Hiſpanus, edidit Chriſtianæ ac Catholicæ fidei defenſionem, & Judæorum, Mahumetanorum, ac hæreticorum oppugnationem.

Michael Vebo, Germanus, ſcripſit De Sacrificio Miſſæ adversùs Lutherum. Quòd neceſſarium non ſit Laicos communicare ſub utraque ſpecie.

Michael Walpolus, Norfolcienſis, S. I. Anglicè edidit Admonitionem ad Catholicos Anglię circa edictum Jacobi Regis. *Audomari* 1610. De Antichriſto, contra Georgium Dounæum miniſtrum Calviniſtam. *Ibidem* 1613.

Micrologus, Vide *Guido Abbas Aretinus*.

Miltiades Rhetor. Vide *Melciades*.

Mocchimus Meſopotamius, Presbyter Antiochenus, ſcripſit adversùs Eutychetem.

Modeſtus, edidit Volumen inſigne adversùs Marcionem.

Monaldus Roſarius, Carmelita, ſcripſit Librum adversùs hæreſes.

Moneta, Cremonenſis, Ord. Prçd. & S. Dominici diſcipulus, à Scriptoribus Ordinis Beati titulo decoratus, edidit grande volumen adversùs Waldenſes, & Catharos. *MS. in Bibliotheca Bononienſi*.

Monita Catholica, Italicè ſcripta, & directa ad Ludovicum Maimbourg circa ejus ſcripta, dum adhuc viveret. 1686.

Montanus, Toletanus Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam adversùs Priſcillianiſtas.

Morandus de Signia, ex Ord. Præd. ſcripſit egregium volumen adversùs errores Græcorum.

Moyſes de Bourg, Sanctonenſis, edidit Gallicè Confeſſionem Janſeniſmi, per Bullam Innocentii X. *Burdigalæ* 1658.

Moyſes Majemonides, ſcripſit De Idololatria, cum Latina interpretatione & notis Dionyſii Voſſii. *Amſtelodami* 1668.

Muſanus, confecit Librum adversùs illos, qui de Eccleſià ad Encratitarum hęreſim declinaverant.

Mutius Juſtinopolitanus, Italicè ſcripſit adversùs hęreſes, & prçcipuè contra Vergerium Epiſcopum, qui in Lutheranam, & alias hæreſes inciderat.

N

NAclantes *Jacobus*, Clodienſis Epiſcopus, ſcripſit De immortalitate animę.

Nardus, ſcripſit contra M. Antonium de Dominis Apoſtatam à fide. *Pariſiis* 1619.

Natalis Alexander, Gallus, ex Ord. Prędicatorum & Sorbonenſis Academiæ Doctor, eruditione clariſſimus, ſcripſit contra Joannem Dallęum de Confeſſione Sacramentali, & de jejuniis Quadrageſimę. Contra Blondellum. Triadem diſſertationum. Diſſertationem apologeticam in Claudium Fraſſen de Vulgata ſacrę Scripturæ verſione. Summam S. Thomę vindicatam contra Joannem Launojum. Contra Launojanam animadverſionem circa Simoniam obſervationes. De Miſſę Sacrificio contra Calvinum. Contra Guillelmum de S. Amore, Wicleffum, Brentium, alioſque hæreticos. Quę omnia prodierunt diverſis annis.

Natalis Beda, Gallus, ſcripſit adversùs Lutherum, & Eraſmum. Confeſſionem & rationem fidei.

Nicephorus Blemmida, Monachus, & Presbyter Gręcus, edidit Orationes duas, quarũ primà demonſtrat SS PP. teſtimoniis per Filium, & ex Filio Spiritum ſanctum dici. Ad Jacobum Bulgariæ Archiepiſcopum. Altera eſt ad Theodorum Ducam Laſcsri Imperatorem, de nonnullis dogmaticis quæſtionibus. *Extat in tomo* 1. *Græciæ Orthodoxæ Leonis Allatii*. *Romæ* 1652.

S. Nicephorus, CPolitanus Patriarcha, qui pro cultu ſanctarum Imaginum conſtanter impio Leoni Armeno reſtitit, à quo & exilio mulctatus eſt, ſcripſit contra Iconomachos, & contra principes Apoſtaſiæ de Incarnatione Chriſti.

Nicerdus, ſive *Nicetas*, Monachus Græcus, ſcripſit contra Mahumetum. *MS. in Bibliot. Vaticana.*

Nicetas Acominatus, Græcè ſcripſit Libros quinque de Chriſtianiſmo. Contra errores Arianorum, & Eunomianorum.

Nicetas Bizantius, Philoſophus, ſcripſit Refutationem Epiſtolæ ab Armeniæ Principe miſſæ, quà invidioſè fidem noſtram Orthodoxam, & ſanctam œcumenicam quartam Synodum criminatur. *Extat in tom.* 1. *Græciæ Orthodoxæ Allatii*.

Nicetas Merſiniota, Græcus, ſcripſit de Proceſſione Spiritus ſancti.

Nicias Monachus, ſcripſit adverſùs ſex capita Philoponi. Adverſùs Severum, & Græcos.

S. Nicolaus I. Pont. Max. cognomento Magnus, vigore Apoſtolico præſtans, ſcripſit Refutationem adverſùs decem calumnias Græcorum.

Nicolaus, ex Ord. Præd. natione Italus, ſcripſit Tractatum inſignem adverſùs errores Mahumetis.

Nicolaus Aurifex, Senenſis, Carmelita, ſcripſit De antiquitate, veritate, ac dignitate Miſſæ. *Venetiis* 1572.

Nicolaus Beguinus, Rhemenſis, ſcripſit De Euchariſtiæ inſtitutione adverſùs Miſſoliturgorum, & Calviniſtarum blaſphemias, ac impoſturas. *Pariſiis* 1564.

Nicolaus Bertrandus, Gallus, ſcripſit contra Hæreſiarchas, & Apoſtatas.

Nicolaus Cauſſinus, Trecenſis, S.I. edidit Reſponſionem ad impietates miniſtri Drelincourt. *Pariſiis* 1632.

Nicolaus Cichovius, Polonus, S.I. edidit Credo Arianorum, ſive Confeſſionem Socinianiſtarum, vel Samoſateniſtarum. *Cracoviæ* 1649. Colloquium Kiovienſe de Proceſſione Spiritus ſancti à Patre & Filio. *Ibidem, eodem anno*. Speculum infidelitatis Arianæ. *Ibidem* 1650. Tribunal Sanctorum PP. Orientalium & Occidentalium de Proceſſione Spiritus ſancti. De Præeminentia Roma-

ni: Pontificis & Triumphum Sanctiſſimæ Trinitatis de Arianis. Speculum Samoſateniſtarum. Rationes triginta, quibus omnes à contagio Arianorum conatur avertere. *Coloniæ, diverſis annis.*

Nicolaus Cigninius, ſcripſit De immortalitate Adami ante peccatum. *Viterbii 1618.*

Nicolaus Coeffetteau. Vide *Coeffetteau*.

Nicolaus Cuerculus, Gallus, edidit Tractatum de ratione agendi veterum Principum adversùs hæreticos. *Pariſiis 1580.*

Nicolaus de Cuſa, S. R. E. titul. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis, & Epiſcopus Brixinenſis, ſcripſit pro Romano Pontifice adversùs Bohemos hæreticos.

Nicolaus Cuſanus, Germanus, S. I. edidit Gallicè, & Germanicè Scholam Chriſtianam, in quà quæſtiones omnes catecheticæ, & controverſi fidei articuli explicantur. Ducem viç, quo errores hæreticorum confutantur.

Nicolaus Dunckelspuel, Auguſtinianus, Germanus, ſcripſit Quæſtiones magiſtrales de hæreſibus, & veritatibus Catholicis. *MS. in Bibliot. Cæſarea Viennæ.*

Nicolaus Eymericus, Catalaunus, Ord. Præd. ſcripſit Librum de poteſtate Pontificis adversùs hęreticos. De duabus Chriſti naturis, & de tribus perſonis in Deo contra errores Parochorum Valentinorum, qui, quãdo infirmis Viaticum miniſtrabant, illis dicebant: Credis, quòd hæc ſacra Hoſtia eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: Et reſpondentibus illis, Credo, eos communicabant. Librum de excellentia Chriſti, & Beatę Virginis Mariæ, contra quoſdam hæreticos malè de illis ſentientes. Librum alium adversùs alios hæreticos, qui dicebant S. Joannem Evangeliſtã eſſe filium naturalem ejuſdem B. Virginis.

Nicolaus Fachinhamus, Anglus, Ord. Min. ſcripſit De Schiſmatibus Eccleſiæ. De valore Miſſæ. De ſuffragiis viatorum.

Nicolaus Formanrius, edidit Confeſſionem ſanctæ fidei Catholicę, complectentem ſummam dogmatum, quę Catecheſi ex præcepto ſacri Concilii Tridentini traduntur. *Antuerpiæ 1605.*

Nicolaus Granerius, Gallus, Gallicè ſcripſit Harmoniam fidei Catholicæ. *Pariſiis 1565.* Gladium fidei. De inſtitutione ſanctiſſimæ Euchariſtiæ. De juſtificatione, & confeſſionis Sacramento. De fundamento fidei. De invocatione Sanctorum.

Nicolaus Harpesfeldus, Anglus, ſcripſit Libros VI. dialogorum pro fide Catholica.

Nicolaus Herbron, Gallus, Franciſcanus, edidit Paradoxa Theologica, ſeu Aſſertiones Theologicas, Divinis eloquiis contra hæreticos roboratas. *Pariſiis 1534.* Apologiam veræ fidei. Enchiridion locorum communium adversùs hæreſes. De notis veræ, & adulterinæ Eccleſiæ: *Coloniæ 1529.* Monas ſacroſanctæ Evangelicæ doctrinæ, quà abſterſæ ſunt Franciſci Lamberti Apoſtatæ aſpergines, quibus immaculatam Chriſti Domini Sponſam fœdare conatus eſt.

Nicolaus Maria Pallavicinus, S. I. edidit Italicè tribus tomis Defenſionem Romani Pontificatus, & Eccleſiæ Catholicæ. *Romæ 1687.*

Nicolaus, Methonenſis Metropolita, ſcripſit Librum de Corpore, & Sanguine Domini adversùs eos, qui dicunt conſecratum panem, & vinum, non eſſe Corpus & Sanguinem Domini.

Nicolaus Olaus, Archiepiſcopus Strigonienſis, explicavit præcipua capita Catholicæ religionis de Sacramentis, fide, & operibus. *Viennæ Auſtriæ 1565.*

Nicolaus Paccius, Epiſcopus Kiovienſis in Lituania, ſcripſit Confeſſionem Orthodoxæ fidei de una eademque Dei Patris, Filii, & Spiritus ſancti Divinitate, tribus perſonis, tam è Divina Scripturà, quam è Patribus. *Regiomonti in Pruſſia 1556.*

Nicolaus Pontius, Theologus, ſcripſit adversùs Wicleffiſtas.

Nicolaus Radelifus, Anglus, Ord. S. Benedicti, ſcripſit Viaticum ſalutare, ſive de ſanctiſſima Euchariſtia contra Wicleffum.

Nicolaus Richardus, Pictavienſis, ſcripſit De Indulgentiis, & Purgatorio.

Nicolaus Rinctonis, Carmelita, ſcripſit De unitate Eccleſiæ, & De ſchiſmate vitando.

Nicolaus Romeus, Brugenſis, S. I. edidit opus prænotatum, Joannis Calvini Noviodunenſis nova effigies. Calvini Confeſſionem ex equuleo. *Antuerpiæ* 1622.

Nicolaus Saguntinus, ſcripſit De Proceſſione Spiritus ſancti.

Nicolaus Sanderus, Anglus, Presbyter Theologus, ſcripſit opus, quod prænotavit Cœnam Domini. De Imaginibus. De typica, & honoraria ſacrarum Imaginum adoratione. De Sacramento Euchariſtiæ. De Juſtificatione. De libero hominis arbitrio. De origine ac progreſſu ſchiſmatis Anglicani. De viſibili Monarchia Eccleſiæ. De Antichriſto. De vera Dei, & adulterina diaboli Eccleſia. De modo & neceſſitate audiendi Sacrum. De militantis Eccleſiæ Romanæ poteſtate, Romanorumque Pontificum Primatu & authoritate. Uberiorem de tanto viro notitiā exhibet Poſſevinus in Apparatu ſacro.

Nicolaus Schaten, Weſtphalus, S. I. ſcripſit adversùs hæreticos. Diſputationem, & juſtam defenſionem ſeptem controverſiarum. *Antuerpiæ* 1657.

Nicolaus Serarius, Lotharingus, S. I. multa eruditè ſcripſit adversùs Calvinum, Lutherum, aliosque impios ſectarios, ut patet ex ejus operibus tribus tomis impreſſis *Moguntiæ* 1611.

Nicolaus Stoer, Germanus, ſcripſit Lipſiæ De Officio Miſſæ, ſive De ſacroſancto Altaris Sacrificio ad Marchiones Miſnenſes.

Nicolaus à Stufa, Florentinus, Ordinis Servorum, ſcripſit Libros V. contra hæreſes noſtri temporis. *MS. Florentiæ in Biblioth. ſui Ordinis.*

Nicolaus Superantius, Venetus, ex Ord. S. Auguſtini, ſcripſit De immortalitate Animę adversùs Petrum Pomponatium.

Nicolaus Villagagnon, Gallus, & Eques Rhodius, edidit Reſponſiones ad articulos Calvinianos de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. *Pariſiis* 1564. De Conſecratione. De myſtico Sacrificio. De duplici oblatione adversùs Vannium Lutherologiæ Profeſſorem. De Judaici Paſchatis complemento contra Calvinologos. De poculo Sanguinis Chriſti, & Introitu ad Sancta Sanctorum adversùs Bezam. *Ibidem* 1569. & etiam contra Melancthonem.

Nicolaus Volchirus, Lotharingus, ſcripſit adversùs hæreticos.

Nicolaus Xylander, Boruſſus, ſcripſit librum prænotatum, Motiva cauſæ, cur hæreſim Lutheranam, cujus aliquando fuit miniſter, deſeruerit, ac ſe in Catholicæ Eccleſiæ gremium contulerit. *Ingolſtadii* 1580.

Nilus Monachus. Dicitur quòd ſcripſerit Dogmatica Panoplia contra omnes hæreſes, & decem Orationes contra Mahometum.

Ninianus Winzetus Renfrojus, Theologus, edidit Librum inſcriptū, Flagellum ſectariorum, qui religionis prætextu jam in Cæſarem, aut in alios Orthodoxos Principes, ſeditionem excitare ſtudent, quærentes, ineptiſſimè quidem, Deo ne magis, an Principibus ſit obediendum. *Ingolſtadii* 1582.

O

OCtavius Worſt, edidit librum prænotatum, Anaſtaſis æternitatis, ſeu animæ rationalis immortalitas. *Romæ* 1665.

S. Odo primus Abbas Cluniacenſis, Ord. S. Benedicti, ſcripſit De Corpore, & Sanguine Domini.

Odo Abbas Cluniacenſis, à ſuperiore diverſus, ſcripſit contra aliquos malè ſentientes de ſacroſancta Euchariſtia.

Odo, ex Abbate S. Martini Tornacenſis, Epiſcopus Cameracenſis, ſcripſit De myſterio Dominicæ Incarnationis Dialogum adversùs Leonem Judæum.

Odoardus Weſtbonus, Anglus, edidit InſtitutionesOrthodoxas contra Atheos, Politicos & ſectarios. *Antuerpiæ* 1602.

Olympius, Hiſpanus Epiſcopus, ſcripſit Librum fidei adversùs eos, qui naturam, & non arbitrium inculpam vocant. Adversùs Manichæos, dicentes carnem eſſe à principe tenebrarum.

Onuphrius Panvinus, Veronenſis, Auguſtinianus, ſcripſit Libros tres de Primatu Petri, & Apoſtolicæ Sedis. *Venetiis* 1591.

S. Optatus, Afer, Milevitanus Epiſcopus, ſcripſit Libros ſeptem de ſchiſmate Donatiſtarum adversùs Parmenianum.

Origenes Adamantius, licèt à fide Catholica poſteà defecerit, ſcripſit Dialogos contra Marcionitas, Celſum, & alios hæreticos.

Otherdus, Anglus, Monachus S. Benedicti, naſcente Wicleffi hæreſi, ſcriptis ſuis illam acriter confutavit.

P

PAcianus, Barcinonenſis Epiſcopus, ſcripſit Librum, ſive Epiſtolas adversùs Novatianos.

Paganus de Bergomo, ex Ord. Præd. ſcripſit Summam Theologicam adversùs ſui temporis hæreticos.

Palladius Britannus, Diaconus, ſcripſit Librum contra Pelagianos.

Pantaleon Diaconus Conſtantinopolitanus, ſcripſit Tractatum contra errores Græcorum. De Proceſſione Spiritus ſancti. De Animabus defunctorum. De Azymis & fermentato. De obedientia, quæ debetur Eccleſiæ Romanæ.

Pariſienſis Academia (vulgo Sorbona) plura edidit, inter quæ Conſtitutiones anni 1344. *Extat in Biblioi. PP. Lugdunen. tom.* 26. Determinationes ſuper quamplurimis aſſertis Eraſmi Roterodami, & ſuper doctrina Lutherana. *Pariſiis* 1531. Cenſuram in quatuor priores libros De Republica Eccleſiaſtica M. Antonii de Dominis. *Ibidem* 1618. Concluſiones contra Janſeniſtas. *Ibidem* 1653. Cenſuram contra librum Amedei Guimenii. *Ibidem* 1665. Concluſionem pro Hibernis, & contra Janſeniſtas. *Ibidem* 1651. Cenſuram in propoſitiones Joannis Heſſelii, & Michaelis Baii. *Extat in Theologia Petavii tom.* 3.

Paſchaſinus, Lilybetanus Epiſcopus in Sicilia, ſcripſit Epiſtolam ad Leonem Papam de damnatione Dioſcori.

Paſchaſius Ratbertus, quem alii Paſchalem, & Rubertum vocant, Abbas Ordinis S. Benedicti in Corbeja, ſcripſit opus inſigne De Corpore & Sanguine Domini Noſtri Jeſu Chriſti ad Placidum Abbatem, contra errores Bertrami, dubitantem de præſen-

tia

tia Corporis Chriſti, cum refutatione diverſarum hæreſeon. Prodiit utiliſſimus iſte tractatus primò *Pariſiis anno* 1576. Sed quia illo quasi nihil fortius ad convincendos hæreticos, ideò illum vitiare ausi ſunt, & conati perfidi Novatores, ut benè advertitur in libro de Scriptoribus Ecclesiaſticis Cardinalis Bellarmini, editionis Venetæ, anni 1728.

Paſchaſius, Romanæ Eccleſiæ Diaconus, ſcripſit Libros duos de Spiritu ſancto, in quibus continetur expoſitio Symboli, adversùs Macedonii errores.

Paſtor, Epiſcopus, compoſuit libellum in modum ſymboli, continentem totam Eccleſiaſticam credulitatem, in quo anathematizat Priſcillianum.

Patricius Magonius, Britannus, ſcripſit ad Cereticum Tyrannum Librum adversùs Gentilium ſuperſtitiones.

Paulinus, Aquilejenſis Epiſcopus, ſcripſit adversùs Felicem Urgellitanum Epiſcopum, & contra Elipandum Toletanum pariter Præſulem, Libros tres De ſanctiſſima Trinitate.

Paulinus Aquitanus, Trevirorum Epiſcopus, ſcripſit pro fidei noſtræ certitudine adversùs hæreticos.

Paulinus Bernardinus, Lucenſis, Ord. Præd. ſcripſit Concordiam Eccleſiaſticam in hæreticos.

Paulus Annicola, Abbas Cellæ veteris, Ord. Ciſtercienſis, ſcripſit De votis Monaſticis. De ſanctiſſimo Miſſæ Sacrificio. De jejunio. De invocatione Sanctorum. De una ſpecie ſanctiſſimi Sacramenti. De authoritate Pontificis Maximi. De operum meritis. De cœlibatu Sacerdotum adversùs Lutherum.

Paulus Areſius, Mediolanenſis, Clericus Regularis, & Derthonenſis Epiſcopus, ſcripſit Velitationes in Apocalypſim, in quibus agitur de perennitate Eccleſiæ Romanæ, & hæreſes contra illam impugnantur. *Mediolani* 1647.

Paulus Burgenſis, edidit Scrutinium Scripturarum contra Judæos. *Extat cum Bibliis ſacris Duacenſium, tom. 6.*

Paulus Conſtantinopolitanus Patriarcha, ſcripſit Sermones 13. pro defenſione Trinitatis conſubſtantialis. *Ex Eiſingrenio*.

Paulus Fabulottus, edidit Diſputationem Theologicam de poteſtate Papæ ſupra Concilium. *Extat in Apparatu ad Concilia Labbei*.

Paulus Fidelis, edidit Collectionem veteris Teſtamenti, per quam probatur claritas ſanctæ fidei Chriſtianæ. *Piſauri* 1560.

Paulus Heredia, Hiſpanus, ex Judæo factus Chriſtianus, ſcripſit contra Judæos De Myſteriis fidei.

Paulus Hoffæus, Germanus, S. I. edidit De Communione ſub una tantùm ſpecie Librum, quo Smidelinum & Spangebergium confutavit.

Paulus Hungarus, ſive *Dalmata*, Dominicanus, in Hungaria & Boſſina Prædicator, ſcripſit Volumen adversùs illarum Gentium errores.

Paulus Oroſius, Hiſpanus Presbyter, ſcripſit De libero arbitrio. Apologeticum adversùs Pelagianos.

Paulus Robertus, Gallus, S. I. ſcripſit Tractatus aliquot controverſiarum.

Paulus Segneri, S. I. Italicè ſcripſit Librum prænotatum, Incredulus, ſive Infidelis inexcuſatus. *Florentiæ* 1690.

Paulus Vandenberghe, Belga, S.I. idiomate Belgico edidit Catechiſmū controverſiarum. *Ruremondæ* 1666.

Peregrinus Naſellus, Patavinus, Ord. S. Auguſtini, edidit Aſſertiones 26. & dubia quædam obſcura exexplicavit. Reſponſiones adversùs 41. articulos Lutheri. De operibus contra hæreticos.

Petrus Abbas Cluniacenſis, cognomento Venerabilis, Ord. S. Benedicti, ſcripſit contra errores Petri de Bruis. Libros quinque confutatorios

Alco-

Alcorani Mahumetanorum. Contra Henricianos. Contra Judæos. Adverſùs illos, qui negabant Chriſtum numquam dixiſſe ſe Deum apertè in Evangeliis. *Ingolſtadii 1546.*

Petrus Albinianus, ſcripſit De Pontificia poteſtate. De theſauro Eccleſiæ. De Confeſſione contra Lutheranos. *Venetiis 1545.*

Petrus Alphonſi, Hiſpanus, abjurata Judæorum perfidia, factusque Chriſtianus, edidit Dialogos, in quibus impiæ Hebræorum opiniones expugnantur. *Coloniæ 1536.*

Petrus Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſcripſit ad Imperatorem Alexium Comnenum Orationem, quà probat Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere. *Extat tom. 1. Græciæ Orthodoxæ Leonis Allatii.*

Petrus Arkudius, ſcripſit adverſùs Barlaam de Purgatorio igne. *Romæ 1631.*

Petrus Auratus, Gallus, Ordinis Præd. edidit Librum inſcriptum, Anti-Calvinus. *Pariſiis 1568.*

Petrus Aurelius Sanutus, Venetus, Ord. S. Auguſtini, edidit opus prænotatum, Recens Lutheranorum oppugnatio. *Venetiis 1543.*

Petrus Bareinonenſis, Ord. Præd. ſcripſit contra Alcoranum.

Petrus Benetus, Iprenſis, Carmelita, edidit Propugnaculum Chriſtiani dogmatis de verà & reali præſentia Chriſti Corporis in ſanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ. *Antuerpiæ 1565.*

Petrus Bertanus, Nonantulanus, Ord. Præd. ſcripſit adverſùs Lutherum De authoritate Papæ.

Petrus Biardus, Gratianopolitanus, S. I. edidit Librum pro authoritate Romani Pontificis contra Martinellum miniſtrum.

Petrus de Bollo, Gallus, Dominicanus, edidit librum, cui titulus, Evangelici Sacrificii authentica probatio ex ſolius Scripturæ ſacræ teſtimonio. *Lugduni 1588.*

Petrus Browershaven, edidit De ſanctiſſimo Miſſæ Sacrificio. De meritorum Chriſti, & Sanctorum conſenſu. De cœlibatu Sacerdotum. *Lovanii 1572.*

Petrus Bruxelius, Belga, S. I. publi juris fecit Anaſtaſim pro D. Doctore medico recens converſo, contra Conſiſtorium Duisburgenſe. *Coloniæ 1664.*

Petrus Caniſius, Belga, S. I. ſcripſit De verbi Dei corruptelis adverſùs Magdeburgenſes, & alios Eccleſiæ hoſtes. *Lugduni 1584.*

Petrus Canu, Gallus, Ord. Præd. varias protulit Apologias pro fide.

Petrus de Cavalleria, Cæſarauguſtanus, edidit librum inſcriptum, Zelus Chriſti contra Judæos, Saracenos, & Infideles. *Venetiis 1592.*

Petrus Cervera, ex Ord. Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captivorum, ſcripſit Obſervationes pietatis, ac veritatis Catholicæ. *Bruxellis 1595.*

S. Petrus Chryſologus, Archiepiſcopus Ravennatenſis, ſcripſit Epiſtolam ad Eutychetem Archimandritam, & hæreſiarcham, quà ad fidem Catholicam, & ad obedientiam præſtandam S. Leoni Papæ, præſertim in materia fidei, illum reducere conatur.

Petrus Corbellinus, Gallus, duo evulgavit opuſcula. In primo aſtruit Divinum Miſſæ Sacrificium. In ſecundo reſolvit hæreticorum deliramenta. *Toloſæ 1523.*

Petrus Coretus, Belga, edidit opus cum hac inſcriptione, Defenſio veritatis adverſùs aſſertiones Catholicæ fidei repugnantes libro Philippi de la Nue. *Antuerpiæ 1591.*

Petrus de la Ceſle, Gallus, Dominicanus, ab hæreticis in patibulo ſuſpenſus, edidit volumen inſcriptum, De hæreticis hujus temporis, eorumque deliramentis.

Petrus Cottonus, Foreſienſis Gallus, S.I. edidit Genevam plagiariam. Inſtitutionem Chriſtianam oppoſitam Inſtitutioni Calvini, & alia valde utilia, contra Lutheranos, Calviniſtas, alioſque ſectarios, quorum uberiorem notitiam lector reperiet in Bibliotheca Societatis.

Pe-

Petrus Cunerus, ſcripſit Proprietates veræ Eccleſiæ. *Extat in tom. 7. Bibliot. Rocaberti.* Vide *Cunerus Petrus*.

Petrus Daniel Huetius, ſcripſit De demonſtratione Evangelica. *Pariſiis 1679.*

Petrus Diaconus, ſcripſit de Incarnatione, & Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & de libero arbitrio ad Fulgentium, & alios Epiſcopos Africanos.

Petrus Diaconus, Monachus Caſinenſis, Ord. S. Benedicti, ſcripsit Altercationem à ſe habitam cum quodam Conſtantinopolitano pro Eccleſia Romana.

Petrus Diaz, Hiſpanus, ſcripſit de Confeſſione Sacramentali adverſus errores Petri Oxomenſis. De hac re vide Bullam Sixti IV. & Bartholomæum Caranza in ſumma Conciliorũ.

Petrus Tivolus, Antiſiodorenſis, Ord. Præd. ſcripſit Librum adverſus hæreſes, quæ ſuo tempore in Gallia germinabant.

Petrus Emotta, Theologus Pariſienſis, ſcripſit Catholicæ fidei profeſſionem, utriuſque Teſtamenti, & Catholicorum Patrum teſtimoniis confirmatam. *Pariſiis 1578.*

Petrus Fontidonius, Theologus, edidit Apologiam pro Concilio Tridentino adverſus Joannem Fabricium Montanum. *Antuerpiæ 1575.*

Petrus Galatinus, Minorita, edidit Librum inſcriptum, De arcanis Catholicæ veritatis. *Orthonæ 1518.* Scripſit etiam opus inſigne de Theologia, in cujus parte quinta impugnat errores improbantium Chriſti Divinitatem.

Petrus Galeſinius, ſcripſit volumen contra hæreticorum hiſtoriam.

Petrus Gaultruche, Aurelianenſis, S.I. edidit Scopulos novorum dogmatum adverſus novorum temporum Novatores. *Cadomi 1653.* Hiſtoriam ſacram, cum explicatione controverſiarum fidei. Gallicè. *Ibidem.*

Petrus Godebille, Gallus, adverſus hæreſes ſuo tempore graſſantes plura ſcripſit.

Petrus Haffnerus, Germanus, idiomate Germanico edidit Conciones Catholicas, in quibus ex profeſſo agitur contra hæreticos. *Ingolſtadii 1568.*

Petrus Huga, Lucernenſis, S. I. Germanicè edidit Apologiam univerſalem Catholicæ Romanæ fidei. *Friburgi 1654.*

Petrus Joannes Perpinianus, Valentinus, S. I. ſcripſit ad Pariſienſes, & Lugdunenſes de retinenda veteri religione.

Petrus à S. Joſeph, Monachus Congregationis S. Bernardi Ord. Ciſtercienſis, edidit Gallicè Examen Theologiæ modernæ, continens materiam de Gratia & Divinis auxiliis. Examen quæſtionis de duobus Eccleſiæ capitibus. Advocatum S. Petri, pro defenſione S. Auguſtini, contra eos, qui deſtruunt gratiam & libertatem. Defenſionem S. Auguſtini Hipponenſis, adverſùs Auguſtinum Iprenſem. Cenſuram Orbis de gratia ſufficiente à Pelagianiſmi & Semipelagianiſmi nota contra Calviniſtas vindicatum. *Quæ omnia pluribus in locis typis edita fuere.*

Petrus Lanſelius, Gravelinganus, S. I. edidit Diſpunctionem calumniarum, quæ Juſtino Martyri inuruntur ab Iſaaco Cauſabono. *Pariſiis 1615.*

Petrus Leidenſis, Carthuſianus, ſcripſit contra Anabaptiſtas. De invocatione Sanctorum. Aſſertionem Purgatorii.

Petrus Licetius, Arvernus, S. I. multa ſcripſit, inter quæ ad rem noſtram De hæreticis, & eorum pœnis. Commentarios novem adverſùs Pſeudo Evangelizam hæreſim. *Pariſiis 1551.*

Petrus de Lorca, Hiſpanus, Monachus Ciſtercienſis, inter alia egregia opera, ſcripſit De notis Eccleſiæ. *Compluti 1614.*

Petrus de Lutra, Germanus, Canonicus Præmonſtratenſis, ſcripſit Librum unum ad Cardinalem Columnam adverſùs Michaelem Cæſennatem, ejuſque aſſeclas, qui Romanum Pontificem impugnabant.

Pe-

Petrus Maillant, Iprenſis, S. I. Flandricè edidit Clypeum inexpugnabilem, in quo continetur modus diſputandi cum hæreticis.

Petrus Marin, Hiſpanus, ex Ord. Præd. ſcripſit adversùs hæreſes.

Petrus Marſæus Cratepolius, Juliacenſis, Min. Conventual. edidit Catalogum Archiepiſcoporum Colonienſium, qui contra Miſſæliturgos ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium aſſeverant. *Coloniæ* 1592. De reſurrectione corporum, & animæ immortalitate, contra Sadducæos. De ſchiſmaticis, & Pſeudo-doctoribus. *Lugduni* 1598.

S. Petrus Martyr, Veronenſis, Ord. Præd. decus inſigne, ſcripſiſſe dicitur adversùs hæreſes Albigenſium, Catharorum & Manichæorum.

Petrus Martyr Mutonus, ſcripſit Reſponſionem ad Epiſtolam M. Antonii de Dominis. *Ingolſtadii* 1618.

Petrus Maſſæus, Gallus, idiomate patrio ſcripſit adversùs Atheos, Judæos, & alios. *Pariſiis* 1579.

Petrus à Matre Dei, Battavus Lugdunenſis, Carmelita excalceatus, edidit librum prænotatum, Modus convertendi hæreticos. *Pariſiis* 1650. Claram demonſtrationem articulorum religionis Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ contra omnes ſui ęvi ſectas. *Antuerpiæ* 1671. Rationes validas ad fovendos Catholicos in fide. *Ibidem* 1671.

Petrus Mazza, Oſcenſis, Dominicanus, ſcripſit opus doctiſſimum contra Arnaldum de Villa nova, qui multos errores contra fidem ſcripſerat, per Joannem Lotgerium Tarraconenſem Inquiſitorem damnatos.

Petrus Michael Brilmaecker, Colonienſis, S. I. edidit de Communione ſub altera tantùm ſpecie. Controverſias de Euchariſtiæ Sacramento. *Coloniæ* 1584. Chriſtianam & ſolidam detectionem errorum Joannis à Munſter. Epiſtolam, quà deteguntur calumniæ Iſaaci, ex Judęo Pſeudo-Chriſtiani. Exceptionem Prodromi Calviniani contra Joannem à Munſter. *Monaſterii Vveſtphaliæ* 1592.

Petrus Miralliet, Gallus. S. I. ſcripſit adversùs Davidem Euſtachium Miniſtellum.

Petrus de Monte, ſcripſit de Monarchia Romani Pontificis. *Extat in tom. 16. Bibliot. Rocaberti*.

Petrus de Palude, Ord. Præd. ſcripſit de poteſtate Papæ, & de poteſtate Eccleſiaſtica judicium contra Magiſtrum Joannem de Poliaco, qui temerè adversùs ſummi Pontificis authoritatem & ſentiebat, & ſcripſerat. *MS. in Bibliot. Cæſarea Viennæ.*

B. Petrus Paſchalis, Valentinus, Epiſcopus Gienenſis ex Ordine Mercenariorum, plura ſcripſit de Trinitate adversùs errores Mahumetanorum.

Petrus Paulus Navarrus, Calaber, S. I. Japonicè ſcripſit Apologiam fidei Chriſtianæ adversùs calumnias Gentilium.

Petrus Pazmany, Varadienſis, S. I. & S. Rom. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, multa pro fide Catholica edidit contra Sectarios, inter quæ Rationes X. apodicticas, quibus vanitas Lutheranę hęreſis oſtenditur. Epiſtolas V. contra Petrum Alvinczum Prædicantem Cracovienſem. Reſponſionem Chriſtianam de cultu Sanctorum, & eorum pro nobis interceſſione adversùs Nicolaum Gyarmathì. *Græcii* 1607. Reſponſionem ad librum Petri Alvinczi. Conſultationem de fide capeſſenda. *Poſonii* 1612. Hodegum, ſeu Ducem ad veritatem, in quo oſtenditur vanitas ſectarum Catholicæ fidei adverſantium. Tom. III. cum appendice Quæſtionum Epiſtolicarum contra Fridericum Balduinum. *Ibidem* 1627. Lene medicamentum Civitati Varadienſi adversùs morſus luporum, cum defenſione libri de Scriptura ſacra, & Eccleſia Archiepiſcopi Strigonienſis. *Ibidem* 1630. Rationes, ob quas meritò nobilis quidam à novis ſectis ad veram fidem tranſierit. *Ibidem* 1631. Diatribam Theologicam de viſibili Chriſti in terris Eccleſia, adversùs Guilielmũ Witakerum. *Græcii* 1605. Peniculum Papporum Apologiæ Sol-

Digitized by Google

nenſis conciliabuli, in quo Prædicantes jura Eccleſiæ, & dogmata auſi fuerant infringere. *Ibidem* 1611. De hoc fuſiùs agit Sotuellus in Bibliotheca.

Petrus Payſne, Anglus, edidit Diſputationem cum hoc titulo, Reſponſiones ad quartum articulum Bohemorum de temporalitate Eccleſiæ, ſive, quòd liceat Eccleſiæ habere bona temporalia. *Ingolſtadii* 1603.

Petrus de Pilichdorf, Germanus, edidit Librum contra ſectam Waldenſium, impreſſum *Ingolſtadii anno* 1613. unà cum operibus Rainerii Jaconi de eadem materia, & cum parte Tractatus contra Pauperes de Lugduno.

Petrus Pyrard, Gallus, S. I. Gallicè edidit Reſponſum ad Jarnacenſem Miniſtrum Calvinianum.

Petrus Regis, Franciſcanus, Flander, ſcripſit Dialogns de reali Corporis Chriſti exiſtentia in ſancta Synaxi.

Petrus Ribadeneira, Toletanus, S. I. edidit Libros tres de Schiſmate Anglicano. De Principe Chriſtiano adversùs Macchiavellum & Politicos, libros duos.

Petrus Roeſtius, Noviomagenſis, S. I. ſcripſit de ſacrarum Imaginum & Reliquiarum cultu. *Herbipoli* 1608. De Communione ſub utraque ſpecie. Diſputationem paraſcevaſticam de juſtificatione pro auguſtiſſimo Miſſæ Sacrificio. Pſeudo-Jubilæum à Lutheranis anno 1617. celebratum. *Wolshemii* 1618. Hallucinationes duorum Lutheranorum de Reſurrectione mortuorum. Apologiam pro Domo Lauretana contra Matthiam Berneggerum. *Treviris* 1625. Apologiam pro jure Canonico contra Profeſſorem Argentinenſem.

Petrus Scarga, Polonus, S. I. edidit Librum inſcriptum, Septem columnæ, in quibus fundatur Catholica fides de Sacramento Altaris. Pro ſanctiſſimâ Euchariſtiâ contra hæreſim Zuinglianam, & Andream Volanum. *Vilnæ* 1576. Artes XII. Sacramentariorum, ſeu Zuinglio-Calviniſtarum pro præſentiâ Corporis Chriſti in Euchariſtia. *Ibidem* 1582. Contra Threnos, & Lamentationem Theologi Orthologi ad Ruthenos Græcæ religionis Cautelam. Triplicem confuſionem Arianorum, contra Hieronymum Moskorzevium. 1608. Meſſiam novum Arianorum ſecundùm Alcoranum Turcicum, contra eundem. 1612.

Petrus, Sebaſtenus Epiſcopus, Frater SS. Baſilii Magni, & Gregorii Nazianzeni, ſcripſit Epiſtolam adversùs Eunomium.

Petrus Siculus, Græcè ſcripſit De vanâ & ſtolidâ Manichæorum hæreſi.

Petrus de Soto, Cordubenſis, Ord. Præd. edidit Libros adversùs Joannem Brentium. *Antuerpiæ* 1552. Defenſionem Catholicæ Confeſſionis, & Scholiorum adversùs Confeſſionem Wittembergenſem & ceteros Lutheranos, ac Prolegomena Brentii. *Ibidem* 1557.

Petrus Specchio, Gallus, Ord. Præd. plures libellos compilavit contra Calvini deliramenta.

Petrus Stevartius, edidit Orationem de Colloquio Ratisbonenſi. *Ingolſtadii* 1602.

Petrus Stocbes, Anglus, ſcripſit adversùs errores Wicleffiſtarum. Contra Philippum Repyngadum.

Petrus Strozza, edidit Diſputationem De dogmatibus Chaldæorum. *Romæ*.

Petrus Sutor, Gallus, Cartuſianus, ſcripſit De votis Monaſticis adversùs Lutherum. Antipologiam contra Eraſmi Apologiam.

Petrus Sylvius, Ord. Præd. edidit inſigne opus adversùs Martinum Lutherum Apoſtatam, & Hæreſiarcham.

Petrus Talbottus, Hibernus, S.I. edidit De naturâ fidei, & hæreſis. *Antuerpiæ* 1657. De nullitate Eccleſiæ Anglicanæ Proteſtanticæ, ejuſque Cleri. *Bruxellis* 1658. De religione & regimine. *Gandavi* 1670. Confutationem principiorum ſectæ Proteſtantium. *Londini* 1672. De efficaci remedio contra Atheiſmum

& hæ-

& hæreſim. Hiſtoriam Iconoclaſtarum, Manichæiſmi & Pelagianiſmi contra Albium, & ejus aſſeclas. *Pariſiis* 1674. Pugnam fidei & rationis cum renaſcente Pelagianiſmo & Manichæiſmo.

Petrus Thyræus, Germanus, S. I. ſcripſit De feſto Corporis Chriſti, & Deo in Sacramento Euchariſtię adorando. *Moguntiæ* 1585. De ſacramentali Confeſſione. *Ibidem eodem anno*. De poteſtate Eccleſiaſtica. *Ibidem* 1586. De vera fide. *Ibidem* 1587. De jure vocationis & Miſſionis miniſtrorum in Pſeudo-Evangelicorum Eccleſiis. *Ibidem* 1587. Examen Apologeticum Theſium Danielis Toſſani Calviniani Theologi in Academia Heydelbergenſi, pro Diſputatione Moguntina de Jure vocationis, & Miſſionis Miniſtrorum verbi apud Evangelicos. *Ibidem* 1588. Rurſum de Jure vocationis contra Evangelicos miniſtros, & Apologiâ Daniel's Toſſani pro iiſdem miniſtris. De Libertate Chriſtianę fidei & religionis. *Ibidem* 1590. De Sanctorum invocatione. *Wirceburgi* 1596. De legitimo Sanctorum cultu, deque Imaginum conſecratione. De multiplicibus ſuffragiis, quibus piè defunctorum ſpiritus à viventibus juvantur. De ſacrorum hominum continentia. De novo & falſo Antichriſto. Apodixim pręſumptę neceſſitatis utriuſque ſpeciei in Sacramentali Communione. *Ibidem* 1597.

Petrus Vecchia, Abbas Caſinenſis Ord. S. Benedicti, Italicè edidit libros duos De Eccleſia militante, & Triumphante. *Romæ* 1683.

Petrus Wadingus, Waterfordienſis, S. I. edidit Tractatus aliquos contra hæreticos.

Petrus Witfelt, Germanus, S. I. edidit Polemica varia pro D. Barone Vander Reck ad fidem converſo. Contra Sectarios Tremoniæ. *Monaſterii Weſtphaliæ* 1656.

Petrus Ximenez de Prezamo, Calaguritanus, Caurienſis Epiſcopus, edidit Confutationem errorum contra claves Eccleſię nuper editorum, hoc eſt, contra Petri Oxomenſis doctrinam damnatam in Synodo Complutenſi.

Petrus Ximenez, Toletanus, S. I. edidit Diſputationem habitam cum Balthaſare Fiſchero Lutherano de fide juſtificante. *Græcii* 1592.

S. Philaſtrius, Brixienſis Epiſcopus, ſcripſit De hæreſibus exortis tam ante, quàm poſt Chriſti adventum uſque ad ſua tempora. Ibi deſcribit inter reliquas, hæreſim Excalceatorum, qui aſſerebant homines debere incedere excalceatos.

Philippus, Cretenſis Epiſcopus, ſcripſit Librum adversùs Marcionem.

Philippus Dobereiner, Germanus, edidit De Sacrificio Miſſæ contra Viretum. Medicinam adversùs hæreſes. Germanicè. *Monachii* 1571.

Philippus Guadagnolus, Malleanenſis, ex Clericis Minoribus Regularibus, edidit Apologiam pro Chriſtiana religione. *Romæ* 1631.

Philippus Labbe, Bituricenſis, edidit Triumphum Catholicæ veritatis adversùs Novatores, ſive Janſenium damnatum. *Pariſiis* 1651. Bibliothecam Anti-Janſenianam. *Ibidem* 1654. Cenotophium Joannę Papiſſæ. *Extat tom. 8. Conciliorum*.

Philippus Maria Boninus, Italicè edidit Atheum convictum. *Venetiis* 1665.

Philippus Montanius, Monachus Ciſtercienſis in Molinenſi Monaſterio, ſcripſit Speculum Orthodoxę fidei, & hæreticæ pravitatis.

Philippus Nutius, Antuerpienſis, S. I. Belgicè edidit Demonſtrationem errorum Triglandii de Pontificatu. *Antuerpiæ* 1634. Refutationem errorum ejuſdem. *Ibidem*. Triglandium in ſacco. *Ibidem*.

Philippus de Peyra, Dominicanus, ſcripſit Volumen doctiſſimum adversùs omnes Græcorum errores.

Philippus Priorius, (ſub nomine Euſebii Romani) edidit Animadverſiones in Librum Præadamitarum. *Pariſiis* 1656.

Phœbadius, ſive *Fœbadius*, ſcri-

Digitized by Google

pſit Librum contra Arianos, quem Petrus Pithæus illuſtratum emiſit.

Pius II. Pontifex Maximus, Senenſis, antea vocatus Æneas Silvius Picolomineus, ſcripſit Librum unum contra Thaboritas de Communione Corporis Chriſti. De fide ad Turcam.

S. Pius V. Pont. Max. ex Ghiſleriorum familia ortus, Ord. Præd. decus pulcherrimum, ſcripſit Tractatum contra hæreſes.

Prateolus Gabriel, Gallus, ſcripſit De vita, ſectis & dogmatibus omnium hæreticorum ab orbe condito, uſque ad ſua tempora.

Primaſius, Adrumetinus Epiſcopus, ſcripſit De hereſibus ad Fortunatum Epiſcopum.

S. Proclus, primò Epiſcopus Cyzicenus, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſcripſit Epiſtolam ad Armenos de fide, in quâ damnat errores Neſtorii, & Theodori Mopſueſteni. Orationem de laudibus ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, adversùs blaſphemias Neſtorii.

Proſper, Abbas Monaſterii S. Pauli Ord. S. Benedicti extra muros Urbis, ſcripſit ad quemdam Auguſtinum De immortalitate animæ.

S. Proſper Aquitanus, Regienſis Epiſcopus, ſcripſit De gratia Chriſti contra Pelagianos.

Prudentius Galindus, Epiſcopus Tricaſſinus, ſcripſit Tractatum de Prædeſtinatione adversùs Joannem Scotum Erigenam.

Pythius, miniſter, edidit Librum inſcriptum, Reſponſio exetaſtica ad Tractatum incerto Authore nuper editum, cui titulus Præadamitę. *Lugduni Batavorum* 1656.

Q

QUæſtio facti in cauſa Janſenii. *Coloniæ* 1680.

Quintianus, Aſculanus Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Petrum Fullonem adversùs clauſulam ab eo additam Triſagio: quod & fecerunt Antheon Arſinoes, Fauſtus Apolloniadis, Pamphilus Abydorum, Aſclepiades Trallium, & Juſtinus in Siciliâ, omnes Epiſcopi.

R

R*Abanus*, ſive *Rhabanus Maurus*, Archiepiſcopus Moguntinus, Ord. S. Benedicti, ſcripſit De Sacramento Corporis & Sanguinis Domini. De ſacrificio offerendo in azymo. De Proceſſione Spiritus ſancti.

Radulphus Strodus, Monachus, ſcripſit Poſitiones contra Wicleffum.

Raineriu Jaccenus, Placentinus, Ord. Præd. ſcripſit Summam eruditiſſimam adversùs hæreſes.

Rainerius Lombardus, Brixienſis, Dominicanus, in lucem edidit Librum inſcriptum, Speculum adversùs hereſes.

Raphael Novocomenſis, Canonicus Regularis, ſcripſit Malleum hæreticorum. De Prædeſtinatione, gratiâ & libero arbitrio. Confutationem hæreſis Bernardini Ochini.

Raphael de Pomaſio, Januenſis, Ord. Pręd. ſcripſit Volumen adversùs ſui temporis hæreſes.

S. Ratherius, Leodienſis Epiſcopus, Ord. S. Benedicti, ſcripſit Librum unum adversùs Antropomorphitas. De Corpore & Sanguine Domini.

Ratramnus, Monachus Corbejenſis, Ord. S. Benedicti, ſcripſit Libros IV. adversùs errores Græcorum.

Raymundus Martini, Ord. Pręd. edidit Librum pręnotatum, Capiſtrū Judæorum. Pugionem fidei. Sum-

mas aliquot contra Alcoranum Saracenorum.

Raymundus à S. Martino, Gallus, S. I. edidit contra Sectarios Confeſſionem fidei, quam Religionarii prætenſe Reformationis ſtruxerunt, ſe ipſa deſtructam. *Montalbani* 1658. Demonſtrationem ad eoſdem de unione cum Eccleſiâ Romana. *Ibidem*. Conſilium momenti maximi eiſdem datum ſuper diſtinctione articulorum fidei fundamentalium, & non fundamentalium. *Ibidem* 1660.

Raymundus Ruffus, Gallus, edidit adverſus impium Carolum Molinæum Defenſionem ſummi Pontificis, Cardinalium, Epiſcoporum, & totius Ordinis ſacri. *Pariſiis* 1553.

Rebulus Gallus, multa Gallicè ſcripſit adverſus hæreticos, ubi Catholicæ veritatis cauſam agens, ſectarios ex Catholicis principiis confutat, & mirificè convincit.

Reflexiones, circa religionum differentiam, cum probatione traditionis Eccleſiaſticæ. Gallicè. *Pariſiis* 1682.

Reginaldus Polus, Anglus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, & S. R. E. Cardinalis edidit De ſummo Pontifice Chriſti Vicario in terris, ejus officio, & poteſtate. *Ingolſtadii* 1587.

S. Rhemigius, Rhemenſis Epiſcopus, ſcripſiſſe fertur adverſus Arianos.

Renatus Benedictus, Andegavenſis, edidit Panopliam Catholicorum adverſus omnes hæreſes. *Coloniæ* 1568.

Renatus l'Eſculreir, Gallus, Ord. Præd. varios tractatus evulgavit contra hæreſes,

Renatus Rapin, Turonenſis, S.I. edidit Diſſertationem de nova doctrina, ſeu Evangelium Janſeniſtarum. *Pariſiis* 1658.

Reſponſio, cujuſdam Theologi ad Epiſtolam Bruxellis Lovanium miſſam. 1680.

Rhegino Prumienſis, ſcripſit De Eccleſiaſticis diſciplinis, & religione Chriſtiana. *Pariſiis* 1671..

Rhetius, Auguſtodunenſis Epiſcopus, ſcripſit adverſus Novatianum.

Rhodon, ex Aſiâ oriundus, ſcripſit adverſus hæreſim Marcionis.

Richardus, edidit Confutationem legis Mahumeticæ. *MS. in Biblioth. Imperiali Viennæ*.

Richardus Armachanus Radulphus, edidit opus inſcriptum, Summa in quæſtionibus Armenorum. *Pariſiis* 1512.

Richardus Arsdekin, Hibernus, S. I. edidit Theologiam polemicam, practicam, ſacram. *Lovanii* 1671.

Richardus Abbæus, Lincolnienſis, S. I. edidit Anglicè Obſervationes generales in Librum Doctoris Stillingfleti, cum vindicatione S. Ignatii, & ſociorum ejus à fœdis miraculis, quibus eos ille aſpergit. *Londini* 1672.

Richardus Briſtous, Anglus, edidit Motiva omnibus Catholicæ doctrinæ cultoribus perneceſſaria, ad extirpandas funditûs hujus temporis hæreſes. *Atrebati* 1608. Interrogationes Proteſtantibus faciendas. Defenſionem dictorum Librorum adverſus Gulielmum Fuceum, qui illos impugnaverat. Omnia ejus opera prodierunt in Anglia anno 1574.

Richardus Brunæus, Anglus, edidit Monomachiam S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, & Henrici II. Anglorum Regis de Libertate Eccleſiaſtica. *Coloniæ* 1626.

Richardus, Canonicus Regularis S. Victoris propè muros Pariſienſes, natione Scotus, ſcripſit Libros duos De Emmanuele contra Judæos.

Richardus Lavinham, Anglus, Carmelita, ſcripſit contra hæreticos, & potiſſimùm adverſus Wicleſiſtas. Clypeum paupertatis contra hæreticos.

Richardus Maydeſton, Anglus, Carmelita, ſcripſit Librum I. adverſus Lolhardos Wicleſiſtas.

Richardus Mercier, Burdigalenſis, S. I. Gallicè edidit Depravationum examen, quæ in Libris Euſta-

chii

chii miniſtri Calviniani continentur. *Toloſæ* 1649. Animadverſiones in librum, cui titulus, Reſponſio ad librum D. Richardi Mercier De Euchariſtia. *Monſpelii* 1651. Centum falſa pugnantia, aut abſurda contenta in foliis quinquaginta libelli, cui titulus, Collatio inter Davidem Euſtachium &c. *Ibidem* 1650. Manſionem Eccleſiæ reformationis prætenſæ in Inſulis imaginariis. *Ibidem* 1652.

Richardus Smyth, Anglus, ſcripſit contra Melancthonem, Calvinum, Muſculum, Petrum Martyrem, aliosque Sectarios, de quo uberiorem exhibet notitiam Poſſevinus in Apparatu ſacro.

Richardus Strangius, Anglus, S. I. ſcripſit contra hæreticos aliqua, ſed adhuc inedita.

Richardus Walpolus, Norfolcienſis, S. I. linguà Anglicà edidit Reſponſum ad provocationem Matthæi Salliſſi miniſtri Calviniani. *Antuerpiæ* 1605. Brevem & claram confutationem novæ, & vanæ provocationis factæ ab O. E. miniſtello. 1603.

Robertus Alyngton, Anglus, ſcripſit De adoratione Imaginum, & veneratione Sanctorum.

Robertus, Arboricenſis Epiſcopus, Anglus, ſcripſit circa Cœlibatum Sacerdotum, librum prænotatum, Axioma Catholicum. *Pariſiis* 1545. Antidotum ad poſtulata De Interim. *Lugduni* 1548.

Robertus Bellarminus, Politianus, S. I. & S. R. E. Presbyter Cardinalis, pietate & doctrina celeberrimus, edidit opus abſolutiſſimum, & doctiſſimum De Controverſiis Chriſtianæ fidei adverſùs ſui temporis hæreſes, quo Novatorum, hæreticorumque omnia deliramenta ſolidiſſimè confutantur, & Catholica Romana fides adverſùs eorum inſanas blaſphemias acriter vindicatur.

Robertus Cenalis, Pariſienſis, Epiſcopus Abriconenſis, edidit Opus quadripartitum de compeſcenda hæreticorum petulantia. *Pariſiis* 1557. Contra Martinum Bucerum De Cœna Domini. De Cœlibatu, & de Divortio.

Robertus Jenſonius, & *Henricus Jolitus*, ediderunt Reſponſionem ad Joannis Hopperi Articulos, in quibus Hopperus ab Eccleſia Catholica diſſentiebat. *Antuerpiæ* 1564.

Robertus Jeniſonus, Anglus, S.I. Anglicà linguà vulgavit Ocularia de variis fidei capitibus controverſa, contra Viam tutam Humfredi Lyndi. *Rothomagi* 1631.

Robertus Ketenenſis, Britannus, ſcripſit adverſùs Alcoranum.

Robertus de Nobilibus, Politianus, S.I. edidit librum inſcriptum, Scientia Animæ, in quo confutantur omnes Orientis errores circa Fatum, & tranſmigrationem animarum. Dialogum, quo eadem tranſmigratio impugnatur.

Robertus Perſonius, Somerſetenſis, S. I. ſcripſit Epiſtolam de perſecutione Anglicana. *Romæ* 1582. Reſponſionem ad Edictum Reginæ Angliæ. *Ibidem* 1593. De ſacris alienis non adeundis quæſtiones duas. *Audomari* 1607. Rationes cur Catholici recuſent adire Eccleſias hæreticorum. *Londini* 1580. Detectionem Joannis Nicolai Cambrobritanni, qui ſe Jeſuitam ſimulabat, paratum renunciare Eccleſiæ. *Lovanii* 1592. Cauſam adventus ſui in meſſem Anglicanam, & certamen per diſputationes Proteſtantibus oblatum. Cenſuram in Libros Charcki, & Hanmeri. *Londini* 1581. Defenſionem dictæ cenſuræ. *Ibidem* 1582. Contra Librum Franciſci Haſtingi equitis aurati. *Antuerpiæ* 1599. Modeſtam admonitionem ad eumdem. *Ibidem* 1600. De tribus Angliæ converſionibus lib. 1. *Audomari* 1603. Contra primam & ſecundam partem Calendarii Joannis Foxii. *Ibidem* 1604. aliaque multa, tanto viro digna, de quibus fuſiorem notitiam exhibet Bibliotheca Societatis.

Robertus, Saliſburgenſis Epiſcopus, ſcripſit De fide Orthodoxa ad Theodonem Principem Bojorum.

Robertus Scriba, Anglus, Canoni-

nicus Regularis, ſcripſit De Corpore & Sanguine Domini. De Eccleſia Catholica.

Robertus Valdebius, Anglus, ex Ord. S. Auguſtini, Archiepiſcopus Dublinenſis, ſcripſit Librum unum contra Wicleffiſtas.

Robertus Vaſthonius, Anglus, edidit Controverſiam, quæ fuit inter ſe, & hæreticos de Tranſubſtantiatione.

Robertus Umbleton, Anglus, Ord. Præd. ſcripſit Librum contra Wicleffiſtas.

Rochus de Benedictis, edidit Cantiones duas adversùs Hugonotos, ſive Calvinianos hæreticos.

Rodericus Sancii, Hiſpanus, Palentinus Epiſcopus, ſcripſit De paupertate Chriſti & Apoſtolorum. Librum confutatorium ſectæ & ſuperſtitionis Mahumetanæ. De Remediis ſchiſmatis.

Rodulphus, S. Trudonis Monachus, Ord. S. Benedicti, ſcripſit Libros VII. adversùs Simoniacos.

Rodulphus Cupers, edidit De ſacroſancta univerſali Eccleſiâ. *Extat tom.* 19. *Bibliot. Rocaberti*.

Rodulphus de Faventia, Ord. Pręd. ſcripſit volumen inſigne adversùs hęreſes ſui temporis. Opuſculum Catholicarum veritatum contra eaſdem hæreſes.

Rogerius Dymoch, Anglus, Ord. Præd. ſcripſit Lib. XII. contra hæreſes.

Rolandus de Cremona, Ord. Pręd. ſcripſit Tractatus diverſos adversùs ejus temporis hæreſes.

Romanus à S. Brioco, Gallus, Capuccinus, edidit Defenſionem Calendarii Gregoriani adversùs hæreticos & ſchiſmaticos. *Pariſiis* 1647.

Ruardus Tapperus, hæreſum expugnator, Lovanienſis Decanus & Cancellarius, ſcripſit Reſponſionem ad Declarationem. Articulorum Lovanienſium. Explicationes articulorum controverſorum in religione. Corollaria ad Carolum V. Imperatorem de veris calamitatibus Belgii, cauſis ac remediis. Orationes Theologicas, inter quas unam adversùs Philippum Melancthonem. *Coloniæ* 1582.

Rudolphus Belga, Monachus & Abbas S. Trudonis. Vide *Rodulphus S. Trudonis Monachus*.

Rupertus à S. Gaſparo, Carmelita Excalceatus, Cortracenſis, Gallicè edidit Tomos tres Controverſiarum, ſuppreſſo tamen nomine. *Bruxellis* 1712.

Ruſticus Diaconus, ſcripſit Diſputationem adversùs Acephalos. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 10.

Rutilius Benzonius, Epiſcopus Lauretanus, ſcripſit De Theſauro Eccleſiæ. De poteſtate clavium. De Indulgentiis. De ſuffragiis defunctorum, & alia plura, in quibus hæreticorum blaſphemiæ refutantur, & potiſſimùm mendacia impii Vergerii adversùs almam Lauretanæ Virginis Domum. *Venetiis* 1599.

S

SAbbatius, Gallicanę Eccleſię Epiſcopus, ſcripſit Librum De fide adversùs Marcionem, Valentinum, Eunomium & Ætium.

Samona, Archiepiſcopus Gazæ, edidit Diſputationem contra Achmeel, in qua docet panem & vinum conſecratum à Sacerdote verè eſſe Corpus, & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

S. Samſon, Cordubenſis, Abbas Monaſterii de Marros, Ord. S. Benedicti, ſcripſit contra hæreſim Antropomorphitarum libros aliquot, quorum cauſâ dicta hæreſis in Concilio Cordubenſi reprobata fuit.

Samuel, Edeſſenæ Eccleſiæ Presbyter, natione Syrus, plura ſcripſit adversùs Etychianos, Neſtorianos, alioſque hæreticos.

Samuel Mareſius, edidit opus prę-notatum, Hydra Socinianiſmi expugna-

gnata, contra Joannem Volkelium, & Joannem Crellium. *Groningæ* 1651. Refutationem Fabulæ Præadamiticæ. *Ibidem*.

Samuel Marochianus, ex Judæo Chriſtianus factus, ſcripſit Librum de Adventu Meſſiæ contra errores Judæorum.

Sanctes Franceus, Neapolitanus, Ord. Præd. edidit Symbolum Apoſtolorum, D. Thomæ doctrinâ explicatum, & ab erroribus Gentilium, & hæreticorum propugnatum. *Neapoli* 1647.

Sanctius Arena, Florentinus, Ord. Præd. ſcripsit Italicè librum prænotatum, Pomarium ſpirituale in duas partes diviſum contra hæreticos.

Sanctius Beſaram, Dominicanus, ſcripſit adversùs Arnaldum de Villanova.

Scholaſticus Caſtellionis Brannovius, Capuccinus, edidit Diſceptationem contra miniſtrum Calviniſtam, dictum Monſeglar. *Nivernis* 1630.

Scipio Lentulus, Neapolitanus, edidit Reſponſionem Orthodoxam pro edicto Illuſtriſs. DD. trium Fœderum Rhetię adversùs hæreticos. *Genevæ* 1592.

Sebaſtianus Broilus, Fanenſis, Auguſtinisnus, edidit Concluſiones Catholicas ex D. Auguſtino, quibus impoſturę & mendacia Lutheranorum deteguntur.

Sebaſtianus Cattaneus, Mediolanenſis, ex Ord. Præd. Epiſcopus Chiemenſis, & Suffraganeus Epiſcopatus Tridentini, ſcripſit De Confeſſione, adversùs noſtri temporis hæreſes. Enchiridion eorum, quę in controverſiam ab hæreticis vocantur. *Ingolſtadii* 1569.

Sebaſtianus Flavius, Gallicè edidit Profeſſionem ſuæ fidei Catholicæ, afferendo XXII. rationes, quibus ad Romanam Catholicam Eccleſiam à Lutherana, & reliquis hæreſibus rediit. *Ingolſtadii* 1576.

Sebaſtianus Heidelauffus, Germanus, ſcripſit Propoſitiones XXXIII. contra Evangelicos. *Ingolſtadii* 1569. Germanicè. Librum de nova Concordia, hoc eſt Summâ diſſenſionum miniſtrorum Lutheranorum Auguſtanæ Confeſſionis per Smigdelinum inſtitutâ. *Monachii* 1572. Concordiam eorum, qui Auguſtanam Confeſſionem profitentur, XXXX. articulis comprehenſam. Germanicè. *Ibidem*.

Sebaſtianus Heiſſius, Auguſtanus, S.I. ſcripſit De vera Chriſti Eccleſia, deque proprietatibus ac notis, quibus ab omnibus falsis hæreticorum Eccleſiis internoſcatur. *Ingolſtadii* 1610. De triumphante in cœlis Eccleſiâ. De cultu, invocatione & veneratione Sanctorum, ſacrarum Reliquiarum, & Imaginum. Purgatorium Lutheranorum. *Ibidem* 1610. Dialogos de Euchariſtia.

Sebaſtianus Medices, ſcripsit Summam omnium hereticorum, & Catalogum ſchiſmaticorum, hereticorum, & Idololatrarum. *Florentiæ* 1581.

Sebaſtianus Ponz, Catalaunus, Ordinis S. Dominici, ſcripſit Libros duos adversùs hereſes Hugonotorum, & Calviniſtarum.

Sebaſtianus Scipio, Bohemus, S.I. linguâ patriâ ſcripſit De cœlibatu Sacerdotum.

Sebaſtianus Tengnagel, Germanus, edidit Vetera monumenta contra ſchiſmaticos, jam olim pro S. Gregorio VII. aliiſque Pontificibus Romanis conſcripta. *Ingolſtadii* 1612.

Sebaſtianus Tuſcanus, ſive *Tuſcus*, Ord. S. Auguſtini, ſcripſit in Joelem Prophetam, ubi multa ad extirpandas hæreſes maximè utilia leguntur.

Seraphinus Cappenus, ex Ordine Præd. edidit opus inſcriptũ, Veritates aureæ adversùs hæreſes. *Venetiis*.

Seraphinus Pizzinardus, Dominicanus, ſcripſit contra hæreſim Præadamitarum, & tomos duos contra Janſenium.

Serapion, Ægypti urbis Epiſcopus, ſcripſit Librum adversùs Manichæos. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.4.*

Serapion, Antiochenus Epiſcopus, ſcripſit De hæreſi Montani, ſive Epiſtolam adversùs illius hæreſim.

Ser-

Digitized by Google

Sergius, Cypriorum Archiepiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Theodorum Papam adversùs Monothelitas.

Severinus Binius, edidit Diſſertationem de Joanna Papiſſa. *Extat in Concil. Labbei*, *tom.* 8.

Severinus Cracovienſis, Ord. Pręd. ſcripſit Elenchum hæreſum à D. Thoma conſutatarum. Turrim Babelis, in qua explicat hęreſes, quæ ſuerunt uſque ad hæc tempora.

Severinus Vincentius, edidit Diſceptationem de præſentis temporis Eccleſia. *Pariſiis* 1650.

Severus, Malacitanus Epiſcopus, edidit Librum adversùs Vincentium Epiſcopum Cęſarauguſtanum, qui à Catholica fide in Arianiſmum declinaverat.

Slagrius, ſcripſit De fide adversùs pręſumptuoſa hęreticorum vocabula.

Sigiſmundus Ernhoffer, Monachienſis, S. I. edidit Protheum Lutheranum. *Ingolſtadii* 1587. Minorem Catechiſmum cum figuris ex Lutheri ſcriptis. *Wittembergæ* 1587 Deſenſionem minoris Catechiſmi cōtra Guilielmum Zimmerman, & Jacobum Herbrandum Prædicantes. *Ibidem* 1587. Conſiderationes ſuper Poſtilla Davidis Doners, Prædicantis in Styria.

Sigiſmundus de Ferrariis, Viglebanenſis, Ord. Præd. ſcripſit adversùs errores Lutheri & Calvini.

Sigiſmundus Lauximin, Polonus, S.I. edidit Demonſtrationem Catholicæ Eccleſiæ, ex certis à prima ſua origine notis. *Vilnæ* 1645.

Silveſter Gyraldus, ſcripſit De nequitiis Mahumeti.

Silveſter Mazclinus, Prieras, Pedemontanus, Ord. Pręd. ſcripſit Apologiam de convenientià inſtitutorum Romanæ Eccleſiæ cum Evangelica libertate. Librum contra errores Martini Lutheri.

Silveſter Meucius, de Caſtellione Aretino, Ord. S. Auguſtini, ſcripſit eruditam valdè interpretationem in Jeremiam, ubi multa de erroribus Patarinorum.

Silveſter Noritius, Somerſetenſis, S. I. edidit Antidotum controverſiarum contra ſectarios. *Audomari* 1618. Appendicem dicti Antidoti de ſucceſſione in Eccleſia Catholica. *Londini* 1621. Ducem fidei contra ſectarios. *Ibidem*. Pſeudo-ſcripturiſtam, duabus partibus. 1623.

Silveſter Petraſancta, Romanus, S. I. ſcripſit Notas in Epiſtolam impiam, & hæreticam Petri Molinæi, miniſtri Hugonotti. *Antuerpiæ* 1634. Apologiam pro dictis Notis, adversùs Andream Rivetum miniſtrum in Hollandia. Thaumaſiam veræ religionis contra perfidiam ſectariorum, tribus romis comprehenſam. *Romæ* 1643. Romam piam, & Triumphum religionis Catholicæ adversùs ſectarios.

Silveſter de la Val, Gallus, Capuccinus, edidit librum inſcriptum, Juſtę magnitudines Eccleſiæ Romanę, contra impietatem illorum, qui Papam vocant novum Antichriſtum. *Pictavii* 1611. Contra errores Vignerii miniſtri Plenienſis. *Pariſiis* 1608.

Simeon Stylites, multas ſcripſit Epiſtolas pro Synodi Chalcedonenſis defenſione.

Simeon, Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, ſcripſit contra omnes hæreſes, ac de Miniſteriis ſanctis Eccleſiæ. *MS. Viennæ in Auſtria in Bibliot. Imperiali*.

Simon de Caſſia, ſcripſit De religione Chriſtiana. *Baſileæ* 1517.

Simon Felix, Monachienſis, S. I. edidit Metamorphoſim Jacobi Reihingi, Catholico Lutherani. *Dilingæ* 1622. Muſcas morientes inanium cavillorum Jacobi Reihingi apoſtatæ Tubingenſis exſufflatas. *Friburgi Briſgojæ* 1624. Vulpeculam Tubingenſem demolientem vineam Chriſti Eccleſiæ, captam. *Dilingæ* 1622.

Simon Gurskius, Polonus, S. I. Polonicè edidit Maniſeſtationem impudentiæ Arianorum. *Cracoviæ* 1608.

Simon Langa, Cantuarienſis Archiepiſcopus, edidit Conſutationem quorundam errorum. *Extat in Conciliis Labbei*, *tom.* XI. *part.* 2.

Simon Majolus, Aſtenſis, Vulturarienſis Epiſcopus, ſcripſit Libros XVI. pro defenſione ſacrarum Imaginum adverſùs Iconomachos. *Romæ* 1585.

Simon Sothray, Anglus, Ordinis S. Auguſtini, ſcripſit De authoritate Eccleſiæ. Contra Wicleffiſtas. De Sacramento Corporis Chriſti.

S. Sixtus III. Romanus Pontifex, ſcripſit verſus quoſdam de originali peccato adverſùs Pelagium.

Sixtus IV. Pontifex Maximus, ex Ord. Minorum, Ligur, ſcripſit contra errores cujuſdam Carmelitæ Bononienſis, affirmantis Deum ſuà omnipotentià damnatum hominem ſalvare non poſſe.

Sixtus Poncellus, Dominicanus, Italicè ſcripſit Defenſionem fidei contra hæreticos ſui temporis.

Sixtus Sartorius, Anſpacenſis, ſcripſit cauſas motivas, cur abjuratà Lutheranorum ſectà, Catholicam religionem amplexus fuerit Anſpachii. *Ingolſtadii* 1602. Epiſtolas V. ad Conſiſtorium Anſpacenſe, in quibus Paradoxa Lutheri & Zuinglii non pauca proponit. *Ibidem* 1605.

Sophronius, Jeroſolymitanus Patriarcha, ſcripſit adverſùs Monothelitas. Pro D. Baſilio adverſùs Eunomium.

Spiritus Roterus, Aquiſextienſis, Ord. Præd. ſcripſit adverſùs eos, qui futura ex aſtris prędicunt. *Toloſæ*.

Stanislaus Grodicius, Poſnanienſis, S.I. idiomate nativo edidit Conciones ſex de uſu Sacramenti Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie. De emendatione Kalendarii Gregoriani. Regulas fidei hæreticorum. Conciones duas de Purgatorio. Trutinam Pſycoſophię contra miniſtrum Calvinianum. Dialogos duos, quibus probat ex ipſorum principiis hęreticos non eſſe Evangelicos.

Stanislaus Hoſius, Polonus, Epiſcopus Varmienſis, S. R. E. Cardinalis, & ad Concilium Tridentinum Legatus, edidit Confeſſionem Chriſtianæ Catholicę fidei. *Coloniæ* 1573. De expreſſo Dei verbo. *Dilingæ* 1571. Epiſtolam ad Stanislaum Orichovium de loco, & authoritate Romani Pontificis. *Coloniæ* 1567. Dialogum, num Laicis calix sit permittendus. Catalogum hæreſum ſui temporis. De dogmate contra adorandam Trinitatem tunc in Polonia ſpargi cœpto, & alia, ut patet in ejus operibus impreſſis *Coloniæ* 1584.

Stanislaus Karncovius, Polonus, Archiepiſcopus Gneſnensis, edidit librum pręnotatum, *Euchariſtia*, sive Conciones XL. de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, quibus Sacramentarii, aliique hæretici acriter refutantur, & fides Catholica roboratur. *Cracoviæ diverſis annis*.

Stanislaus Orichovius, Ruthenus, ſcripsit Confeſſionem Catholicam adverſùs Franciſcum Stancarum. *Coloniæ* 1563. De majeſtate Sedis Apoſtolicę. De Chriſti Domini Ecclesia contra Martinum Lutherum. *Cracoviæ* 1546. De notis Ecclesiæ.

Stanislaus Reſcius, Polonus, Abbas Andreoviensis in Polonià, Ord. Ciſterciensis, edidit Miniſtromachiam, in qua Evangelicorum miniſtrorum & magiſtrorum, de Evangelicis miniſtris & magiſtris, mutua judicia, teſtimonia, convitia, maledicta & irę, omnibus ſeculis inauditi anathematiſmi recenſentur. *Coloniæ* 1592. De Atheiſmis hæreticorum hujus ſeculi.

Stanislaus Socolovius, Polonus, ſcripsit Pro cultu & adoratione Jeſu Chriſti in Euchariſtia. De veſtitu hęreticorum, & fructu hæreſeon. *Coloniæ* 1589. Cenſuram Orientalis Ecclesię de pręcipuis noſtri ſeculi hęreticorum dogmatibus. *Dilingæ* 1581. De veræ & falſę Ecclesię diſcrimine libros III. *Cracoviæ* 1583. Invectivam ad Wirtembergenſium miniſtros. *Ingolſtadii* 1585. Meditationes in Chriſti Domini mortem & paſſionem, ubi Judaica simul & Ariana impietas confutatur. *Cracoviæ* 1586.

Stanislaus Vopolinus, Polonus, Ord. Minorum, idiomate patrio ſcripſit De Sacramento Euchariſtiæ adverſùs hæreticos.

S. Ste-

S. Stephanus I. Pont. Max. & Martyr inſignis, ſcripſit De hæreticis non rebaptizandis.

Stephanus, ex Abbate Caſinenſi Ord. S. Benedicti, S. R. E. Cardinalis Cancellarius, & poſteà ſummus Pontifex hujus nominis X. ſcripſit De veritate Corporis Chriſti contra Patriarcham Conſtantinopolitanum Michaelem Cerularium, & alium ejuſdem argumenti adversùs quemdam Monachum.

Stephanus Æduenſis, ſcripſit De Sacramento Altaris. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 20.

Stephanus Anglicus, Carmelita, ſcripſit contra Lolhárdos, & Wicleffiſtas.

Stephanus Arator, Hungarus, S. I. idiomate proprio ſcripſit Catechiſmum, inſtar Romani, multis controverſiarum fidei capitibus locupletatum.

Stephanus Audebertus, Gallus, S. I. edidit Opuſcula varia contra hæreticos. Triumphum veritatis de Tranſubſtantiatione & Purgatorio. *Orthesii* 1638.

Stephanus Binetus, Divionenſis, S. I. ſcripſit An omnes in ſua religione poſſint ſalvari. *Rothomag.* 1620. Reſponſionem ad poſtulata magni Prælati de Hierarchia Eccleſiaſtica. *Nancæi* 1625.

Stephanus De Champs, Bituricus, S. I. edidit Diſputationem Theologicam de libero arbitrio. *Pariſiis* 1646. Reſponſionem ad objectiones Vincentianas, quâ Vincentii Lenis (hoc eſt *Liberti Fromundi*) Theriacam præſentiſſimum eſſe venenum demonſtratur. *Ibidem* 1648. De hæreſi Janſeniana ab Apoſtolica Sede meritò proſcriptâ libros III. *Ibidem* 1654. Arcana Janſeniſmi. 1651.

Stephanus Gardinerius, Anglus, Epiſcopus Wintonienſis, ſcripſit adversùs articulos, & confutationes Joãnis Hopperi, & adversùs Martinum Bucerum. *Coloniæ* 1545. Confutationem cavillationum, quibus ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ab impiis Capharnaitis impeti ſolet. Palinodiam libri De vera & falſa obedientia.

Stephanus Lindius, edidit Epiſtolas duas, in quibus oſtenditur defenſionem Catholicæ religionis ad Magiſtratum ſpectare: & quomodò Miſſa in veteri Eccleſia celebrata fuerit. *Antuerpiæ*.

Stephanus Moquotus, Nivernenſis, S. I. edidit Gallicè tribus tomis Examen doctrinæ hæreticorum. Bellum Miniſtrorum diverſarum ſectarum inter ſe. *Pictavii* 1619. Cenſuram Bibliorum Hugonottorum, duobus volum nibus. *Pariſiis* 1617. Compendium examinis, & cenſuræ Bibliorum. *Burdigalæ* 1644.

Stephanus Paris, Gallus, Ordinis Præd. Epiſcopus Abellonenſis, & Rothomagenſis Suffraganeus, poſteà Epiſcopus Aurelianenſis, edidit Chriſtiani hominis inſtitutionem adversùs hujus temporis hæreſes, & morum corruptiones 50. homiliis. *Venetiis* 1556.

Stephanus, Pariſienſis Epiſcopus, edidit Reſcriptum de quorumdam errorum, & librorum damnatione, & damnationem variorum articulorum contra fidem.

Stephanus Salazarius, Cartuſianus, edidit XX. diſcurſus, quibus impios Novatores egregiè perſtringit.

Stephanus Tucius, Siculus, S. I. ſcripſit volumen ingens diſputationum adversùs noſtri temporis Atheiſtas. *Granatæ*.

T

TAtianus, Aſſyrius, quamvis à fide Catholica defecerit, ſcripſit tamen contra Gentiles.

Taurinus Cobulinus, Gallus, ſcripſit Apologeticum adversùs virulenta ſpicula Lutheranæ hæreſeos.

Tertullianus, antequàm à fide deficeret, ſcripſit de Baptiſmo, aliaque multa ad fidem Catholicam illuſtrandam; & poſt lapſum, Apologeticum adversùs Gentes.

Theobaldus Stampenſis, Normannus, S. R. E. Cardinalis, ſcripſit ad Robertum Lincolnienſem Epiſcopum adversùs quoſdam, qui ſua ætate contra Eccleſiæ claves, à Chriſto Domino datas Petro, & ejus Succeſſoribus, temerè concionabantur.

Theobaldus Thamerus, ex Alſatiâ, primùm Lutheranus, mox Divina diſponente Providentia, ex lectione operum Doctoris Angelici de Gratia & juſtificatione ad fidem Catholicam converſus, ſuam edidit Apologiam, & librum de variis calumniis, quas pertulit à Lutherania. *Moguntiæ* 1562.

Theodoretus Antiochenus, Cyri Epiſcopus, ſcripſit adversùs Neſtorium. Libros v. hæreticarum fabularum ad Sporacium: & ex Marcellino Comite, in Chronico De Incarnatione Domini, adversùs Eutychetem.

Theodoricus Krallius, Bohemus, S. I. edidit Notas veræ Catholicæ fidei. *Græcii* 1619. Bicipitem Lutherum in negotio communionis ſub utraque ſpecie. *Ibidem* 1631.

Theodorus Abucaras, Archiepiſcopus Cariæ, ſcripſit Græcè Chriſtianas diſputationes xv. contra pleroſque ſui temporis hereticos, maximè autem contra Saracenos, Agarenos, Tritheitas, Theopaſchitas, Jacobitas, Monophyſitas, Judæos, Neſtorianos, Origeniſtas, Severianos, Acephalos & Manichæos. *Ingolſtadii* 1606.

Theodorus, Amaſeæ Epiſcopus, ſcripſit Panopliam dogmaticam contra Judeos, Armenos & Saracenos.

Theodorus Ancyranus, Galatiæ Epiſcopus, ſcripſit adversùs Neſtorium.

Theodorus, Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, ſcripſit adversùs Apollinariſtas, & Eunomianos.

Theodorus à Belvederio, Franciſcanus, ſcripſit librum prænotatum, Turris contra Damaſcum, adversùs hæreſes.

Theodorus Gaza, ſcripſit contra Græcorum errores.

Theodorus Graminæus, Flander, ſcripſit Prodromum Antichriſti, hoc eſt hæreticorum noſtri temporis. *Coloniæ* 1571. Myſticum Aquilonem, ubi multa contra Septentrionales hæreticos. *Ibidem* 1571.

Theodorus Hagiopolitanus, Græcus, ſcripſit Diſputationem cum Neſtoriano.

Theodorus Maleotius, Theologus Lovanienſis, ſcripſit Dialogum de inconſtantia Martini Lutheri, ejuſque collegarum in religione. *Coloniæ* 1583.

Theodorus Moretus, Antuerpienſis, S. I. edidit Philalethum Marianum contra calumnias cujuſdam Prędicantis in B. Virginem. *Uratislaviæ* 1661. Catechiſmum Lutheri, Germanico idiomate, ex ipſis verbis Lutheri Catholicè loquentibus. *Brigæ* 1666.

Theodorus Peltanus, Belga, S. I. edidit Theſes plurimas de diverſis controverſiis. De Purgatorio igne. De animarum ſedibus. De vita functorum ſuffragiis. De Chriſtianorum ſepulturis, exequiis, &c. De Chriſti ſatisfactione. De peccato originis. De majeſtate Corporis Chriſti. De Sanctorum origine, Canonizatione, cultu, invocatione, Reliquiis, Imaginibus, pluraque alia, quorum uberiorem notitiam exhibet Bibliot. Soc.

Theodorus, quem alii Theodulum faciunt, & natione Italum, quidam autem negant, Presbyter in Cœleſyria, & ut aliqui volunt, Epiſcopus, ſcripſit Librum de conſonantiâ verborum veteris, & novi Teſtamenti adversùs antiquos hæreticos, qui alium Teſtamenti veteris Deum dixerunt, alium novi.

Theodorus, Presbyter in Raytu, ſcripſit Commentaria de Incarnatione Chriſti adversùs hæreſes Manetis, Apollinarii, Theodori Mopſveſtiæ, Neſtorii, Eutychetis, Juliani Halicarnaſſei, Severi & aliorum.

Theodorus Petrejus, Tranſiſulanus, Cartuſienſis, inter alia ſcripſit Harmonicam Confeſſionem quatuor Occidentalium Eccleſię Doctorum, quà Auguſtanam, Wirtembergicam, Smalcaldicam, & Mansfeldicam confutat. MS. Araneum hęreticum. *Ex Typographia Kinckii* 1609. Labirinthum hæreticorum. *Ibidem* 1610.

Theodorus Rhay, Germanus, S.I. Germanicè ſcripſit Amicam litem de præcipuis controverſiis fidei. *Coloniæ* 1665. Confuſam Confeſſionem Quackerorum. *Ibidem eodem anno*.

Theodorus Rullius, edidit Refutationem cavillorum Stephani Gerlachii Ubiquiſtæ. *Moguntiæ* 1591.

Theodorus Studites, ſcripſit pro cultu ſacratum Imaginum. Contra hæreſim defendentem adulterium poſſe fieri licitum ex diſpenſatione. De eodem habentur aliqua fragmenta, in quibus de hæreſibus, ſchiſmate, & de Iconomachis agitur.

Theodoſius Cœnobiarcha, ſcripſit Epiſtolam Apologeticam in materia fidei ad impium Anaſtaſiũ Imperat.

Theodoſius Monachus, ſcripſit De reſurrectione mortuorum adversùs Philipponum.

Theodotus Ancyranus. Vide *Theodorus*.

Theodulphus, ex Gallia Ciſalpina Abbas Floriacenſis, ſcripſit Librum de Spiritu ſancto, ubi probat illum ex Patre Filioque procedere.

Theodolus. Vide *Theodorus Presbyter in Cœleſyria*.

Theofridus Monachus, & Abbas Ord. S. Benedicti, ſcripſit Sermones XII. de Sanctorum Reliquiis, & veneratione. *Extat in Bibliot. PP. Lugdun. tom.* 12.

Theophanes, Alexandriæ Epiſcopus, inſigne volumen conſcripſit adversùs Origenem, & contra Antropomorphitas. *Ex Gennadio*.

Theophanes, Niceæ Epiſcopus, ſcripſit Grecè adversùs Judæos, agēs etiam de ſacris Imaginibus, Idolorum loco habendis.

Theophilus, Alexandriæ Epiſcopus. Vide *Theophanes*.

Theophilus Antiochenus, ſcripſit contra Chriſtianę religionis calumniatores. Contra Hermogenis hæreſim.

Theophilus, Cæſareæ Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam contra eos, qui decimaquartâ lunâ Paſcha cum Judæis celebrabant.

Theophilus Raynaudus, Ceſpitellenſis, S. I. ſcripſit varia opuſcula polemica, ut patet ejus opera legenti, potiſſimùm tom. 18.

Theophraſtus Bovius, Gallus, Dominus Belliloci, Gallicè edidit Methodum, quâ ſchiſmaticos, & hæreticos convincens, monſtratur falſitas doctrinæ Calvinianorum, Zuinglianorum, & Lutheranorum, adversùs Molinum hæreticum miniſtrum. *Pariſiis* 1604.

Theorianus, Grecus, miſſus à Manuele Imperatore ad Armenos ad fidem Chriſtianam revocandos, munere ſuo egregiè functus, edidit Dialogum Orthodoxum cum Generali Armenorum.

S. Thomas Aquinas, ex Ordine Predicatorum. Licèt hujus Angelici Doctoris eximia doctrina, præclariſſima opera, inſignisque eruditio ad omnes hęreſes jugulandas uberrimè ſufficiant; tamen præclariſſimum Eccleſiæ lumen, quod ad Polemicam attinet, aureum acuit calamum contra Grecos, & adversùs Religioſorum Ordinum calumniatores, & impugnatores.

Thomas Aſcheborne, Anglus, Ord.

S. Au-

Digitized by Google

S. Auguſtini, ſcripſit Librum adverſùs Trialogum Wicleffi.

Thomas Badia, Mutinenſis, Ord. Pręd. S. R. E. Cardinalis, inter alia ex profeſsò ſcripſit contra errores Lutheri.

Thomas Beauxamis, Pariſienſis, Carmelita, ſcripſit De cultu, interceſſione, & veneratione Sanctorum Catholicam Aſſertionem. *Pariſiis* 1566. De fide & Symbolo libros IV. *Ibidem* 1574. De Sacrificio Miſſæ. De veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia. Adversùs hæreticos pro Papa, & aliis Eccleſiæ Pręlatis. *Pariſiis apud Guilielmum Chaudiere.*

Thomas Bozius, Eugubinus, Presbyter Congregationis Oratorii, ſcripſit De ſignis Eccleſiæ tomos duos. *Romę* 1591. Adversùs Macchiavellū.

Thomas Braduadinus, Anglus, Ord. Pręd. ſcripſit De cauſis Dei, & de virtute Dei cauſa cauſarum contra Pelagianos. *MS. in Vaticanà.* De ſanctiſſima Trinitate. De Prędeſtinatione.

Thomas Campanella, edidit librū pręnotatum, Atheiſmus triumphatus. *Pariſiis* 1636. Diſputationem pro Bullis Pontificiis contra Judiciarios. *Ibidem* 1636. De Gentiliſmo non retinendo. De Prędeſtinatione, electione, reprobatione, & auxiliis Divinæ gratię. *Ibidem eodem anno.*

Thomas Campegius, Bononienſis, Epiſcopus Feltrenſis, ſcripſit De authoritate Romani Pontificis. *Venetiis* 1555. De Cœlibatu Sacerdotibus non abrogando. *Ibidem* 1554.

Thomas Carvellus, Lincolnienſis, S. I. edidit contra Pſeudo-Archiepiſcopum Cantuarienſem. Labyrinthum Cantuarienſem. *Pariſiis* 1658.

Thomas Clagius, Prutenus, S. I. edidit Anticyras Prædicanticas. *Braunsbergæ* 1650. Ariſtarchum contra Prędicantes. *Coloniæ* 1643. Diſquiſitiones Ubiquiſticas de Chriſto contra Ubiquiſtas. *Auguſtæ Gediminiæ* 1644. Prodromum Mercurii Eligio-Boruſſi contra Prędicantes Lutheranos. Germanicè. *Vilnæ* 1651.

Thomas Colbius, Anglus, ſcripſit Collectanea ſacrorum dogmatum. De ſinceritate Eccleſię.

Thomas Dempſterus, Scotus, confutavit fabulam Joannæ Papiſſę. *Lib. IV. Hetrur. Regal. cap. II.*

Thomas Elyſius, Neapolitanus, Ord. Præd. edidit Clypeum piorum Catholicorum adversùs veterum, recentiorùmque hæreticorum pravitatem. *Venetiis* 1563. Chriſtianę religionis arcana. *Ibidem* 1569.

Thomas Fitzherbertus, Anglus Staffordienſis, S. I. ſcripſit Latinè contra Macchiavellum. *Romę* 1610. Defenſionem cauſæ Catholicę. *Audomari* 1602. De Politia & Religione tom. II. *Duaci* 1606. De juramento fidelitatis contra Lancellotum Andream Pſeudo-Epiſcopum Elienſem. *Audomari* 1613. De eodem juramento contra Diſputationem Theologicam Rogeri Widringtoni. *Ibidem* 1614. Defenſionem Apologiæ Cardinalis Bellarmini, contra Collinum Prędicantem Calvinianum. *Ibidem* 1621. Supplementum Diſcuſſionis P. Roberti Perſonii, & additamentum ad ſupplementum. *Audomari* 1613.

Thomas Hardingus, Anglus, ſcripſit contra Juellum Pſeudo-Epiſcopum in Anglia. Reſponſionem ad Juelli provocationem. Falſatam Juelli revelationem. Anglicè. 1566 Confutationem Apologię contra Juellum. 1565.

Thomas Heskinus, Anglus, edidit Parlamentum Chriſti, de verà & reali Corporis Chriſti præſentia in Euchariſtià.

Thomas Hybernicus, ſcripſit De Chriſtiana religione.

Thomas Jacomellus, è Pinerolio Pedemontanus, Ord. Præd. & Epiſcopus Tolonenſis, ſcripſit contra errores impiiſſimi viri Franciſci Medenſis Propugnaculum fidei. De authoritate Papę. Librum adversùs errores Waldenſium. *Taurini* 1559.

Thomas à Jeſu, Bęticus Hiſpanus, Carmelita diſcalceatus, ſcripſit librum, cui titulus, Theſaurus ſapien-

tiæ Divinę in Gentium omnium ſalute procuranda, ſchiſmaticorũ, hęreticorum, Judęorum, Saracenorum, cęterorumque infidelium demonſtrans errores, & ad veritatis lucem confutans. *Antuerpiæ* 1613.

Thomas Illyricus, Picenus, Ord. S. Franciſci, edidit Clypeum Catholicę veritatis contra dogmata Lutheri. Clypeum Papalem. De Eccleſiæ clavibus. Confutationem quarumdam concluſionum Lutheri. *Taurini* 1523.

Thomas de Laixa, Aragonenſis, Ord. Præd. collegit è Patribus per modum locorum communium, quantum ſat erat ad confundendos hęreticos ſui temporis.

Thomas Lombe, Anglus, Carmelita, ſcripſit contra Lolhardos, & Wicleſiſtas.

Thomas Morus, Anglus, ſcripſit Dialogum pro ſancto Sacrificio Miſſæ. Pro Purgatorio. Pro Eccleſia, & alia quædam. *Lovanii* 1545.

Thomas Murnerus, Argentinas, Franciſcanus, ſcripſit contra Zuinglii errores. De diſputatione Badenſi. *Lucernæ*.

Thomas Palmerius, Anglus, Ord. Præd. ſcripſit De veneratione Sanctorum. De honorandis ſacris Imaginibus. De Indulgentiis.

Thomas Philippus, ab Alſatia, edidit opus inſcriptum, Indifferentia in religione Theſes Polemicæ. *Romę* 1711.

Thomas de Plantis, Curienſis Epiſcopus, publicavit Epiſtolam, quâ Eccleſiæ ſuæ calamitates, ob hęreticorum incurſiones deplorat.

Thomas Radini, Placentinus, Ord. Præd. edidit Orationem contra Lutherum. *Lypſiæ* 1520. Aliam contra Melancthonem. *Romæ* 1522.

Thomas Saillius, Bruxellenſis, S. I. edidit Catholicum veridicum. *Antuerpiæ* 1611. Reſponſum ad quæſtiones controverſas inter Catholicos, & hæreticos. *Ibidem* 1611. Excitatorium à ſomno ad hæreticos. *Lovanii* 1612. Apologiam pro Excitatorio. *Ibidem* 1619.

Thomas Scotus, de Rochegiano propè Viglebanum, Ord. Præd. ſcripſit volumen adversùs errores Lutheri.

Thomas Stapletonus, Anglus, Catholicæ veritatis propugnator acerrimus, multa pro eadem ſcripſit, ut patet ex ejus operibus impreſſis *Pariſiis* 1620.

Thomas Stella, Dominicanus, Epiſcopus Juſtinopolitanus, ab ovibus ſibi creditis hæresim à ſuo Prædeceſſore Vergerio ſparſam, & verbis, & ſcriptis prorsùs eliminavit.

Thomas Stubez, Anglus, Ord. Præd. ſcripſit volumen adversùs impugnantes ſtatuta Eccleſię.

Thomas Theatinus, ſcripſit volumen grande bipartitũ contra Gręcos.

Thomas Vane, edidit Vindicias magni Concilii Lateranensis, contra Joannem Coſenum. *Pariſiis* 1650. Extat ejuſdem Concilii ſententia, de terra Albigensi, in Spicilegio Dacherii, tom. VII.

Thomas de Vio, S. R. E. Cardinalis ex Ord. Præd. inter alia egregia opera, ſcripsit adversùs Lutherum opuſcula de fide, & operibus. De Communione & Confeſſione. De ſatisfactione. De invocatione Sanctorum. *Lugduni* 1536.

Thomas Waldenſis, Anglus, Prior Generalis Carmelitarum, edidit Doctrinale antiquitatum fidei Catholicæ tribus tomis diſtinctum, in quo agit contra Wicleffiſtas, Huſſitas, & eorum ſectatores. *Venetiis* 1571.

Thomas Whitfeldius, Anglus, S. I. edidit Meditationes de signis veræ Chriſti Eccleſiæ. *Londini* 1655.

Thomas Winterton, Anglus, Monachus Stanſordiensis, ſcripſit Librum de aſſertione SS. Euchariſtię contra Wicleffum.

Thomas Worthingtonus, Anglus, S. I. edidit Motiva Doctoris Richardi Briſtoi. 1606. Anchoram doctrinæ Chriſtianæ. Contra Doctorem Whytum Calviniſtam Tractatum, quo corruptiones SS. PP. in ejuſdem libro deteguntur. 1615.

Thy-

Thyrſus Gonzalez, Hiſpanus, S. I. ſcripsit De Romani Pontificis infallibilitate.

Tilemannus Sigebergenſis, edidit librum De ſeptem Sacramentis Eccleſiæ. *Coloniæ* 1546.

Tilmannus Borchenſis, ſcripsit Authoritates & teſtimonia SS. PP. de Sacramento Baptiſmatis, & ejus ceremoniis, adversùs Anabaptiſtas, & alios Eccleſiæ hoſtes. *Coloniæ* 1571.

Timotheus à S. Fide, edidit Confutationem fraudum, & argumentorum Janſenii. *Coloniæ* 1680.

Titus, Boſtrorum in Arabia Petræa Epiſcopus, ſcripsit Libros tres adversùs Manicheos.

Tranquillus à S. Remiglo, Capuccinus, Gallus, edidit Examen Vincentii miniſtri Ruppellenſis.

Tractatus, contra Grecorum errores. *Extat inter inſignes authores Stevartii*.

Tremonienſium Catholicorum defenſio, adversùs Lutheranæ factionis Prædicantes. *Coloniæ* 1605.

S. Turibius, Epiſcopus Aſturicenſis, ſcripſit Libros duos ad S. Leonem Papam contra Priſcillianiſtarum hæreſim.

V

Valentinus Albertus, edidit Intereſſe religionum Chriſtianarum. *Francofurti* 1631.

Valentinus Gerardus, Gallus, S. I. linguâ Gallicâ ſcripſit Triumphum glorioſæ Virginis Mariç, contra calumnias Simeonis Godurii. *Lugduni* 1627.

Valentinus Laurentius, Polonus, edidit Controverſiam generalem de Indulgentiis. *Cracoviæ* 1593.

Valerianus Magnus, Mediolanenſis, Capuccinus, edidit Judicium de Acatholicorum, & Catholicorum regulâ credendi. *Viennæ Auſtriæ* 1641.

Valerius Gallus, Cartuſianus, edidit plura volumina Tintinabulorum titulo, ubi doctè Orthodoxam fidem adversùs hereticos propugnat. *MS. in Cartuſia Vrimaria in Delphinatu*.

Victor, Afer, Carthaginenſis Epiſcopus, ſcripſit ad Theodorum Papam Epiſtolam, quâ Orthodoxam de duabus in Chriſto voluntatibus fidem declaravit.

Victor, Cartennæ in Africa Epiſcopus, ſcripſit adversùs Arianos librum unum, quem obtulit Geiſerico Wandalorum Regi.

Victor, Vargionum Epiſcopus, ſcripſit adversùs Arii hæreſim.

Victorianus Buconius, Caſtellianæ Urbis Mauritaniç Epiſcopus, ſcripſit adversùs Judæos, Arianos, alioſque hæreticos.

Victorinus Afer, ſcripſit more dialectico libros adversùs Arianos. Ad Juſtinum Manichæum, contra duo Manichæorum principia.

Victorius Zilolus, Venetus, ſcripſit contra Judæos. De veritate ſanctiſſimi Sacrificii Euchariſtiæ. Adversùs infidelitatem Lutheri.

Vigilius, Tapſenſis Epiſcopus, ſcripſit adversùs Eutychetem, Arianos, Sabellium & Photinum. *Vide Bibliot. PP. Lugdun.*

Villalpandus, Hiſpanus, ſcripſit adversùs XXXIV. Proteſtantes hæreticos. Adversùs Fabricium Montanum. Pro Concilio Tridentino.

Villa ſancta, ſcripſit De libero arbitrio adversùs Melancthonem.

Vincentius Bandellus, Ord. Prçd. è Caſtronovo Terdonenſi, ſcripſit De poteſtate Papæ.

Vincentius Caſalenſis, Ord. Prçd. ſcripſit contra ſui temporis hæreſes.

Vincentius Ferre, ſcripsit De fide. *Extat in Bibliot. Rocaberti, tom.* 20.

Vincentius Giachari, Ord. Præd. ſcripsit De neceſſitate confeſſionis vocalis omnium peccatorum. De

Pur-

Purgatorio animarum poſt mortem, & de ſuffragiis contra Lutherum. De libero arbitrio, gratià, præſcientià, & prędeſtinatione. *Venetiis* 1569.

Vincentius Lirinenſis, ſcripsit librum I. adversùs hæreticos. Librum adversùs profanas omnium hæreſeon novitates.

Vincentius Ludovicus Gotti, S. R. E. Presbyter Cardinalis ex Ord. Præd. Italicè ſcripsit contra Jacobum Parvum (*Picinino*) hæreticum, Demonſtrationem veræ Chriſti Ecclesię ex signis, & dogmatibus, tribus tomis. *Bononię* 1719.

Vincentius Patina, Brixiensis, Ord. Præd. ſcripsit contra hęreſes modernas. De Primatu D. Petri. *Mantuæ* 1556.

Vincentius Quirinus, Venetus, Monachus Camaldulensis, ſcripsit multa opuſcula contra Infideles.

Vitalengus Boſellus, ſcripsit De poteſtate Pontificis in temporalibus, adversùs Gullielmum Barclajum. *Ferrariæ* 1647.

Vitus Erbermannus, Germanus, S. I. edidit libros IV. prænotatos, Nervi sinè mole, ſeu Roberti Bellarmini vindicationem àb impoſturis Guilielmi Amesii Puritani Angli, & Joannis Gerhardi Lutherani Jennensis.

Vitus Miletus, Germanus, edidit librum, cui titulus, Oculata demonſtratio ſpeculi Jeſuitici. *Colonię* 1582. Brevem diſcuſſionem & refutationem ſexcentorum errorum, quos Thilemannus Heſusius, & Joannes Olearius Pontificiis vaniſſime hactenùs attribuerunt. *Moguntię* 1604.

Voconius, Afer, ſcripsit adversùs Judęos, Arianos, alioſque hæreticos.

Volradus Wengerus, edidit Apologiam pro aſſertione fidei, ac religionis Catholicę Romanæ Ecclesię. *Ingolſtadii* 1577.

Urbanus II. Rhemensis, Pont. Max. ſcripsit contra hæreticorum dogmata.

Urſinus, Monachus, ſcripsit adversùs eos, qui rebaptizandos hęreticos decernunt, docens nec legitimum eſſe, nec Deo dignum illos rebaptizari.

Walafridus Strabo, Germanus, Monachus S. Benedicti, plura ſcripsit, pręſertim De Divinis officiis, Miſſa, Cęremoniis, ritibus, Templis, Altaribus, & hujuſmodi alia, quibus hujus temporis Novatores optimè convinci poſſunt.

Walterus Diſſe, Anglus, Carmelita, ſcripsit contra Lolhardos. De ſchiſmate. De Paupertate Chriſti.

Wenceslaus à S. Eliâ, Polonus, Carmelita diſcalceatus, edidit Librum controversiarum, prænotatum, Echo Tubæ pacis. 1707.

Wenceslaus Sturmius, Bohemus, S. I. Bohemicè ſcripsit contra Picardos Concordiam fidei. Apologiam contra Silvium Huberinum, & contra Concionale Picardicum. Apologiam defensionis concionalis.

S. Wilfridus, Friſius, ex Monacho S. Benedicti Eboracenſis in Angliâ Archiepiſcopus, ſcripſit adversùs Colmannum Ceddam, & Hildam Abbatem de Paſchæ celebratione.

Wilhelmus Lindanus, ſcripſit De optimo Scripturas interpretandi genere. *Coloniæ* 1558. Panopliã Evangelicã. *Ibidem* 1563. De Martini Lutheri, & aliorum ſectariorum doctrinæ varietate, & diſcordiâ. *Ibidem* 1579. Diatribã analyticã de vera Jeſu Chriſti Eccleſiâ. *Extat in Bibliot. Rocaberti tom.* 20.

S. Winfridus, mutato nomine Bonifacius, primus Moguntinus Epiſcopus, & Martyr, Ord. S. Benedicti, ſcripſit De fidei veritate, & contra hæreticos.

S. Wolfhelmus, Abbas Monaſterii Bruvilerenſis Ord. S. Benedicti, ſcripſit adversùs Berengarium De Sacramento Altaris.

Wolphgangus Dellingerus, Germanus, edidit Orationem à ſe habitam in Academia Viennenſi de unitate Eccleſiæ, & viſibili ejus capite in terris. *Ingolſtadii* 1580.

Wolphgangus Herman, Germa-

nus,S.I. Germanicè edidit Anti-Mullerum, ſeu Reſponſum contra errores Mulleri Præconis Lutherani. *Moguntiæ* 1649.

Wolphgangus Kiriander, Ættingenſis, ſcripſit librum de Perſecutionibus Eccleſiæ, *Ingolſtadii* 1541. De notis Eccleſię. *Monachii* 1538.

Z

ZAcharias Boverius, Capuccinus, Salutienſis, edidit Demonſtrationes ſymbolorum veræ & falſę religionis, adversùs præcipuos ac vigentes Eccleſiæ hoſtes Atheiſtas, Judæos, Hereticos, &c. *Lugduni* 1617. Paręneſim Catholicam ad Marcum Antonium de Dominis, olim Archiepiſcopum Spalatenſem, poſteà Apoſtatam. *Ibidem* 1618. Cenſuram Paręneticam in eoſdem libros. *Mediolani* 1621. Orthodoxam conſultationem de ratione veræ fidei, & religionis amplectendę ad Carolum Waliæ Principem. *Matriti* 1623.

Zacharias Firminus, Sequanus, ex Regul. Obſervant. S. Franciſci, edidit Antiquitates Franciſcanas à Novatorum erroribus, & commentis expurgatas, & vindicatas. *Rueſſi* 1647.

Zacharias Metropolita Mitylenenſis, ſcripſit De univerſitatis procreatione, contra Mundi, & materiæ æternitatem. Contra ea, quæ de duobus principiis à Manichęo quodam ſcripta, & in viam publicam projecta invenit.

Zacharias Paſqualigo, ſcripſit De Sacrificio novæ legis. *Lugduni* 1662.

INDEX
HÆRETICORUM

Numerus præcedens ſeculum, ſubſequens paginam indicat.

A

xii. Abbailardus Pag. 1
xi. Abbaudus 2
xv. Abecedarii 3
iv. Abelonii 3
v. Abiſſini 4
v. Ablabius 4
iii. Abſtinentes 5
v. Accacius 5
iv. Acaciani 6
iv. Academici 7
v. Acephalus 7
v. Acephali 8
xiv. Accindinus 8
xvi. Accidentarii 9
iv. Acemetæ 9
iv. Aceſius 11
iv. Achillas 11
xiv. Acontius 11
xvi. Acoſta 12
iii. Adamantius 12
ii. Adamæi 12
xv. Adamitæ 13
Adam Paſtor. Vide Adamitæ.
xvi. Adamus 13
i. Adecerditæ 13
iv. Adelphius 14
Ademes. Vide Peraticus.
xvi. Adeſſenarii 14
xvi. Adiaphoriſtæ 14
iv. Adilophagi 15
iv. Adimantius 15
iv. Adrumentini 15
i. Aerarius 15
iv. Aeriani 16
xvi. Aeriani novi 18
ii. Aeſchines 18
iv. Aetiani 18
iv. Agapetæ 21
iii. Agapetæ alii 21
vii. Agareni 22
vi. Agelanes 22
iv. Agelius 23
vi. Aginenſes 23
iv. Agiomachi 23
viii. Agionichitæ 23
iv. Agnoetæ 23
vi. Agnoetæ alii 24
Agoniſtici. Vide Circonceliones.
iii. Agrippinus 24
iv. Airani 25
xvi. Alaſcani 25
xiv. Albati 26
viii. Albanenſes 26
xiv. Albertus 31

xii.	Albigenſes	32	xvi.	Anticalviniani	53
xvi.	Alciatus	36	xvi.	Anticatholici	53
iii.	Alcibiades	37	xvi.	Antichriſtiani	54
viii.	Aldebertus	37	xvi.	Antidemoniaci	54
iv.	Alexander Iatro	38	xvi.	Antidiaforiſtæ	55
i.	Alexander	38	xvi.	Antilutherani	55
ii.	Alexander	38	iv.	Antimarianitæ	55
xiii.	Algazel	38	xvi.	Antimariani novi	56
xiii.	Almaricus	38	vii.	Anthimius	56
ii.	Alogi	40	xvi.	Antinomi	56
ix.	Amalarius	41	iv.	Antiomouſiaſtæ	57
iv.	Amantius	41	xvi.	Antioſiandrini	57
xvi.	Ambroſiani	41	xvi.	Antipapi	57
xvi.	Ambroſius	42	xvi.	Antipapi furioſi	58
xv.	Amedeus	42	xvi.	Antipuritani	58
xvii.	Ameſius	42	xvi.	Antiſcripturiani	58
v.	Ametritæ	42	xvi.	Antiſtancariani	58
xvi.	Amphidoxi	42	xvi.	Antiſturmiani	59
xvi.	Ammiſtæ	42	xvi.	Antiſuenkfeldiani	59
ii.	Ammenius	42	ii.	Antitactæ	59
ii.	Ammonius	43	xvi.	Antitrinitarii	59
iv.	Ampulianus	43	xvi.	Antonius Corvinus	59
xvi.	Amsdorphiani	43	xvii.	Antonius Poquinus	60
xvi.	Anabaptiſtæ	43	iv.	Autrepomorphitæ	60
vii.	Anaſtaſius	47	x.	Antropomorphitę novi	61
v.	Anaſtaſius	47	vi.	Apamejani	61
v.	Anaſtaſius	48	ii.	Apellitæ	61
viii.	Anaſtaſius	49	viii.	Aphronetus	62
v.	Anatolius	49	vi.	Aphtartodocitæ	62
xvi.	Andreas Smidelinus	49	iii.	Apocaritæ	63
xvi.	Andreas Dudithius	49	xvi.	Apocriphi	63
	Andreas Saranita. Vide Guillelmina.		iv.	Apollinariſtæ	63
			iv.	Apollinariſtæ alii	65
xvi.	Andreas Tiraquellus	50	xvi.	Apologetici	65
iii.	Angelici	50	i.	Apoloniaci	67
xvi.	Angelici novi	50	i.	Apolonius	67
v.	Angelitæ	50	iii.	Apoſtolici	67
xvi.	Anglocaluiniani	51	xii.	Apoſtolici	67
xvi.	Anglopapiſtæ	51	xiii.	Apoſtolici	68
xiii.	Anglus innominatus	52	xiv.	Apoſtolici	69
xi.	Anna Comnena	52	iii.	Apotactici	69
v.	Annianus	52	ii.	Apulejani	69
iv.	Anomæi	52	iii.	Aquarii	70
xvi.	Antelapſarii	53	ii.	Aquila	70

Ara-

iii. Arabes 71
Aragonii. Vide Coretii.
ii. Archontici 71
iv. Ariani 72
xvi. Ariani novi 73
xvii. Ariocalviniſtæ 74
iv. Ariſtotelici 74
xiv. Armacanus 74
v. Armeni 75
xviii. Armeni moderni 83
xvii. Arminiani 87
ii. Armonius 87
xii. Arnaldus Brix 86
xiv. Arnaldus Montanerii 90
xiv. Arnaldus de Villanova 90
xvii. Arnaudus 92
v. Arnobius 93
x. Arnulphus 93
xvi. Arrhabonarii 95
xiv. Arragonenſes 95
iii. Artemon 95
ii. Artothyritæ 96
iii. Aſcitæ 96
iii. Aſclepiadotæi 96
ii. Aſcondritæ 96
Aſeliones. Vide Biſaceni.
iv. Aſſuritani 96
ix. Aſtati 97
iv. Aſterius 97
Aſton. Vide Jo: Vviclef.
vi. Athalocus 97
iv. Athanaſius 97
v. Athanaſius 98
i. Atheus 98
iv. Athletæ 101
v. Atticus 101
ix. Attingani 101
iv. Audeus 101
xii. Averroes 102
i. Augures 102
xvii. Auguſtiniani 102
xvii. Auguſtino Bohemi 103
xv. Auguſtinus de Roma 103
xiii. Auguſtinus Steucus 104
xvi. Auguſtinus Marlorat. 104
v. Avitus, & Avidus 105
xvi. Autodoxi 106
xvi. Autotheani 106
iv. Auxentius 106
ii. Axionicus 106

B

ix. Baanitæ 106
xv. Bacularii 106
viii. Bagnolenſes 106
vii. Bairas 108
xvi. Bajus 108
iv. Balatius 109
xvi. Balduinus 109
xvi. Balthaſar Pacimont. 109
vi. Baradatus 110
xv. Barbara 110
v. Barbas 110
xii. Barbeliotæ 110
ii. Bardezanes 110
xiv. Barlaamus 111
vi. Barſaniani 111
xii. De Barulo 111
xvi. Bartholomęus Bernarthus 112
xiv. Barthol. Janoveſius 112
Baſculi. Vide Correrii.
i. Baſilidiani 112
Baſilius. Vide Bogomilli.
iv. Baſilius 115
v. Baſiliſcus 115
ii. Baſſus 115
xvi. Battemburgici 116
iv. Baucalis 116
xv. Bedricus 116
xiii. Beguardi 116
xiv. Beguini 118

Be-

xiv. Beguinæ 119
xvi. Belliani 119
xvi. Benedictus Areſius 120
xvi. Benedictus Talmanus 120
xvi. Benzenhagen 120
Bequarelli. Vide Joſeph Bequarelli.
xi. Berengarius 120
iii. Berillus 121
xvi. Bernardinus Ochinus 122
Bernardus Rotmanus. Vide Clancularii, & Jo: de Leidem.
ii. Bero 123
xiv. Bertoldus de Robach 123
Bertoldus de Borbaco. Vide Antichriſtiani.
ix. Bertramus 124
xvi. Beza 124
viii. Bezer 126
xvi. Bibliſtæ 126
xvi. Bideitæ 128
xvi. Bifidi 129
xvi. Binderliani 129
iv. Biſaceni 130
xvi. Biſſacramentales 130
xiii. Bizochi 130
xvi. Blandriſtæ 131
ii. Blaſtus 132
xvii. Blondellus 133
xii. Bogomilli 133
xv. Bohemi 138
xiv. Bononatus 139
iv. Bonoſiani 139
xvi. Boquiniani 140
xi. Borboriani 140
iv. Botrus 141
iii. Brachitæ 141
xvi. Brandeb. Articuli 141
xvi. Brentius 142
Bretantiones. Vide Correrii.
xvi. Brocardus 145
xvii. Bruniſtæ 146
xii. De Bruis 146
xvi. Bucerus 146
xvi. Budneitæ 151
Bugari. Vide Sodomitæ.
vi. Bugaurius 151
xii. Bulgari 152
xvi. Bullingerius 152
xvi. Burreliſtæ 153
xvii. Burrus 153

C

xiv. Cabaſilas 154
xvi. Cacangelici 154
xi. Canaluitæ 154
xvi. Cœleſtes prophetæ 154
iv. Calenus 155
ii. Cajani 154
xvi. Caletius 155
iv. Caliſtus 155
xv. Calixtini 155
xvi. Calvinus 156
xvi. Calviniſtæ cauſarii 167
xvi. Calvinomaſtigæ 168
xvi. Calvinopapiſtæ 168
xvi. Calviniſtæ liberi 168
xvi. Calviniſtæ Pacifici 168
vi. Chaldæi 155
xvii. Cameronus 168
xvii. Camericnenſes 168
xvi. Campanus 168
iv. Campates 169
iv. Campenſes 169
v. Candidianus 169
v. Cantobabditæ 169
xviii. Capè 170
iv. Capito 170
xvi. Capito 170

xiv.	Capuciati	170
ix.	Carbeas	171
xvi.	Cargius	171
xvi.	Carloſtadius	171
xvi.	Carolus Molineus	173
ii.	Carpocras	175
iv.	Carponas	175
ii.	Caſſianus	176
ii.	Cata-aeſchinem	176
xvi.	Catabaptiſtæ	176
iii.	Cathariſtæ	177
iii.	Cathari	177
xii.	Cathari	177
xiii.	Cathari	167
xvi.	Cathari	177
iii.	Cataphrygi	178
iii.	Cathaprocli	178
vii.	Cazinzarii	178
xiv.	Cæccus	178
iii.	Cæcilius	179
v.	Cœleſtius	130
v.	Cælicolæ	182
ii.	Celſus	182
ii.	Cenones	183
xvi.	Cenſores	183
xvi.	Centuriatores	183
ii.	Cephalenii	184
ii.	Cerdon	184
i.	Cerinthus	185
vi.	Chavarigtes	186
iii.	Chiliaſtæ	187
iv.	Chreſtologi	188
xvi.	Chriſtianus Francus	188
xvi.	ChriſtianusRodingus	189
xvi.	Chriſti familia	189
vi.	Chriſtolitæ	180
xvi.	Chriſtini	189
v.	Chriſippus	189
viii.	Chriſtianocathegorici	189
xvi.	Chriſtodini	190
xvii.	ChriſtophorusSādius	190
xvi.	Chriſtoph. Scaplerus	190
iv.	Circoncelliones	190
xiii.	Circoncelliones	191
xvi.	Circumciſi	191
xvi.	Clancularii	192
ix.	ClaudiusTaurinenſis	192
nvi.	ClaudiusGuiliandus	193
xvii.	Claudius Calviniſta	193
v.	Claudianiſtæ	193
vii.	Clemens Scotus	194
i.	Cleobius	194
v.	Cnapheus	194
xvii.	Coccejani	195
ii.	Codiani	195
ii.	Colarbaſius	195
iv.	Colliridiani	196
xvi.	Collini	197
vii.	Colman	197
xvi.	Colloquiſtæ	198
xvi.	Colludentes	198
iv.	Collutus	198
iv.	Collutus	198
xvi.	Communia habentes	198
xvi.	Commutatores	199
	Concordenſes, Vide Bagnolenſes.	
xvi.	Concordiſtæ	199
	Concorretii. Vide Contorezeutes.	
xvi.	Condormientes	201
xvi.	Confęderati	201
xvi.	Confeſſio Saxonica	202
xvi.	Confeſſioniſtæ Auguſtani	202
xvi.	Confeſſioniſtæ rigidi, & molles	202
xvi.	Confeſs. Ang. Emuli	202
xvi.	Confeſſioniſtæ novi	210
xvi.	Confeſſioniſtæ Provinciales	210
xvi.	Confeſ.recalcitrantes	212
xvi.	Confeſs. 4. civit.	212
xvi.	Confeſs.Glor.Chriſti	212
vi.	Cononitæ	212
xvi.	Conniventes	212
xvi.	ConradusGenevenſis	213
vii.	Conſtans Imper.	213

xvi.	Coſtantinus Fontino	213
vi.i.	Conſtant. Copronim.	213
ivi	Conſtantin. Indigena	213
ii.	Conſtan. Sacelarius	213
xvi.	Conſubſtantiatores	213
ii.	Continentes	213
xvii.	Convenientes	214
xvi.	Cophti	214
xviii.	Cophti moderni	215
xvii.	Coppinus	215
xvi.	Copti	215
	Coracion. Vide Chiliaſtæ	
	Cornariſte. Vide Pelagiani novi.	
xvi.	Cornelius Agrippa	215
xii.	Correrii	215
xvii.	Correſpondentes	216
vi	Cortupticolę	216
v.	Coſmiani	216
xvi.	Couracius	217
viii.	Cozorenſes	217
xiii.	Credentes	217
ii.	Creſcens Cynicus	217
v.	Creſconius	218
iiii.	Criſpinus	218
	Criſpinus. Vide Beza	
iiii.	Curbicus	218
xvi.	Currus Stercorum	218
ii.	Cynici	218
xvii.	Cyrillus Lucar	218
v.	Cyrola	219
iv.	Cyrtiani	219
vii.	Cyrus Alexandrinus	219

D

	DAdoes	219
iv.	Dalleus	219
vi.	Damianiſtæ	220
xvi.	Daniel Tilenus	220
vi.	Daniel Syrus	220
	Daniel Bicilenſtri	220
xvii.	Daniel Camerius	220
xvi.	Daniel Georgius	220
xvi.	Daniel Chytreus	223
xiii.	Daniel Dinantius	223
xvi.	Daniel Pareus	223
v.	Decacerati	224
xii.	Decanus	224
xvi.	Deiſte	224
xvi.	Dei terreni	226
xvi.	Dęmoniaci	226
xvi.	Dęmonicolę	226
iv.	Demophilus	229
xvi.	Denchiani	227
xvi.	Deſertores	223
xiii.	Deſiderius Longob.	227
xvi.	Deſiderius Eraſmus	228
v.	Deutherius Arianus	229
iv.	Deuterius	230
xvi.	Diaboliſtę	230
v.	Diacrinomeni	230
i.	Diagoras	230
xvi.	Diazius	231
iii.	Dicaritæ	231
iii.	Didymus	231
iv.	Dynus donatiſta	231
iv.	Dimetritæ	231
iv.	Diodorus	232
xiv.	Dionyſius	233
iii.	Dioſcorus	233
v.	Dioſcorus	233
v.	Dioſcorus	234
i.	Diatrephles	234
iv.	Diſcalceati	234
xv.	Diſcipula Vicleffi	235
ii.	Docitæ	235
v.	Domitianus	235
xvi.	Domus charitatis	235
iv.	Donatiſtæ	236
vi.	Dorothęus	239

Do-

iv.	Dorotheus	239	xiv.	Dulcinus	240
vi.	Drinus	240	iv.	Duliani	242
xvi.	Duite	240	xii.	Durandus	242

E

i.	EBion	242		Eraſmus. Vide Deſiderius Eraſmus.	
xvi.	Ebionitæ	245	xv.	Eraſmus	264
xvi.	Eberiani	245	xv.	Eraſtienſes	264
iv.	Ecebolius	245		Erigena. Vide Joannes Scotus.	
xiv.	Echardus	245			
xvi.	Efrontes	247	viii.	Ernuolſus	265
xv.	Egidius	247	viii.	Eſaias	265
xvi.	Egidiani	250	xvi.	Eſſentiatores	265
iv.	Ethales	250	vii.	Etnophontes	265
xvi.	Ejulantes	250	iv.	Evagrius	265
iii.	Elchzaitæ	250	xvi.	Evangelici	265
i.	Elexai	252	xvi.	Euchitæ	255
iii.	Electi	252	iv.	Eudoxius	266
iv.	Eleuſius	252	iv.	Eunomius	267
v.	Eleuſius	252		Eunomio Theophromani. Vide Theophronius.	
xvi.	Eleutheropapiſtę	252			
i.	Elymas	253		Eunuchi. Vide Valeſii.	
vi.	Elius	253	iv.	Euphemitæ	268
viii.	Elipandus	253	ii.	Euphrates	268
iv.	Elpidius	254	iv.	Eupſychius	268
iv.	Elpidius	254	iv.	Euſebiani	268
iv.	Elvidius	254	iv.	Euſebius	269
v.	Emeritus	254	iv.	Euſebius	269
ii.	Encratitæ	254	iii.	Euſebius	269
xvi.	Energici	256	iv.	Euſtatius	269
iv.	Entolpius	256	v.	Eutyches	271
iv.	Entuſiaſtæ	256	xvi.	Eutychiani novi	272
xvi.	Entuſiaſtę novi	261	iv.	Euzojus	272
xii.	Eon	262	iv.	Euzojus	272
iv.	Epictetus	262	xvi.	Examinatores	273
i.	Epicurei	262		Extatici. Vide Entuſiaſtæ novi.	
iii.	Epigonius	263			
xv.	Epiphanes	263	xvi.	Extavagantes	273
ii.	Epiſcopius	263	iv.	Exucontii	263
xvi.	Eraclitæ	264	xvi.	Ezechiel	273
xvi.	Eraſmus	264			

F

iv. FAlcidius 274
i. Falſi prophetæ 274
xvi. Fanatici 274
xvi. Farellus 274
Faſerus. Vide Circoncelliones.
v. Fauſtus 275
v. Fauſtus 275
iv. Felicianus 276
iv. Feliciani 276
iii. Feliciſtimus 277
v. Felix 277
iv. Felix 277
viii. Felix 277
ii. Femina Italica 277
vi. Ferquardus 278
Figurativi. Vide Paſqualis Queſnelius.
iv. Firmianus 278
iii. Firmianus 278
xvi. Flaciani 278
xiii. Flagelantes 280
v. Flavitas 283
ii. Florinus 283
xii. Folmarus 284
v. Fortunatus 285
iv. Fortunatianus 285
xiii. Fornicarii 285
i. Fortunatitæ 285
iv. Fortunius 285
xiv. Foſſarii 285
Fotius. Vide Græci.
xiv. Franciſcus de Lutra 286
xvi. Franciſcus Lambertus 286
xvi. Franciſcus David 286
xvi. Franciſcus Puccius 286
xvi. Franchen 286
xviii. Franchen 286
xiv. Fratres Joannes de Latone, & Petrus de Bonagetta 287
xvi. Fratres charitatis 287
xvii. Fraternit. Roſæ crucis 287
xvi. Fratres hortenſes. Vide Clacularis
xiv. Fraticelli 288
xvi. Fraticelli 288
ix. Fredeuardus 289
iv. Fulgentius 289
Fullo. Vide Cnaphæus.
xvi. Functius 289

G

iv. GAjanite 289
v. Gainas 290
iv. Galla 290
xv. Gallecus 290
xi. Gandulphus 290
xvi. Gaſpar Ulerianus 291
v. Gaudentius 291
Gazari. Vide Cathari.
i. Gentiles 291
xvi. Gentiliſtæ 291
xiii. Georgiani 293
iv. Georgius 294
iv. Georgius 294
iv. Georgius 294
xvi. Gerardus 295
x. Gerbertus 295
xvi. Germanus 296
xvi. Geuſii 296
xii. Gelbertus 296

xi. Gimnopodæ 299
Girardus. Vide Apoſto-
lici ex 3. ſpecie
viii. Gizidus 399
vii. Gnoſimachi 299
ii. Gnoſtici 300
xvi. Gnoſtici novi 301
xvi. Goadmannus 301
xvi. Gommariſtæ 301
i. Gortheus 302
ix. Gotteſcalcus 302
ix. Græci 303
xviii. Græci moderni 309
xvi. Gregorius Pauli 310
xvi. Gribaldus 313

Guerini. Vide Illumina-
torum ſecta.
xiv. Guiardus de Creſſon. 314
xi. Guibertus 314
xiv. Guido de Lacha 314
xiii. Guillel. de S. Amore 314
xiv. Guillelmus Ochamus 316
xvi. Guillelmus Poſtellus 316
xiii. Guillelmus Cornelius 317
v. Guillelmus de Hilderniſ-
ſem. Vide Ægid. Cantor
xvi. Guillelmus Bidemb. 317
xiv. Guillelmus Anglus 318
xvi. Guillelmus Carteſius 318
xiii. Guillelmina 318

H

i. HAdrianiſtæ 318
xvii. Hadrianiſtę 318
xvii. Haicitæ 318
v. Hamaxarii 319
xvi. Hampſtedius 319
ii. Harmonius 319
Hæreſes quarum neque author certò ſcitur, neque origo. 319
vi. Heicetæ 321
iv. Helladius 321
Henfordius. Vide Jo. wicleff.
xi. Henriciana hæreſis 321
xii. Henriciani 321
ii. Heracleon 323
Herbertus. Vide Deiſtæ.
xvii. Hercules Coxam 323
ix. Herenulſus 324
xi. Heribertus 324
iii. Hermas 324
iv. Hermias 324
xiii. Hermannus Pongilup. 325
xiii. Hermannus Riſvich 326

xvi. Hermannus Bodius 327
ii. Hermogeniani 327
iv. Heron 328
xvi. Heſchuſius 328
v. Heſitantes 328
xvi. Heterodoxus 328
xvii. Hicmannus 328
Hidroparaſtatę. Vide Aquarii.
iii. Hierarchitæ 329
iv. Hilarius 330
iv. Hilarius 330
v. Himericus 331
xvi. Hofmannus 331
Holandinus. Vide Hermannus.
Hominum intelligentiæ ſecta. Vide Ægidius Cantor.
viv. Homoncioniſtæ 332
vi. Homoncionitę 332
vii. Homur 332
x. Homouſiaſtæ 332
vi. Honericus 332
xvi. Hortenſes 332

xvi. Hortenſius Landus 332
xiv. Hornus 332
xiv. Hugo Aubriottus 332
xiii. Hugo Latimerus 332
xvi. Hugoniſtę 332
xii. Humiliatorum ſecta 333
xvi. Hunnius 333
xv. Huſſitæ 334
xvi. Hutitæ 338
ii. Hydrotheitæ 338
xvi. Hieronym. Zanchus 338
xv. Hieronym. Pragenſis 339
i. Hymeneus 339
iiii. Hypolitus 339
iv. Hypſiſtarii 339
Hyſicaſte. Vide Quieſcentes.

I

xv. Jacobellus 339
vi. Jacobitæ 339
xvi. Jacobus Brocardus 341
xvi. Jacobus Andreę 341
xvi. Jacobus Kautius 341
xvi. Jacobus Herbrandus 342
xvi. Jacobus Faber 342
xiv. Jacobus Iuſti 342
xvi. Jacobus Melſtinſchi 342
xvi. Jacobus Paleologus 342
xvi. Jacobus Præpoſiti 343
xvi. Jacobus Scenchius 347
Iacobus Smidelinus. Vide Infernales.
xvi. Iacob. Schimidelinus 347
iii. Iamblicus 347
xvii. Ianſeniani 347
viii. Iconomachi 350
xii. Iconoclaſte recent. 352
i. Idololatræ 352
xvi. Ienenſes 352
v. Igini 395
xvi. Illuminatorum ſecta 352
xvi. Impecabiles 354
xiv. Impurorum ſecta 354
xi. Inceſtuoſi 354
Independentes. Vide Puritani.
Incorruptibiles. Vide Gaianitæ.
v. Indiani 355
xvi. Infernales 355
xii. Inſabbatati 355
vi. Inſtabiles 356
iv. Inſtantius 356
xvi. Interimiſtæ 357
xvi. Inviſibiles 357
xvi. Ioachinus weſtphal. 357
xvi. Ioachinus Curæus 357
xii. Ioachinus Abbas 357
xvi. Ioannes Agricola 358
xv. Ioannes Bechaim 358
xiv. Ioannes Baneus 358
xiv. J. Behet 359
xvi. Jo. de Bruch 359
xvi. Jo. Caſimirus 359
xvi. Jo. Bugenhangius 359
xvi. Jo. Cazonovius 359
xvi. Jo. Clericus 359
xviii. Jo. Clericus 359
ix. Jo. Erigena 360
iv. Jo. Ieroſolymitanus 360
xiv. Jo. Iordanus 360
xvi. Jo. Kauxus 371
xvi. Jo. à Laſcho 371
xvi. Jo. de Leidem 371
Jo. Matthiæ. Io. Boccoldus. Vide Io. de Leidem.
xvi. Jo. Marpachius 372
xvi. Jo. Maſſo 372

Jo.

xvi.	Jo. de Mercuria	372
xvi.	Jo. Monchemius	372
xv.	Jo. Oldechaſtelius	373
xvi.	Jo. Oecolampadius	374
xv.	Jo. Parvus	375
	Jo. Papi. Vide Antipapi	
xiv.	Jo. Pariſienſis	376
xiii.	Jo. Parmenſis	376
xvi.	Jo. Præmoſtratenſis	377
xvi.	Jo. Piſcator	377
xiv.	Jo. de Polliaco	378
xvi.	Jo. Pfeſingerius	378
xvi.	Jo. Rivius	378
xv.	Jo. de Roceſena	378
xiv.	Jo. de Rupeſciſſa	378
xvi.	Jo. Sommerus	379
xvi.	Jo. Spagĕmbergus	379
xiv.	Io. Sanguinacius	379
xiv.	Io. Seignour	379
xvi.	Io. Sturmius	380
xvi.	Io. Tripemander	380
xi.	Io. Venetus, & Io. Tudechinus	380
xvi.	Io. de Veſalia	381
xvi.	Io. Velſius	381
xvi.	Io. Weſtphalus	381
xiv.	Io. Wiclephus	383
xvi.	Io. Willelmus	394
xviii.	Ioſeph Beccarelli	394
iv.	Iovinianus	394
ii.	Iſidorus	395
xvi.	Iſcariotæ	395
xv.	Iſmael Sophus	395
iv.	Ithaciani	396
i.	Iudas	396
xvi.	Iudaiſtæ	396
xvi.	Iudaizantes	396
i.	Iudæi	396
	Judæorum ſectæ.	
	Baalitæ	401
	Doſithei	401
	Eſſæi	402
	Gallilæi	403
	Galatæ	403
	Gorthæni	403
	Heliognoſtici	403
	Hemerobaptiſtæ	403
	Herodiani	403
	Hoſi	403
	Molochitæ	403
	Muſoritæ	404
	Nazarei	404
	Phariſei	404
	Oſſeni	404
	Phariſei	404
	Puteoritæ	404
	Ranatitæ	404
	Remſamnitæ	404
	Sabbaithæ	404
	Sadducæi	404
	Samaritani	405
	Sabuæi	405
	Serpenticolæ	405
	Tophetitæ	405
xvii.	Iudæo-Chriſtiani	405
xvi.	Iudæo-Trinitarii	405
xvi.	Iudocus	406
iv.	Iulianus	406
v.	Iulianus	406
vi.	Iulianus	406
xvi.	Iuſtificatorii	406
xvi.	Iuſtus Ionas	409
xvi.	Iuvellus	409

K

xvi. Kemnitius 410
Kautius. Vide Jacobus
Kautius.
Knoxus. Vide Jo. Knoxus.

L

Lacrimantes. Vide Ejulantes.
xvi. Lajocephali 411
iii. Lampetiani 411
xvi. Lambertus Danæus 411
xvi. Laſcani 412
xviii. Legni 412
v. Leontius 412
iv. Leontius 413
xv. Laurentius Valla 413
xii. Leoniſtæ 413
v. Leucius 413
i. Levitici 413
xi. Leo Acridanus 413
x. Leotardus 414
v. Leporius 414
xi. Leutherius 414
iii. Libellatici 414
xvi. Liberi fratres 414
xvi. Libertini 415
xvi. Libertini 417
xvi. Libertini 417
xvi. Linguatarii 417
Liſojus. Vide Heribertus.
xvi. Loiſtæ 418
xv. Lolhardi 418
iv. Lungi 420
Lubertus. Vide Sibrandus.
xvii. Lubieniecius 420
iv. Lucianus 420
ii. Lucianus 420
iv. Lucius 420
iv. Lucilla 421
xvii. Lucilius 421
xvi. Lucas Stemberger 421
iv. Luciferiani 421
xvi. Luthero-Papiſtæ 423
xvi. Luthero-Calviniſtæ 423
xvi. Lutheroſiandrini 423
xvi. Luthero-Zuingliani 423
xvi. Lutherani molles 423
xvi. Lutherus 423

INDEX HÆRETICORUM

Quos continet Tomus Secundus.

M

iii. Macarii 1
vii. Macarius 1
vii. Macedonius Ant. 1
iv. Macedonius Conſt. 1
xvi. Macedoniani novi 2
xvi. Machiaveliſtæ 2
vi. Mahometes 3
xvi. Magdeburgenſes 5

Ma-

xv. Magiſter Petrus de Cugneris 5
xvi. Magorum ſecta 5
xvi. Majeſtatici 5
iv. Majorinus 6
xvi. Majoriſtæ 6
xvi. Malleſius 6
iii. Manes Manichæi 6
xiii. Manfreda 9
xi. Manichæi novi 9
xvi. Manichæi noviſſimi 9
xvi. Manifeſtarii 10
xvi. Mannarii 10
xvi. Mansfeldenſes 10
xvi. Manus impoſitorii 10
xiv. Maratonius 10
xvi. Marbach 10
iv. Marcellus 12
ii. Marcellina 12
ii. Marcion 12
xvi. Marcionitæ novi 15
xv. Marianus Scotus 15
xi. Mareus, à quo Marcitæ 15
iii. Marcus Marcienus 15
xvii. Marcus Antonius de Dominis 15
xiv. Margarita Porria 17
iv. Marinus 17
vi. Marronitæ 17
iv. Maris 17
xiv. Marſilius 18
iii. Martialis 20
iv. Martianus 20
vi. Martyriani 20
xvi. Martyriani novi 20
xi. Martini 20
xiv. Martinus Gonſalvus 20
i. Maſobotheus 20
iv. Maſſaliani 20
xvi. Maſſaliani novi 21
iv. Mathematici 21
xv. Matthæus Palmerius 21
xv. Matthæus Grabon 21
xvi. Matthæus Dreſſerus 22
ii. Materiarii 22
xvi. Matthias Reidt 22
iv. Maximus 22
iv. Maximinus 23
iv. Maximianus 23
ii. Maximilla 23
ix. Mechiani 23
xvi. Mediatores 24
xvi. Meiſnerus 25
xvi. Melancthonici 25
Melchioritæ. Vide Hofmannus.
ii. Melchiſedechiani 27
xviii. Melchitæ 28
iv. Meletiani 28
xvi. Memorialiſtæ 28
i. Menander 29
iv. Mennas 29
xv. Mendicantium quorundam propoſitiones erroneæ 30
xvi. Mennonitæ 31
iv. Menoſantus 31
xvii. Mercerus 31
xvii. Metaphoriſtæ 31
xvi. Metamorphiſtæ 32
iii. Metangiſmonitæ 32
xvi. Methonymici 32
xi. Michael Cerularius 32
xvi. Michael de Ceſena 33
xvi. Michael Sernetus 34
ii. Millenarii 36
i. Minæi 39
xvi. Miniſtri Calviniani 39
iii. Miſericordes 39
Molinæi. Vide Carolus Molinæus.
Molinos. Vide Quietiſtæ.
ii. Monarchici 40
xvi. Monaſterienſes 40
Monoſelitæ. Vide Bonoſiani.
vi. Monothelitæ, atque Monophyſitæ 40

ii. Monvimus 41
ii. Montanus 41
iv. Montenſes 43
xvi. Montzerici 43
xvii. Morinus 43
xvi. Moriſonus 44
Moſcovitæ. Vide Rutheni
v. Moyſes falſus in Creta 44
ii. Moyſenitæ 44
i. Mundanitæ 44
xvi. Muſculus Andreas 44
xvi. Muſculus wolfangus 46
i. Muſcaronitæ 46

N

xvi. NAaziani 46
iv. Narciſſus 46
xvi. Nathanael Elianus 46
xvi. Neariani 46
vi. Neophiti 46
iii. Nepos 46
v. Neſtorius 47
xviii. Neſtoriani moderni 48
xvi. Neſtoriani novi 51
xvi. Neutrales 51
viii. Nicetas 51
xvi. Nicodemici 51
i. Nicolaitæ 51
xiii. Nicolaitæ novi 52
xiv. Nicolaus Cabaſilas 53
xiv. Nicolaus Calaber 54
Nicolaus Gallus. Vide verbo Infernales..
xvi. Nicolaus Hemnigius 54
xi. Nicolaus Methonenſis 54
xv. Nicolaus de Peliſſimon 55
xvi. Nicolaus Selneccerus 55
xvi. Nicolaus Storchius 55
xiv. Nicolaus de Ultricuria 55
iii. Noetiani 56
xiv. Nonorantes 56
iii. Novatus 56
iii. Novatianus 56
iii. Novationenſes 58
xiv. Novatores 58
xvi. Nudipedes 58
vii. Nyctages 58

O

xvi. ODetus Caſtilion. 59
Odiani. Vide Audæus.
xvi. Ollarii 59
vi. Ollypius 59
Oliverius. Vide Albigenſes.
xi. Ophitæ 59
xi. Opinatores 59
xvi. Opinatores alii 59
xvi. Opinioniſtæ 59
iv. Optatus 59
xi. Orbitenſes 60
xi. Ordibarii 60
xv. Orebitæ 60
xv. Orphani 60
iii. Origeniani 60
iii. Origeniani turpes 63
xvi. Oſiandrini 63

P

xvi. Pacificatores 64
xvi. Pacificatores alii 64
xvi. Pacifici 65
vii. Paganizantes 65
xiv. Palamas 65
v. Palladius 66
iv. Palladius 66
v. Palladius 66
ii. Panicaſiaſtæ. Vide Arthothiritæ 66
vii. Parermeneutæ 66
xviii. Paræus David 66
xvi. Parkerus Matthæus 67
iv. Parmenianiſtæ 67
xiv. Parochi Valentini 67
Paſchatitæ. Vide Quartodecimani.
v. Paſcentius 68
Paſſibiles. Vide Corrupticolæ.
xvii. Paſchalius Queſnelius 68
xii. Paſſagini 70
iv. Paſſioniſtæ 70
xvi. Paſtillarii 70
xiii. Paſtorelli 70
xii. Patareni 71
xvi. Paſtoricidæ 71
iii. Paterniani 71
iii. Patriciani 71
ii. Patripaſſiani 72
iv. Patrophilus 72
ii. Pattalorinchitæ 72
xvi. Pauliciani 72
viii. Pauliciani, ſive Paulianiſtæ 73
vi. Paulitæ 74
vii. Paulus Conſtantin. 74
iii. Paulus Samoſatenus 74
xv. Paulus Crau 75
xii. Pauperes de Lugduno 75
xv. Peacochus Reginaldus 75
xvi. Pædobaptiſtæ 75
xvii. Peirerus Iſaacus 76
v. Pelagius 76
xvi. Pelagiani novi 80
xvii. Pelagini 81
xv. Pœnitentiarii 81
ii. Pepuziani 81
ii. Peraticus Euphrates 81
xvi. Peruanus 82
Perticonaſati. Vide Patalorinchitæ.
v. Petilianus 82
xii. Petrobruſiani 83
vi. Petrus Appamenſis 83
vii. Petrus Monothelita 83
vii. Petrus 83
xii. Petrus Lombardus 83
xv. Petrus de Aranda 83
xv. Petrus Dreſenſis 84
Petrus Goviezius. Vide Duitæ.
Petrus Carpentarius. Vide Calviniſtę cauſarii.
xii. Petrus Joannis 84
xvi. Petrus Martyr 85
xv. Petrus de Oſma 87
xiii. Petrus Joannis Olivi 88
v. Petrus Mogus 89
xvii. Petrus Molinus 89
xvi. Petrus Kelſicenſis 89
iv. Petrus Paleſtinus 89
xvi. Petrus Ramus 89
xvi. Petrus Richerius 89
xvi. Petrus Viretus 91
Petritæ. Vide Paulitæ
iv. Phanatici 91
ii. Phantaſiaſtæ 91
ii. Phibionitæ 92
i. Philetus 92

xvi.	Philippus de Mornay	92
vi.	Philopponus	92
iv.	Philoſtorgius	93
iv.	Philoxenus	93
xvi.	Philoſophi Gentiliz.	93
ii.	Philumena	93
xi.	Phytoniſſæ	93
iv.	Photinus	94
ix.	Photinus	94
ii.	Phryges	95
xv.	Piccardi	95
xvii.	Piceninus	95
xvii.	Pientes	95
xvi.	Piſcator	95
xvii.	Plaſſeus	97
i.	Platonici	97
iii.	Plotinus	97
	Pneumatomaci. Vide Semiariani.	
	Pneumatomaci. Vide Macedonius.	
	Pneumatici. Vide Ambroſiani.	
xvi.	Politici	98
iv.	Polemiani	98
vii.	Polycronius	99
xvi.	Polygamiſtæ	99
xi.	Polythei	99
xii.	Populicani	101
xv.	Porcarius	102
iii.	Porphirius	102
	Poſtlapſarii. Vide Antelapſarii.	
iv.	Potamius	102
ii.	Potinus	102
xvi.	Povellus	102
xv.	Pragenſes	103
ii.	Praxeas	103
xviii.	Prædamitæ	103
v.	Prædeſtinatiani	103
iv.	Præcatores	106
ii.	Præpones	106
	Presbyteriani. Vide Puritani.	
iv.	Primianus	106
ii.	Priſca	106
ii.	Priſcilliani	106
vi.	Priſcillianus	107
iii.	Privatus	108
iii.	Proclus	108
ii.	Proclianitæ	108
v.	Proculus	109
xv.	Procopius	109
ii.	Prodicus	109
	Protopaſchitæ. Vide Sabbatius.	
xvi.	Proteſtantes	109
iv.	Pſatyriani	124
	Pſaliani. Vide Meſſaliani.	
xi.	Pſellus	124
	Pſeudo-Irenici. Vide Pacificatores.	
xvi.	Pſeudo-Eccleſiaſtæ	125
xvii.	Pſeudo-Michael	125
xiii.	Pſeudo-Apoſtolici	125
xvii.	Pſeudo-Propheta Angliæ	126
xvii.	Pſeudo-Propheta Indiarum	126
	Pſeudo-Synodici	126

INDEX CONCILIABULORUM.

Anno		
214	Carthaginenſe	130
217	Carthaginenſe	130
303	Cirtenſe	130
306	Carthaginenſe	130
309	Africanum	130
316	Cæſaræenſe	130
335	Mareoſidenſe	130
335	Antiochenum	130
335	Tyrienſe	130
335	Jeroſolym. in Encen.	130

Con-

Digitized by Google

Anno		
336	Conſtantinopolitan.	131
337	Bizantinum	131
340	Antiochenum	131
341	Antiochenum	131
344	Antiochenum	131
347	Philipopolitanum	131
348	Antiochenum	132
350	Jeroſolymitanum	132
353	Arelatenſe	132
355	Mediolanenſe	132
356	Bitterenſe	132
357	Sirmienſe	132
357	Ancyrenſe	132
359	Conſtantinopolitan.	133
359	Nicenum	133
359	Seleucianum.	133
359	Ariminenſe	133
361	Antiochenum	134
365	Lampſacenum	135
366	Cairanum	135
366	Singedunenſe	135
383	Conſtantinopolitan.	135
386	Trevirenſe	135
391	Ancyranum	135
394	Cavernenſe	135
394	Cebarutenſe	135
394	Numidienſe	135
403	Chalcedonenſe	135
404	Conſtantinopolitan.	136
414	Chartaginenſe.	136
431	Antiochenum	136
449	Alexandrinum	136
449	Epheſinum	136
470	Antiochenum	136
475	Alexandrinum	136
484	Alexandrinum	137
512	Antiochenum	137
515	Conſtantinopolitan.	137
540	Conſtantinopolitan.	137
587	Conſtantinopolitan.	137
593	Numidienſe	137
630	Conſtantinopolitan.	137
630	Conſtantinopolitan.	137
Anno		
633	Alexandrinum	137
639	Conſtantinopolitan.	138
685	Tyrannicum	138
692	Erratica Synodus	138
698	Aquilejenſe	138
711	Conſtantinopolitan.	138
712	Conſtantinopolitan.	138
714	Londinenſe	138
725	Conſtantinopolitan.	139
754	Conſtantinopolitan.	139
759	Germanicum	139
806	Conſtantinopolitan.	139
809	Conſtantinopolitan.	139
809	Conſtantinopolitan.	139
814	Conſtantinopolitan.	139
829	Conſtantinopolitan.	140
846	Britannicum	140
852	Saracenum	140
858	Conſtantinopolitan.	140
859	Conſt. in Blachernis	140
861	Conſtantinopolitan.	140
863	Conſtantinopolitan.	140
863	Metenſe	141
867	Conſtantinopolitan.	141
869	Metenſe	141
871	Duziacenſe	141
839	Conſtantinopolitan.	141
897	Romanum	141
944	Conſtantinopolitan.	141
963	Romanum	141
964	Romanum	142
992	Rhemenſe	142
1046	Papienſe	142
1061	Baileenſe	142
1073	Erphisfurdenſe	142
1076	wormatienſe	142
1076	Papienſe	142
1080	Brixienſe	142
1085.	Quintinileburgenſe	143
1086	Ravennatenſe	143
1095	Anglicanum	143
1098	Romanum	143
1101	Mediolanenſe	143

Anno		
1130	Romanum	143
1160	Papienſe	143
1164	Clarendunenſe	143
1164	Norchenſonenſe	143
1166	Herbipolitanum	143
1167	Anglicanum	143
1283	Conſtantinopolitan.	144
1241	Conſtantinopolitan.	144
1346	Conſtantinopolitan.	144
1378	Fundenſe	144
1450	Conſtantinopolitan.	144
1722	Græcorũ modernũ	144

ii. Ptolomæus 144
Publicani. Vide Patareni
xvi. Puritani 144
vii. Pyrrus 147
iv. Pytheciani 147

Q

xvi. Quadriſacram. 148
ii. Quadritheitæ 148
xvii. Quærentes 148
Quakerii. Vide Trepidantes
Quallery. Vide Puritani
ii. Quartodecimani 148
xvi. Quantius 150
Quieſcentes. Vide Palmas
xvii. Quietiſtæ 150
ii. Quintiliani 151
iv. Quintianus 152
xvi. Quintinus 152

R

Ranteri. Vide Puritani
xiv. Raymundus Neoph. 152
iii. Rebaptizantes 154
xvi. Reformatores 154
xiii. Rejudaizantes 154
Remonſtrantes. Vide Arminiani
xi. Reordinantes 155
iv. Rethoriani 155
Richardus. Vide Armacanus
Richeriani. Vide Petrus Richerius
Riſuicani. Vide Hermannus
xvi. Rivetus 155
xvi. Rodulphus Gualterus 156
iv. Rogatiani 156
xi. Roſcelinus 156
i. Ruffinus 156
xii. Runcary 157
iv. Rupitani 157
xvi. Ruſtici 157
xv. Rutheni 157
Rutmannus. Vide Clancularii.

S

iv.	SAbbas	158
ii.	Sabbatius	158
xvi.	Sabbatarii	159
iii.	Sabelius	159
xvii.	Sabeliani	160
iv.	Sabienus	160
iv.	Saccophori	160
xvi.	Sacramentarii	160
xvii.	Salignac	164
xvi.	Samoſatenſes	164
viii.	Sampſon	164
iii.	Sampſei	164
xvi.	Sanguinarii	164
viii.	Sarantapius	164
iv.	Sataniſtæ	164
vi.	Saturninus	164
ii.	Saturninus	165
xii.	Sciſcidentes	165
v.	Schematici	165
	Schiſmatici	165

INDEX SCHISMATUM.

Anno		
254	Schiſma Novatiani adverſùs S. Cornelium Papam & Martyrem	166
354	Fælicis II. contra Liberium quo defuncto Fælix legitimè ſucceſſit.	166
367	Urſicini adversùs Sanctum Damaſum Papam	167
420	Eulalii contra S. Bonifacium.	167
448	Laurentii contra Symmachum.	157
530	Dioſcori contra Bonifacium ſecundum	168
537	Vigilii contra S. Silverium, quo defuncto Vigilius legitime ſed.	168
687	Theodoſii, & Paſchalis contra Sergium.	168
757	Theophilacti, & Pauli ex obitu Stephani tertii	168
768	Conſtantini II. vacante ſede ex obitu Pauli I.	168
824	Zinzinii contra Eugenium II.	168
855	Anaſtaſii presbiteri contra Benedictū III.	169
891	Sergii Diaconi contra Formoſum Papam	169
407	Schiſma inter Leonem V. Chriſtophorum & Sergium	169
964	Leonis contra Benedictum V.	169
974	Bonifacii VII. prius expulſi deinde reverſi contra JoannemXIV.	169
996	Joannis Placentini contra Gregorium V.	169
1045	Silveſtri III., & Gregorii VI. contra Benedictum IX. contra quos Clemens II. ſuffectus eſt.	170
1057	Schiſma Mincii qui falſo dictus Benedictus IX. ſive X. a Nicolao II. expulſus.	170

Ca-

Anno	
1061	Cadoli, ſivè Cadolai Parmenſis Epiſc. contra Alexandrum II. 110
1080	Guiberti Ravennatenſis Epiſcopi dicti Clementis III. contra Gregorium VII. 170
1101	Alberti Theodori, & Silveſtri contra Paſchalem II. 170
1119	Mauritii Burdini contra Gelaſium II. 170
1124	Theobaldi contra Honorium II. 171
1130	Petri Leonis dicti Anacleti II. contra Innocentium II. 171
1159	Octaviani de Monticellis dicti Victoris IV. Guidonis Cremonenſis dicti Paſchalis III. Joannis Strumenſis dicti Calliſti III. & Landonis appellati Innocent. III. contra Alexandrũ Tertium 171
1325	Petri de Corbario dicti Nicolai V. contra Joãnem XXII. 171
1379	Roberti Gebennenſis dicti Clemens VII. contra Urbanum VI. Petri de Luna dicti Benedictus XIII. & Ægidii de Munio dicti Clemens Octavus 171
1439	Schiſma inter Fęlicem V. & Eugenium IV. 174
	Alia ſchiſmata levioris momenti vide pag. 173 & 174

iii.	Schitianus	174
iv.	Scotopitę	174
	Scotiniani. Vide Photiniani.	
xvi.	Scripturarii	174
xvi.	Sebaſtianus Francus	174
xvi.	Sebaſtianus Caſtellio	174
xvi.	Sebaſtian. Munſterus	174
v.	Secundinus	175
ii.	Secundus	175
iv.	Secundus	175
	Sectarii	185
xiii.	Secta ordinis Apoſt.	175
iv.	Seleuciani	175
iv.	Semiariani	176
	Semichriſtiani	176
v.	Semidalitæ	176
v.	Semipelagiani	176
xvi.	Semilutherani	179
xvi.	Semioſiandrini	179
xvi.	Semitranſubſtantiat.	179
v.	Seneca Pelagianus	179
	Separati. Vide Spirituales.	
xvi.	Sepulchrales	180
vii.	Sergius	180
vi.	Sergius	180
iv.	Serras	181
ii.	Sethiani	181
xvi.	Servetiani	181
ii.	Severiani	181
vi.	Severus	182
xvii.	Sibrandus	182
xvi.	Significativi	183
xvi.	Silentiarii	183
iv.	Silvanus	183
xvi.	Simon Simonius	183
i.	Simon Magus	183
i.	Simoniaci	184
xv.	Simplices	184

Siſi-

iv. Siſinius 185
xvi. Smidelinus 185
xvi. Sociniani 185
ii. Socratitæ 192
xviii. Sodomitæ 192
xiii. Sodomitici 192
v. Sozimus 192
xvi. Spina & Sureus 192
xvii. Spinoſa 192
xvi. Spirituales 193
Stableri. Vide Bacularii.
xiii. Stadinghi 193
xvi. Stancariani 194
xvi. StephanusGerlachius 195
ix. Stercoraniſtæ 195
xvi. Stephanus Courcelles 196
ii. Stratiotici 196
xvi. Subſtantialiſtæ 196
xvi. Suiſtæ 197
xvi. Suvenchfeldius 197
Symmachiani. Vide Patriciani.
iii. Symmachiani alii 200
xvi. Syncretizantes 200
xvi. Synodici 200
iv. Syrus 200
Synereos. Vide Præpones.

T

Tacentes. Vide Silentiarii.
ii. Talmudiſtæ 201
xii. Tandemus 202
iv. Tharſenſes 203
ii. Tatianiſtę 203
xiii. Templarii 203
v. Tepidi 204
Terebintus. Vide Buddas
Terricus. Vide Populicani.
iii. Tertulianus 204
vi. Tetraditæ 206
xv. Thaboritæ 206
i. Thebutes 206
ii. Thebulis 206
vi. Themiſtiani 206
iii. Theocatagnoſtę 206
xii. Theodorus Balſamon 207
xvi. TheodorusDorſchius 207
xvii. TheodorusCornatius 207
ii. Theodorus Bizantius 207
v. Theodorus Mopſueſt. 208
vii. Theodorus Pharanita 208
vii. Theodorus Syncellus 208
vi. TheodorusAcephalus 280
v. Theodoſius Alexand. 204
v. Theodoſius Euthych. 209
xvi. TheodoſiusSchinberg. 209
ii. Theodotus Proſelytus 209
ix. TheodorusMiliſcenus 209
ii. TheodorusMontaniſta 209
ii. Theodorus Trapezita 210
iv. Theodoſius 210
iv. Theona 210
viii. Theophilus 210
vi. Theopaſchitæ 210
iv. Theophronius 210
ii. Theotimus 211
ii. Thaſſereſcedecatitæ 211
viii. Thneutopſichitę 211
xiv. Thomas 211
iii. Thomas Manichęus 211
xvi. Thomas Hobbes 211
viii. Thymoleuntes 211
Tibbę. Vide Mennonitæ
iv. Ticonius 211
xvi. Tilemannus 212
xvii. Tilenus 214
vi. Timotheus 214
v. Thimoteus Eleurus 214

Thi-

iv. Thimoteani 215
xvi. Tranſilvani 215
ii. Traſcodrugitę 215
iii. Tranſuaſatores 215
xvii. Traſtus 216
xvi. Tranſconditionatores 216
xvii. Trepidantes 216
vi. Trideitæ 217
xvi. Trinitarii 217
xvi. Triſſacramentales 217
ii. Tritheitæ 217
iv. Trogloditæ 217
xvi. Tropiſtæ 217
xi. Tudeſchinus 217
Turcę. Vide Mahometes
vi. Turco Chriſtiani 217
xiv. Turlupini 217
iii. Typus 218
Tympaniſtæ. Vide Joannes Bechaim

V

iv. Vadiani 218
xii. Valdenſes 218
xvi. Valentinus Cratoaldus 223
xvi. Valentinus Gentilis 223
ii. Valentinus Philoſoph. 223
iv. Valens 224
iii. Valerii 224
xvi. Warten 225
x. Walfredus 225
xvi. Ubiquitarii 225
xvi. Udalricus Velenus 225
xvi. Vergerius 226
xii. Venuſtiani 226
xv. Vhovaliſtę 226
iv. Victor Garbienſis 226
Wicleſiſtæ. Vide Joannes Wicleffus
iv. Victorinus 226
v. Vigilantius 226
x. Vilgardus 228
iv. Vincentius Victor 228
i. Vitalis Antiochenus 229
xvi. Vitalis Pelagianus 226
Umbilicani. Vid. Pallamas
iv. Unctorum ſecta 229
Volfangus. Vide Capito
iv. Urbicus 229
iv. Urſiciniani 229
xv. Utriquiſtæ 230
xi. Wecillo 230
xvii. Worſtius 230
xvi. Witaherus 230
xvi. Wolmarus 231

X

v. Xenajas 231

Z

ii. Zacheani 231
iv. Zachæus 231
v. Zacharias 231
v. Zeno 231
Ziſcha'. Vide Thaboritæ
xvii. Zuinglius 233

Digitized by Google

INDEX NOTABILIUM

A

ABſtinentia à vino non eſt præcepta *tom.1.pag.*255.
Neque abſtinentia ab eſu carnium *ibid.*
Abſtinentes cum Hierarchitis confundit Baronius *tom.1.pag.*5.
Abſolutionis ridiculæ commentum ab Audæo adinventum *tom.1.pag.*101.
Acœmetæ vindicantur à nota hæreſis *tom.1 pag.*9.
Actiones peccaminoſe cummituntur *tom.1.pag.*20.
Actus carnales extra conjugium non poſſunt ſine peccato exerceri *tom.1.pagina* 248.
Accuſare facinoroſos in judicio eſt licitum *tom.1.pag.*106.
Accacius primus, qui docuit ſpectare ad Principes judicare de cauſis Eccleſiaſticis *tom.1.pag.*6.
Accidentia manent ſine ſubiecto in Sacramento *tom.1.pag.*386.
Accæmetæ Monachi à nota hæreſis vindicantur *tom.1.p g.*9.
Adamus non fuit creatus à Deo ut moreretur etiam ſi non peccaret *tom.1.pag.*180.
Adam conſecutus eſt ſalutem *tom.1.pagina* 255.
Adam perſeverare potuiſſet in ſtatu innocentiæ *pag.*311.
Æonum principium eſt ficititium *tom.1.pag.*112.
Aldeberti impudentia *tom.1.pag.*37.
Alexander Magus ſub Antonino Imperatore per ſua præſtigia theſaurum cumulat *tom.2.pag.*59.
Alleluja quando pſalendum *tom 1.p.*413.
Altaria thurificare, & imagines Sanctorum non eſt idololatria *tom.1.pag.*4.
S. Ambroſius Accademicorum ſectæ impugnator *tom.1.pag.*47.
Amalarii ſenſus de Sacramento Euchariſtiæ *tom.1.pag.*195.
Angelus, & homo perſeverare potuiſſent in ſtatu innocentiæ *tom.1.pag.*131.
Angeli non ſunt mediatores inter Deum, & homines *tom.1.pag.*69.
Non ſunt hujus mundi creatores 71. 90. nequeunt informare corpus 107 nequeunt habere potentiam creativam 113. De Angelorum ordinibus 162. Angelus cuſtos unicuique homini eſt deputatus 162. Neque Angelorum cuſtodia quidquam detrahit humanæ libertati *ibid.*
Angeli pro nobis orant, ſunt invocandi, & adorandi; plura hac de re ſcripturæ teſtimonia *ibid.*
Impia Boagomilles de Angelis commenta *tom.1.pag.*135.
Angeli ſunt creati à Deo *tom.1.pag.*401.
Angelos fuiſſe corporeos dubitarunt aliqui ex SS.Patribus, ſed innoxiè, queſtio enim nondum erat tunc temporis ab Eccleſia definita *tom.1.pag.*275.
Nequeunt informare corpora *tom.1.pag.*107.
An ſit hæreticum aſſerere Angelos habere corpora alterius rationis à noſtris *tom.1.pag.*124.
Angeli mali non fuerunt mali à primo inſtanti ſuæ creationis *tom.1.pag.*311
Angeli ſunt creati à Deo 326.
Anabaptiſtarum in Urbe Monaſterienſi impia facinora *tom.1.pag.*372.
Anabaptiſtarum recentiorum coriphæus quis fuerit *tom.1.pag.*31.
Animæ, poſt mortem non informant alia corpora *tom.1.pag.*35.
Anima non moritur ſimul cum corpore *tom.1.pag.*71.
Eſt ſpiritus immortalis eſſentiæ 105. de animæ creatione 107. non eſt creata ante mundi conſtitutionem 111. animarum tranſmigratio reprobatur 115 Animæ quæ in juſtitia decedunt, fruuntur gloria 163.
Anima non eſt ex Dei ſubſtantia *tom.1.pag.*231.
De Animæ motionibus plura ſcitu neceſſaria recoluntur *tom.1.pag.*247.
Animæ non ita ſunt creatæ à Deo ut neceſſario ſint bonæ, vel male *tom.1.pag* 283.
Animæ poſt deceſſum, ſtatim juxta meritum, vel demeritum introducuntur, vel ad gloriam, vel damnantur ad pænam *tom.1.pag.*308.
Anima non corrumpitur cum corpore *tom.1.pag.*312.
Duas Animas ſingulis ineſſe hominibus falſum eſt *tom 1.pag.*310.

Digitized by Google

Anima eſt ſpiritus à Deo creatus *tom.* 1. *pag.* 325.
Non eſt materialis ſed ſpiritualis 327.
De animarum exiſtentia contra Libertinos *tom.* 1. *pag.* 416.
Dari nequeunt animæ eſſentialiter malæ *tom.* 1. *pag.* 183.
De animarum origine quid ſenſerint Origeniſtæ *tom.* 2. *pag.* 62.
Undè haurire potuerint ſuum errorem *ibid.*
Anima Chriſti non præextitit antè incarnationem *tom.* 2. *pag* 62.
Animæ antequam informent corpus non ſunt in Cælo *tom.* 1. *pag.* 412.
Anima rationalis eſt forma hominis *tom.* 2. *pag.* 85.
Animę in reſurrectione non accipient corpus diverſum ab illo quod informarunt *tom.* 2. *pag.* 92.
Anima eſt indiviſibilis *tom.* 2. *pag.* 108.
Animæ non propagantur per traducem *tom.* 2. *pag.* 204.
Malæ animæ non convertent ur in dæmones *tom.* 2. *pag.* 205.
Animata comedere non eſt illicitum *tom.* 1. *pag.* 402.
Anglia quare non habeat Epiſcopos, & Sacerdotes legitimos *tom.* 2. *pag.* 67.
Quam ineptè Franciſcus le Courayer præfatas ordinationes tanquam legitimas ſuſtinere præſumpſerit *ibid.*
Le Courayer ſeſe retractaſſe aſſerit Cardin. de Noalies *ibid.*
Antichriſtus nondum venit *tom.* 1. *pag.* 224 425.
Antichriſtus non pervertet omnes Chriſtianos *tom.* 1. *pag.* 112.
Antiquitas Eccleſiaſtica eſt ſummæ auctoritatis *tom.* 1. *pag.* 20.
Appellatio facta à foro Epiſcopi ad Regem non ſubſiſtit *tom.* 1. *pag.* 388.
De jure appellationum ad ſummum Pontificem *tom.* 1. *pag.* 94. 95.
Apoſtoli an prædicaverint evangelium Chriſti tantum ſecundum literam, an etiam ſecundum ſpiritualem intelligentiam *tom* 1. *pag.* 85.
Apoſtoli prædicaverunt SS. Trinitatem *tom* 1. *pag.* 131.
Non annunciaverunt tempus præciſum, quo venturus ſit Antichriſtus 132.
Aqua ſola in conſecratione ſanguinis non eſt materia ſufficiens *tom.* 1. *pag.* 70.
Sine aqua poteſt fieri conſecratio ſanguinis *p.* 75.
Aquæ benedictæ, uſus, & virtus *tom.* 1. *p.* 282.
Plura concilia uſum aquæ benedictę commendarunt *ibidem.*
Etiam commendarunt miracula *ibid.*
Aqua ſola naturalis eſt materia remota baptiſmi *tom.* 2. *p.* 8.
Artium inventores à gentilibus inter Deos computati *tom.* 1. *p.* 352.
Computarunt etiam Cælum, Solem, Lunam, & Stellas *ibid.*
Artes liberales commendantur in ſacris paginis *tom.* 1. *p.* 333.
Ariana hæreſis quando cœperit in factiones dividi *tom.* 2. *p.* 17.
Arii blaſfemiæ de Verbo incarnato *tom.* 1 *p.* 72.
Arii argumentum quomodo ſolutum à Catholicis *tom.* 2. *p.* 181.
In aſperſione aquæ benedictę Catholici non imitantur Gentiles *tom.* 1. *p.* 282.
Aſcitarum, ſivè aſcodrogitarum inſaniæ *tom.* 1. *p.* 96.
Aſſuritani quo anno prodierint ex donatiſtis *tom.* 1. *p.* 98.
Atheiſmi quis primus invenerit *t.* 1. *p.* 96
Reprobatur ab ipſo lumine naturali *ibid.*
Reprobatur ratione neceſſitatis primi motoris *ibid.*
Ex neceſſitate cauſæ primæ *pag.* 99.
Ex eo quod dari nequeat progreſſus in infinitum *ibid.*
Ex eo quod agnoſci debet una ſuprema, & incommutabilis veritas *p.* 100.
Ex eo quod admittendus ſit ſupremus proviſor, & gubernator *ibid.*
Corolarium ad perſtringendos Atheos *p.* 101.
Attributa divina nequeunt diſtingui ab eſſentia divina *tom.* 2. *p.* 65.
Hanc de facto vident Beati *ibid.*
Audei caſus deplorabilis *tom.* 1. *p.* 101.
Auguria quid ſint; eorundem inventio undè *tom.* 1. *p.* 102.
Averroes quid ſenſerit de Religione Catholica, quid de Judaica, quid de Mahometana *tom.* 1. *p.* 132.
Fuit cellebris Ariſtotelis commentator *tom.* 1. *pag.* 102.

B

Baptiſmus debet conferri in nomine totius Sanctiſſimæ Trinitatis *tom.* 1. *pag.* 13.
Hic locum habuit quæſtio an Apoſtoli baptizaverint in ſolo nomine Chriſti, & conſequenter an in ſolo nomine Chriſti validè potuerit aliquando adminiſtrari baptiſmus de

hac queſtione vide in controverſiis.
Baptizari ab hæreticis non debent rebaptizari *tom.1. pag.* 25.
Baptiſmus non eſt idnlolarria *tom.1.p.*26.
De virrute Baptiſmi *tom.1. pag.*30.
Baptiſmus prodeſt parvulis *tom.1.pag.*44.
Baptiſmus eſt ſpirirualis regeneratio *tom. 1. pag.*72.
Baptiſmus eſt neceſſatius ad delendam culpam originalem *tom. 1. pag.* 77. & 289.
Decedentes ſine baptiſmo ubi collocentur *tom. 1. pag.* 73.
Baptiſma collatum ab hæreticis in debita forma, & materia eſt validum *tom.1. pag* 81.& 110.
Validè confertur ſine Euchariſtiâ *ibid.*
Bapriſmus confert grariam ſanctificantem *tom.1. pag.*289. 438.
Baptiſmus validè conferrur ſinè confirmatione *tom.1. pag.* 82.
Baptiſmus validè confertur etiam ſi non imprimatur froori ſignum crucis *tom.1 pag.* 193.
De forma baptiſmi *tom,1. pag.* 229.
De rebaptizandis quid ſenſerit S. Cyprianus *tom* 1. *pag.*239.
De hac queſtione. Vide in controverſiis.
Baptiſmus aquæ non eſt mutatus in baptiſmum ſanguinis *tom.1. pag.*281.
Chriſti, & Juannis baprizmara ſunt diverſa naturâ, & efficaciâ *tom.1. pag.* 438. *item tom.2. pag.* 82.
Baptiſmus Eccleſiæ differt à baptiſmo Joannis *tom.1. pag.* 136.
Baptiſmus eſt neceſſatius etiam parvulis ad ſalutem *tom.1. pag.* 148.
Sine baptiſmo nemo poreſt ſalvari *tom.1. pag.*185.
Non poteſt baprizari vivus prò defuncto *tom.1. p.*185.
Baptiſma proteſtantium non eſt invalidum *tom.1. p.*236.
Solùm ſalvandos Baptiſmum ſuſcipere falſum eſt *tom.1. p.*299.
Parvuli ſine fide propria benè baptizantur *tom.1. p.* 322.
Baptizare in igne nihil prodeſt *tom.* 1. *p.*324. 340.
Baprizati non ſunt impecabiles *tom.1 p.*354. 414.
Filij fidelium ante ſuſceptum baptiſmum nequeunt computari inter membra Eccleſiæ *tom.1. p.*164.
Baptiſmus non poteſt pro libito ad plures annos diferri *tom.1. p.* 319.
Trina merſio in baptiſmo, quæ viſa eſt approbari à S. Gregorio Papa, quare reprobata io Cophris *tom.1.p.*241
Baptiſmus non reddit hominem impecabilem *tom.1. p.*414.
Baronius ao bene ſenſerit de Euſtatio *t.1. p.*269.
Quid ſenſerit de Agnoætis *tom.* 1. *p.* 23
Barbeliorarum deliria *tom.1. p.* 210.
Beati eſſe quod habent in mente Dei quid ſit *tom.1. p* 40.
Beati vident divinam eſſentiam *to.1. p.*79.
Beatitudo conſiſtere nequit in voluptatibus corporis *tom.1. p.*263.
Beatitudinis rempus non eſt circumſcriptum *tom.2. p* 62.
Beari non ſunt omnes pares in gloria *t.1. p.*394.
Bellum committere chriſtianis non eſt prohibitum *tom.1. p.*375.
S. Bernardus vindicatur à Sententia Millenationum *tom.2. p.*37. 38. 39.
Biſſidorum argumenta explodootur *to.* 1. *p.*129.
Vide etiam in preparatione ad opus ubi copioſis argumentis biſſidorum ſententia impetitur.
Præter Bibliorum textum, etiam traditiones ſunt admittendæ *t.1. p.* 127.
Pro intelligentia ſacri textus pluribus in locis opus eſt interpretatione, falſumque eſt omnes eſſe in intelligentia bibliorum à Deo eductos *tom.1. p.* 128.
Bogomilles Varia ejus deliria circa Trinitatem, Angelos, & Moyſen referuntur, & reprobantur *to.1.p.*134.
Brullei Oſtuni in opprobrium Calvini mors improviſa quomodo contigerit. Vide in præp. ad opus.
Bruta oon ſunt capacia rationis *tom.* 1. *p.*300.

C

Calviniſtarum Synagogæ, qui præſunt quare *Miniſtri* noncupantur *tom.* 2. *pag.* 39.
Calvini, vitam qui ſcripſerint *to.* 1. *p.*156.
Eiuſdem vitæ compendium *ibid.*
Calviniſtarum ſecta in multas factiones ſciſſa, inter ſe diſſident in materia Religionis *tom.* 1. *pag.* 157.
Calviniſtæ fatentur Religionem Catholicam veram eſſe *tom.* 1. *pag.*157.
Primi Calvini ſectatores qui fuerint *to.* 1. *pag.* 156.
Calvinus ſine ullo fructu ſuam Synagogam dilatare enititur in America ope Petri Richerij *tom.* 2. *pag.* 89.

Canicorum liber unus eſt ex libris canonicis *tom. 2. pag.* 174.
Imporam eſſe Cantionem Calvious blaſfemavit Canticorum librum *tom. 1. pag.* 163.
Campanarum uſus non improbandus *tom. 1. pag.* 35.
Cantum Eccleſiaſticum ſprevit Hilarius Arianus *tom. 1. pag.* 330.
Campani interpetratio de verbis conſecrationis explodirur *tom. 1. pag.* 169.
Rrprobatur etiam interpetratio Carloſtadii *tom. 1. pag.* 173.
Carolus Cammeracenſis Epiſcopus contra Janſeniſtas, Queſnelianos, & Figurarivos, quo zelo, qua pietate, & doctrina ſcripſerit *tom. 2. pag.* 68.
De Caractere Sacramentali *tom. 1 pag.* 166
Caro non eſt exorta à malo principio, ideò Matrimonium non eſt reprobandum *tom. 2. pag.* 14.
Neque eſt improbandus animatorum uſu *ibid.*
Caſtitas poteſt voveri *tom. 1. pag.* 207.
Carnium eſus diebus ab Eccleſia prohibitis non permittendus *tom. 1. pag.* 172.
Catari ſine peccato ſe eſſe gloriabantur *tom. 1. pag.* 177.
Catarorum execranda purificatio *tom. 1. pag.* 177.
Cauſæ Eccleſiaſticæ nequeunt à Principibus ſecularibus judicari *tom. 1. pag.* 170.
Pium, hac de Re Conſtantini Imperatoris teſtimonium *ibid.*
Caſſianus Joannes an fuerit ſemipelagianus, ab erroris nevo vindicatur à Petro Ciaconio *tom. 2. pag.* 179.
Cenſura Joannis Clerici *tom. 1. pag.* 359.
Centuriatores qui dicantur *tom. 1 p.* 183.
Centuriarum libri, à quo compoſiti, quid contineant *tom. 1. pag.* 183. 184.
Cœlum juſtis jam eſt reſeratum *tom. 1. pag.* 102.
Ceremoniç Eccleſiaſticç obſervandç *tom. 1 pag.* 14. 438.
Chriſtiani non acceperunt à Platone ſuas de Fide ſententias *tom. 1. pag.* 7.
Chriſtiani poſſunt poſſidere bona temporalia *tom. 1. pag.* 17.
Poſſunt ſponte mendicare *tom. 1. pag.* 75.
Non damnantur omnes *tom. 1. pag.* 91.
Poſſunt adminiſtrare Rempublicam *tom. 1. pag.* 131.
Non licet Chriſtiano accipere viduam fratris in uxorem *tom. 1. pag.* 104.
Chriſtiani poſſunt calceati incedere *tom. 1 pag.* 234.
Chriſtiani ſunt ſubditi Poteſtatibus tam Eccleſiaſticis, quam Civilibus *tom. 1. pag.* 241.
Chriſtiani poſſunt ſalva Fide militare *tom. 2. pag.* 205.
Chriſtus 1 pro ejus confeſſione expedit ſubire martirium *tom. 1. pag.* 13.
Naſcendo non aperuit Virginis uterum *pag.* 13.
Chriſtus non alius homo pro Chriſto fuit crucifixus *pag.* 22.
Habuit ſcientiam infuſam, nec ignoravit diem Judicij *pag.* 24.
Aſſumpſit carnem ex Virgine, non autem attulit de Cœlo *pag.* 30.
Fuit impeccabilis *pag.* 36.
Sumpſit carnem in Virgine, & ex Virgine *pag.* 51.
Legem inſtituit *pag.* 53.
Fuit impeccabilis *pag.* 54.
Eſt noſter juſtificator ſecundum Naturam Humanam, & Divinam *pag.* 57.
Non aſſumpſit ſolam carnem abſque Anima *pag.* 73.
Eſt vere mediator *pag.* 73.
An fuerit mediator ſecundum Naturam Divinam *tom. 2. pag.* 200.
Ex duabus Naturis in Chriſto non eſt facta una *tom. 1. pag.* 84.
Non habuit corpus impaſſibile *pag.* 85.
Verè eſt paſſus *pag.* 85.
Fuit in Chriſto Spiritus timoris Domini *pag.* 88.
Mortuus eſt pro redemptione humana *pag.* 89.
Venit in Mundum, non ſolum ad noſtram inſtructionem, ſed etiam ad ſatisfaciendum pro peccatis noſtris *pag.* 90
Non eſt purus homo *pag.* 95.
Inter Chriſti membra non ſoli electi computantur *pag.* 103.
Humana Natura in Chriſto non eſt perſona Chriſti *pag.* 104.
Anima Chriſti non videt tam clarè Deum, ſicut Deus videt ſe ipſum *pag.* 104.
Humana Natura in Chriſto non eſt equaliter diligibilis ſicut Natura Divina *pag.* 104.
Chriſtum deſcendiſſe ad Inferos probatur contra Marloratum *pag.* 104.
Solvitur argumentum hæreticorum *pag.* 105.
Chriſtus aſſumpſit Naturam humanam ex Virgine *pag.* 109. 113.
Verè fuit Crucifixus *ibid.*
Chriſtus pro omnium ſalute carnem aſſumpſit *pag.* 115.
Quomodo per Divinam Omnipotentiam ſit in pluribus locis *pag.* 120. 124.
Chriſtus in Cruce non dubitavit de ſua ſalute *pag.* 123.
In Chriſto non ſunt duæ filiationes *pag.* 140.
In Chriſti corpore glorificato adhuc apparent vulnerum cicatrices *pag.* 142.

Chriſti Corpus non eſt ubique *pag.* 144.
Chriſtus quà Deus, Deus eſt ab æterno *pag.* 151.
Reſurrexit clauſo monumento *pag.* 158.
Chriſtus ſecundum Naturam Divinam (prout exprimit Calvinus) non eſt mediator *pag.* 158.
Naſcendo non aperuit Virginis uterum *pag.* 113.
Non moriendo ſolum, ſed vivendo ſuis Sanctis Operibus, & per Nativitatem, Circoncisionem, Paſſionem, &c. nobis promeruit *pag.* 174.
Chriſtus non eſt natus à Joſeph *pag.* 175.
Eſſe nequit Filius, & Pater *pag.* 176.
Non eſt conſecutus Divinitatem in Reſſurectione *pag.* 180.
Præſcivit quæ paſſurus erat *pag.* 183.
Chriſti Pater non eſt ignotus *pag.* 185.
Chriſtus non deſcendit in Jeſum jam adultum *pag.* 185.
Chriſti Regnum non conſiſtit in Oblectamentis ſenſualibus *pag.* 186.
Chriſtus non eſt purus homo *pag.* 186. 245.
Eſt verus homo *pag.* 189.
Aſcendit ad Cœlos in corpore, & anima *pag.* 189.
Chriſtus dici nequit quod quà Deus fuerit obediens Patri *pag:* 200.
Non deſcendit in corpore ad Inferos *pag.* 201.
Chriſti tres aſcenſiones fictitiæ *pag.* 201.
Corpus Chriſti eſt glorificatum *pag.* 215.
Non neceſsè ſed liberè Chriſtus eſt paſſus *pag.* 216.
In Chriſto ſunt duæ Naturæ *pag.* 216.
De Regni Chriſti initio, & fine *pag.* 217.
Chriſtum negare coram hominibus eſt peccatum *pag.* 222.
Chriſtus non fuit alius à Jeſu *pag.* 250.
Non eſt Filius Dei adoptivus *pag.* 253.
In Chriſto ſunt duæ Naturæ *pag.* 271.
Non attulit Corpus de Cœlo *pag.* 272.
In Chriſto non ſunt duæ perſonæ *pag* 276.
Chriſtus à primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit omniſcius *pag.* 301.
Invocatus ut Deus ab Eccleſia *pag.* 313.
Chriſtum credere de Virgine natum, non eſt ſimplex circonſtantia in materia Fidei *pag.* 319.
Aſcendit ad Cœlum *pag.* 321.
Sedet ad dextram Patris *pag.* 325.
Chriſti Corpus non revertetur in ſolem *pag.* 337.
Chriſtus Salvator eſt Dei Filius *pag.* 328.
In ſua Paſſione ſatisfecit pro omnibus *pag.* 338.
Mortuus eſt pro omnibus *pag.* 348.
Chriſtus deſcendit ad Limbum *pag.* 180.
De Chriſto quàm impiè blasfemaverit Socinus: præcipuus Socini error de Chriſto efficaciſſimis reprobatur argumentis *pag.* 185. 186. 187.
De Chriſti ſatisfactione catholicum dogma ſtabilitur, & ſocinianiſmum evertitur *pag.* 189. 190. 191.
Chriſti Corpus non eſt Dei eſſentia *p.* 200.
Circuncisio poſt inſtitutionem Baptiſmi non eſt amplius ſervanda *tom.* 1. *pag.* 4. & 16.
Cienfuegos Alvari Cardinalis pietas, ſcientia, & opera in lucem edita *tom.* 1. *pag.* 186. 187.
Clavium traditio, de quà in Evangelio, non ſignificat præciſè poteſtatem anuntiandi verbum Dei *tom.* 1. *p.* 362.
Clavium traditio prout ſignificat ſupremam auctoritatem, facta eſt immediatè Petro, non univerſæ Eccleſiæ *tom.* 1. *pag.* 362.
Claves accipere non ſignificat accipere miniſterium, ſed ſupremam poteſtatem *tom.* 1. *pag.* 362.
Clericis non eſt interdictum civile dominium *tom.* 1. *pag.* 138.
Clericorum cœlibatus commendatur *tom.* 1. *pag.* 165. 172. 207.
Ante Concilium Niconum non exigebatur cœlibatus in promovendis ad ſacros Ordines *tom. pag.* 170.
Coitus carnalis extra Matrimonium non eſt licitus *tom.* 21. *pag.* 52.
Confirmatio eſt verum Sacramentum *tom.* 2. *pag.* 58.
Communio ſub utraque ſpecie non eſt neceſſaria ad ſalutem *tom.* 2. *pag.* 84.
De Communione Sanctorum quid ſenſerint libertini *tom.* 1. *pag.* 416
In quo conſiſtat *ibid.*
Inter conſilium, & mandatum an detur diſcrimen *tom.* 1. *pag.* 379.
Collarbaſij ineptię *tom.* 1. *pag.* 195.
Communio ſub utràque ſpecię non eſt neceſſaria ad ſalutem *tom.* 1. *pag.* 138.
Enodantur Obiectiones *ibid.*
Concupiſcentia carnis, quæ remanet poſt Baptiſmum non eſt peccatum *tom.* 1. *pag.* 150. 158. 346.
Concordiſtæ undè ſic dicti *tom.* 1. *p.* 199.
Colloquium inter Lutherum, & Zvuinglium grandi apparatu factum, ſed ſine fructu *p.* 199.
Concordia inter proteſtantes ſępè tentata, ſed ſine ullo ſucceſſu *tom.* 1. *p.* 199.
diſcordiæ incentivum *ibid.*
Concordiæ libri ſubſcriptio perſuaſiones, dolum, circonventiones, ac verſutias à Schmidelino tentata *tom.* 1 *p.* 200.
Comedere res animatas non eſt prohibitum *tom.* 1. *p.* 351.
Neque comedere de ſuffocato *tom.* 1. *pagin.* 308.

Con-

Coniugati poſſunt ſalvari *tom.* 1. *p.*330.

Coniugia an dici poſſint ſpirituales contractus *tom.* 1. *p.* 414.

Concubitus promiſcui, licet ſit ex utraque parte conſenſus, extra Matrimonium non ſunt liciti *tom.* 1. *p.* 516.

Corpora etiam cum animabus damnantur *tom.* 1. *p.* 222.

Corpora per Divinam Omnipotentiam ſtare poſſunt ſine extenſione locali *tom.* 1. *p.* 357.

Corruptio humanæ Naturæ alia phiſica, alia moralis, de utraque diſſeritur *tom.* 1. *p.* 279.

Corporis Chriſti exiſtentia in Euchariſtia multiplici argumento probatur contra Sacramentarios *tom.* 2. *p.* 160. 161. 162. 163.

Corpus Chriſti non eſt ubique, & omnipotens *tom.* 1. *p.* 57.

Neque Chriſtus accepit Corpus ex elementis *p.* 61.

Neque Corpus impaſſibile aut alienum à corruptione mortis *p.* 290.

Solvuntur objectiones *ibid.*

Conſecrationis verba a Laſcanis, quam ineptæ interperata *tom.* 1. *p.* 412.

Conſubſtantialis terminus quo uſi ſunt primi Eccleſiæ Patres equivalentia habetur in Sacris paginis *tom.* 1. *p.* 7.

Confeſſionis auricularis neceſſitas *tom.* 1. *p.* 30. 346.

Confeſſio Sacramentalis eſt de jure Divino *tom.* 1. *p.* 160.

Confeſſio præmitenda communioni *pagin.* 171.

In confeſſione peccata exprimi debent in ſpecie *tom.* 1. *p.* 204. & 443.

Confeſſio non eſt ſolum de conſilio, ſed de præcepto *tom.* 1. *p.* 374.

vide etiam 204. & 443.

Confirmatio non reiteranda *tomo* 1. *p.* 25. 307.

Quando conficiatur *tom.* 1. *p.* 85.

Eſt Sacramentum novæ Legis *tomo primo p.* 397. 439.

Confirmationis miniſter eſt Epiſcopus *tom.* 2. *p.* 74.

Concilij ritè congregati auctoritas *tom.* 1 *p.* 345. 437.

Concilia generalia congregantur in Spiritu Sancto *tom.* 1. *p.* 382.

Concilia generalia congregati delent à Pontifice, non ab Imperatore *tom.* 2. *p.* 5.

Concilium, non eſt ſupra Papam *p.* 19.

Conciliabuli Conſtantinopolitani convocati ab Imperatore Niceforo ſeculo nono decreta coliguntur *p.* 23.

Concilium Baſileenſe poſt indictionem Concilij Ferrarienſis non fuit amplius legitimum *p.* 30.

Notæ ad diſcernenda Concilia à conciliabulis *p.* 27.

Concilia dici nequeunt ſimpliciter neceſſaria *p.* 127.

Concilia generalia à ſolo Romano Pontifice indici poſſunt *p.* 128.

In Concilijs, quibus competat ſuffraggium deciſivum *p.* 128.

Concilio Generali legitimo debet Romanus Pontifex, vel per ſe, vel per ſuos Legatos preſſidere *p.* 129.

Diſcutitur an Papa ſit ſupra Concilium, vel Concilium ſupra Papam *p.* 129.

Conciliabulorum Series *vide à p.* 129. *uſq. ad p.* 144.

Creaturæ quæ ſint Naturà ſuà malæ naſci nequeunt *tom.* 1. *p.* 300.

Crux eſt adoranda *tom.* 1. *p.* 77. 142.

Reſpondetur objectionibus *ibid.*

Quare adorentur omnes Cruces, non autem omnes Clavi, Lanceæ &c. *p.* 193.

Dnleus eſt triplex, alius Deo, alius Mariæ Virgini, alius Sanctis impenditur *p.* 197.

S. Cipriani ſententia in cauſa rebaptizantium *p.* 239.

D

DAmnati poſt judicium non conſequuntur veniam *tom.* 1. *p.* 48.

Non omnes, qui deceſſerunt ante Chriſti adventum ſunt damnati *p.* 79.

Damnati in Æternum cruciabuntur *p.*248

Decimarum ſolutio debita Eccleſię, quo jure *tom.* 1. *p.*68. 241. 358. 389.

Decanus Præsbyter Pictavienſis S. Bernardo infenſus, viſibiliter caſtigatur *tom.* 1. *p.*224.

Deiſtarum nomine qui intelligantur *pagin.* 225.

Deiſtarum dogma reprobatur *p.*226.

Deus non diabolus creavit fructus terræ *t.* 1. *p.*5.

Deus in cęlo viſibilis eſt á B. *p.*93.88.311.

Non eſt corporeus *p.* 60.

Non poteſt videri oculo corporeo *p.*60. 259.

Deus eſt Creator Mundi *p.*71.

Deus non poteſt mentiri *p.*76.

Deus eſt Omnipotens *p.*88.

Eſt auctor omnium bonorum *p.*89.

Deus non eſt compoſitus *p.*89.

Eſt proviſor univerſorum *p.* 102.

Deus eſt adorandus *p.* 122.

Eſt

Eſt omnipotens licet ſit impecabilis p.125.
Deus neminem provocat effectivè ad peccatum p. 133. 283.
Deus non poteſt eſſe auctor peccati pa. 158. 312.
Creat, & infundit novas animas p.217.
Non eſt materia prima p.223.
Ad peccatum tantum permiſſivè ſe habet p. 249.
Deus eſt ubique per immenſitatem p.249. 250.
Deus eſt incomprehenſibilis p. 266.
Deus non tantum corde, ſed & verbo invocandus p. 313.
Cognitionem habet malorum quæ ſub terra fiunt p.419.
Dei ſcientia eſt eſſentialis, & immutabilis, non autem eſt ſcientia reminiſcentiæ tom. 1. p.24.
Dei exiſtentia contra atheiſtas validiſſimis probatur momentis p.98. 99. 100. 101.
Deus eſt omniſcius tom. 1. p.419.
Deus quomodo concurrat effectivè ad malum tom. 2. p.26.
Dei eſſentia eſt indiviſibilis p. 39.
Deus an alliquid velit ſub conditione p.96.
Deus non vult actiones injuſtas, quamvis decreverit Chriſtum pati à Judæis p.96.
Dei immenſitatem Plato negavit: probatur Deum eſſe immenſum p.97.
Deus quantum eſt de ſe vult omnes homines ſalvos fieri p. 104.
Vires ſufficientes dat omnibus ad ſalutem, quia Dei miſericordia neminem deſerit, quomodò neque deſerat illos quibus Evangelium non eſt prædicatum p.104. 105. 106.
Deus Pater unicum tantum generat filium p.107.
Deus impoſſibilia non præcipit p. 144.
Non modo corde, ſed ore Deum confiteri tenemur p.154.
Deus non eſt mutationi obnoxius p. 175.
Deum eſſe infinitum, neque mutationi obnoxium, iterum probatur contra Socinum p.188.
Devotio externa an evocet ab interna tom. 2. p.24.
Deorum impoſſibilitas oſtenditur tom. 1. p.243. 291. 300.
Non datur Deus mali principium p. 300.
Dei ſingularis providentia comprobatur tom. 1. p.102.
Sub qua ratione ſit malorum creator p.198.
Quale adoretur in Sacramento, non autem in omnibus creaturis, licet ſit ubique p.207.
Inter divinas perſonas datur diſtinctio tom. 1. p.8.
De diſtinctione virtuali admittenda in divinis p.18.
Quale habeat fundamentum p.19.
In divinis Pater neceſſario generat filium p.22.
Quid idearum nomine in mente divina intelligendum p.39.
Divinitas non eſt in Deo tanquam forma p.298.
Divinitas in filio Dei eſt incarnata p. 298.
Diabolus nõ fuit creatus natura ſua malus ſicut neque ceteræ creaturæ ſunt natura ſua malæ tom. 2. p.7. 8.
Diabolus non poteſt creare corpora t. 1. p.33.
Diaboli de facto dantur, ſicut maleficia, & preſtigia p.54.
Demonis pœnæ non ſunt temporales p. 79.
Demones ſinguli non inhabitant ſingulis hominibus p. 136.
Diabolus perſeverare potuiſſet in ſtatu innocentiæ tom. p.311.
Demonum apparitiones veræ an dentur tom. 1. p.50.
Dimetritarum opiniones variç referuntur tom. 1. p.231.
Diodori Antiocheni hęreſis innotuit poſt ejus deceſſum p.232.
Quid ſenſerit de Chriſto. Fuit præcurſo Neſtorii p. 233.
Dioſcori Alexandrini impudentia p. 233.
Divortia ad libitum ſine cauſa fieri nequeunt tom. 1. p306.
Donati duo, à quo ex duobus Donatiſtarum ſecta ortum habuerit tom. 1. p.236.
Doctrinæ quam tradit Eccleſia veritas demonſtratur p. 279.
De dolore peccatorum ſcitu neceſſaria teleruntur p. 347.
An gratia præcedat dolorem, vel dolor gratiam iuſtificantem ibid.
Dominium rerum ab uſu facti an poſſit ſeparari tom. 2. p.33.
Dominium rerum non fundatur in gratià & charitate tom. 2. p.220. 221.

Ebio-

E

EBionitæ in duas ſectas diviſi *tom.* 1. *p.*243.
Eccleſia habet auctoritatem excommunicandi *tom.* 1. *p.*28.
Non poteſt errare in fide *p.66.*
Continentur in Eccleſia etiam peccatores *p.*97.
An Eccleſia conſtet ſolum ex illis, qui ſecondum propoſitum electionis vocati ſunt ſancti *p.*103.
Conſenſus univerſalis, & perpetuus in materia fidei eſt ſignum Eccleſiæ Orthodoxæ *p.*126.
Eccleſia eſt viſibilis *p.*144. 357.
Eccleſia Romana errare non poteſt nec in fide, nec in moribus *p.*149.
Eccleſia vera non eſt extincta *p.*164.
Habet poteſtatem promulgandi leges quæ obbligant in conſcientia *p.*165.
In Eccleſia non ſunt hæreſes *p.*182.
Non eſt Sedes Antichriſti *p.*211.
Eccleſię auctoritas ſubſiſtit *p.*240.
In Eccleſiis convenire poſſunt fideles utriuſque ſexus *p.*270.
An ſoli juſti continentur in Eccleſia *p.*335.
Ejuſdem poteſtas in Chriſtianos *ibid.*
In Eccleſię theſauro, præter merita Chriſti, ſunt etiam exuberantia merita B.M.V. & Sanctorum *p.*344.
Sub pæna peccati poteſt Eccleſia præcipere obſervantiam ſuarum legum *p.*345.
In quibus expenſis inſumat, quæ à fidelibus colligit *tom.* 1. *p.*94.
Eccleſiæ claves Chriſtus tradidit immediatè D. Petro *tom.* 1. *p.*362.
Poteſt interpretari verba Chriſti *p.*383
Non poteſt errare in canonizatione Sanctorum *p.* 303.
Eccleſiam cum Summo Pontifice eſſe judicem infallibilem controverſiarum fidei probatur exemplis primitivæ Eccleſiæ *p.*329.
In Eccleſia eſt poteſtas ad eijcienda demonia *tom.* 1. *p.*210.
Eccleſia vera debet eſſe viſibilis *p.*357.
Eccleſiam veram unam tantum eſſe poſſe, & conſequenter unam tantum dari veram Religionem validiſſimis probatur argumentis. *Vide in preparat. ad Opus.*
Eccleſię membrum an eſſe poſſint qui ſunt extra Eccleſiam *tom.* 2. *p.*44.
Schiſmatici, & excommunicati non ſunt membra Eccleſiæ *ibid.*
Eccleſiaſticos habere poſſeſſiones non eſt contra ſcripturam *tom.* 1. *p.*387.
Gaudent immunitate *p.*389.
Eccleſia non modo poteſt abſolvere à peccatis externis, ſed etiam ab internis *tom.* 2. *p.* 16.
Eccleſia nunquam præcepit jeiunium die dominico *tom.* 2. *p.* 50.
Eccleſiæ infallibilitatem probantes Catholici, non committunt circulum vitioſum, ut perperam contendit Pareus. *p. 66.*
Vide etiam quæ dicta ſunt in præparat. ad opus.
Eccleſia Romana ſola eſt vera Eccleſia *p.* 110.
Una eſt *p.* 110.
Non ſic Eccleſia proteſtantium, quæ in plures diviſa eſt Synagogas *p.*111.
Variæ opiniones proteſtantium circa eumdem Religionis articulum *p.* 111.
Eccleſia Romana eſt Sancta *p.* 113.
Sancta Sanctitate morum, & doctrinæ *p.* 114.
Eccleſia Romana eſt vere Catholica *p.* 115.
Eſt vere Apoſtolica, & nunquam defecit ab Apoſtolica doctrina *p.* 116.
Nulla hactenus facta eſt mutatio doctrinæ in Eccleſiâ Romana *p.* 116.
Habet legittimam miſſionem in ſuis Paſtoribus *p.* 117.
Eccleſia Chriſti non eſt inviſibilis *p.* 120.
Eccleſia dupliciter conſiderari poteſt, ſecundum Statum interiorem, & exteriorem *p.* 121.
Eccleſia vera nequit errori eſſe obnoxia *p.* 121.
Neque unquam à vera Fide defecit *p.*122.
Ecthesis nuncupatum eſt edictum Imperatoris Herachlij *tom.* 2. *p.* 40.
Damnatur à Pontificibus *ibid.*
Ecthesis nomen quid ſignificet *p.* 180.
Eleemoſina accipi poteſt etiam à peccatoribus. *tom.* 1. *p.* 239.
Eleemoſina comendatur *tom.* 1. *p.*294.
Electi ante Univerſale Judicium introducentur ad Gloriam in Cœlo *tom.* 1. *p.* 102.
An ſoli electi ſint membra Chriſti *p.*103.
Poſſunt in hac vita peccare *p.* 125.
Enthuſiaſtę cujuſdam horribilis caſus *tom.* 1. *p.* 261.
Enthuſiaſtarum petitiones *tom.* 2. *p.* 43.
Epicurei non Epicurum ſed Ariſtipium ducem habent *tom. p.*262.
Quare dicti Epicurei, non Ariſtipiani *ibid.*
Epiſcopus licet peccator eſt verus Epiſcopus *tom.* 11. *p.* 31.
Nec per peccatum amittit Dignitatem *p.*35

Ha-

Habet iuriſdictionem. *p* 55.
Epiſcopi legitimè in Conciliis congregati habent ſpiritum Dei, & recta docent. *p*.59.
Epiſcopalis ſtatus, eſt ſtatus perfectionis. *p*.191.
Epiſcoporum dignitati congruit decens ornatus *p*.241.
Epiſcopi in primitiva Eccleſia etiam cauſas ſeculares diſcutiebant. Varia hac de re exempla. *p*.369.
Epiſcopus excommunicans Clericum, qui appellat ad Concilium, non eſt traditor Regni. *p*.388.
Eccleſiæ bona auferri nequeunt à dominis temporalibus. *p*.348.
Epiſcoporum iuriſdictio, quàm diſpar à juriſdictione Romani Pontificis. *t*.1.*p*.80.
De authoritate Pontificis, & Epiſcoporum. *p*.209.
Epiſcopi, licèt in hæreſim lapſi, poſt reſipiſcentiam iterum recipi potuerunt ab Eccleſia cum honore. *p* 423.
Epiſcopus non habet facultatem diſpenſandi in ſacros canones. *t*.2.*p*.23.
Eraſmus, eiuſdem doctrina qualis fuerit. *t*.1. *p*228.
Quanto in honore habitus à Viris doctrina, & dignitate conſpicuis. *ibid.*
Sinergiſtarum authorem facit Schluſſemburgius. *ibid.*
De ejus fide quid ſenſerint aliqui. *p*.229
Errores in quos impegit Eraſmus. *ibid.*
Erigena Joannes Sacramentariorum præcurſor. *p*.360.
Eſus carnium eſt licitus. *t*.2. *p*.182.
Eſſentia Dei videri nequit oculis corporeis. *t*.2.*p*.65.
Evangelio ſuper omnia credendum *t*.1. *p*.113.
Habet veram rationem legis *t*.1. *p*.143. *t* 2. *p* 26.
Quæ in Evangelio leguntur, non omnia ſunt præcepta, ſed plura ſunt conſilia. *t*.2 *p*.26.
In Eucharistia remanent accidentia. *t* 1 *p* 2.
Chriſti corpus in Euchariſtia non frangitur: ſolvitur inſtantia deſumpta ex verbis Pauli. *p*.3.
Prodeſt dignè, obeſt indignè ſumentibus. *p*.14.
Adeſſenariorum ſenſus circa Euchariſtiam reiicitur. *p*.14.
Corpus Chriſti eſt realiter in Euchariſtia. *p*.33. 46.
Validè conficitur Euchariſtia in pane azymo. *p*.82.
Non debet exhiberi dementibus, & parvulis. *p*.87.
Non datur tanquam inveſtitura *p*. 95.
Eſt adoranda *p*.118.
In Euchariſtia fit vera tranſubſtantiatio. *p*.121.
Continet verè, & realiter Corpus Chriſti. *p*.121.
Cibi communis, cùm Sacramento altaris equiparatio, eſt blasphemia. *p*.123.
Idem corpus adoratur in Euchariſtia, quod eſt de Virgine natum *p* 124.
In Euchariſtia non modò electi, ſed etiam reprobi ſuſcipiunt Corpus Chriſti. *t* 1.*p*.140.
Corpus Chriſti in Euchariſtia non eſt ſubſtantialiter præſens in ſolo uſu. *p*. 146.
Neque percipitur ſola fide, ſed realiter. *p*.147.
Solvuntur obiectiones hæreticorum. *ibid.*
Realis exiſtentia corporis Chriſti in Euchariſtia probatur contra Calvinum, improbando eius aſſertum, quo contendit panem Euchariſticum ſe habere præcisè ut ſimbolum. *p*.165.
De exiſtentia Corporis Chriſti in Euchariſtia quid ſenſerint Iconoclaſtę. *p*.351.
Conſecrationis verba non ſunt inſtructiva. *t*.1.*p*.165.
De efficacia Sacramenti Euchariſtici. *p*.257.
Verum, & integrum Corpus Chriſti ſumitur in Euchariſtia. *p*.284.
Dum panis Euchariſticus eſt in ore, non deſinit Chriſtus eſſe ſub ſpeciebus. *p*. 287.
Benè conficitur in azymo. *p* 306.
Sumitur in Euchariſtia Corpus Chriſti etiam ab eo, qui eſt in peccato mortali *p*.308.
In Euchariſtia Chriſtus eſt realiter, & identicè in propria præſentia corporali. *p*.386.
Euchariſtia non conſiſtit in uſu. *p*.439.
Qualis ſit eius effectus primarius. *p*.440.
De pręparatione ad ſuſceptionem Euchariſtiæ. *ibid.*
In Euchariſtia an dici poſſit, quòd Corpus Chriſti ſit maieſtaticè in hæreticorum ſenſu. *t*.2.*p*.5.
Corporis Chriſti ubiquitas exploditur. *p*.5. & 6.
Dici nequit quòd Corpus Chriſti ſit omniſicum. *p* 6.
Euchariſtiam ſumentes, ſumunt corpus, & ſpiritum. *p*.29.
Euchariſtia non eſt ſimplex memoriale, neque conſiſtit in ſola fide. *ibid.*
Euchariſtia non eſt omnibus neceſſaria neceſſitate medii ad ſalutem. *t*.2. *p*.53.
Sacramenti Euchariſtici ſumptio eſt proficua ſumentibus. *p*.90.

B Eu-

Eutychetis commentum de corpore aereo in reſurrectione. *t.* 1. *p.* 272.
Naturæ humanæ in divinam converſio ab Eutychete confecta reprobatur. *p.* 272.
Exorciſmus. Quid ſit de ejus efficacia: quis habeat authoritatem exorcizandi. *t.* 1. *p.* 162. 210. 333.
Excommunicationis vinculo poteſt quis canonicè alligari ab Eccleſia, etiam ſi non ſit excommunicatus à Deo. *t.* 1. *p.* 387.
Extrema Unctio eſt Sacramentum. *t.* 1. *p.* 329.
De ejus effectibus. *p.* 330.

F

Facinoroſi in lege gratiæ poſſunt à Magiſtratibus puniri, etiam pœna mortis, ſi exigat gravitas delicti. *t.* 1. *p.* 290.
Feſtivitatum obſervantia. *tom.* 1. *p.* 244. 245.
Feſtivis diebus vacandum ab opere manuali. *p.* 380.
Ferquardus à nota hæreſis vindicatur. *t.* 1. *p.* 278.
Fides ſinè operibus non ſalvat. *t.* 1. *p.* 20.
An quiſquis teneatur credere ſe eſſe Chriſti membrum, & hoc ſit neceſſarium ad ſalutem. *p.* 50.
Sola fides non ſufficit ad ſalutem. *p.* 57. 160. 266.
Fides non eſt diſcurſus rationis *p* 88.
Non eſt proprietas naturę. *p.* 114.
Fides veræ non poſſunt eſſe plures. *p.* 129.
Fides poteſt amitti. *p.* 159.
Fides non ſolis Scripturis, ſed etiam traditionibus nititur. *p.* 166.
Fides non conſiſtit in hoc, quòd quis ſciat quid credat. *p.* 192.
Non eſt remittenda uniuſcuiuſque arbitrio. *p.* 227. 230.
Fidem ſolo verbo negare ad evadēdam perſecutionem non licet. *p.* 242.
Neque licet fidem diſſimulare. *p.* 275.
Fides non innititur rationibus, ſed Dei verbo. *p.* 276.
Neque haberi poteſt circa ea, quæ de ſe cognita ſunt. *p.* 312.
Fides Catholica ſola eſt vera, & neceſſaria ad ſalutem. *p* 336.
Fides ſola non ſufficit ad obtinendam remiſſionem peccatorum. *p* 380.
In materia fidei inter hæreticos multiplices diſcrepantiæ. Undè originentur. *Vide in præpar. ad opus.*
Fidem an amittat, qui alia peccata committit. *t.* 2. *p.* 27.
Fidei plures veritates non poſſunt comprobari principiis philoſophicis. *t.* 2. *p.* 42.
Inter articulos fidei nequit admitti diſcrimen articulorum ſubſtantialium, & accidentalium. *p.* 119.
Filius Dei eſt propriè Dei Filius, non metaphoricè. *t.* 2. *p* 31.
Filius in divinis non eſt factus, ſed genitus. *t.* 2. *p* 62.
Filius eſt coeſſentialis æterno Patri. *t.* 1. *p.* 7.
Vox Conſubſtantialis implicitè habetur in ſacris paginis *p.* 7.
Filius eſt ab æterno. *p.* 11.
Non eſt creatura. *p.* 59.
Eſt æqualis Patri. *p.* 22. 96.
Eſt Verbum Patris. *p.* 41.
Non eſt diſſimilis Patri in deitate. *p.* 53. 273.
Ante incarnationem iā extabat ab æterno. *p.* 122.
Filius quà Deus, non eſt ſubditus Patri. *p.* 157.
Non eſt una cum Patre perſona. *p.* 169.
Eſt propriè Verbum, & imago Patris. *p.* 220.
Non eſt creatus. *p.* 264.
Eſt à Patre genitus. *p.* 173.
Catholicè dicitur, quòd fuerit Crucifixus 277.
Figurativorum opinio reprobatur. *tom.* 2. *p.* 69 70.
Flagellatio nequit ſupplere pro Baptiſmo. *t.* 1. *p.* 281.
Nec eſſe poteſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem. *ibid.*
De quadragenaria flagellatione commenta reiciuntur. *ibid.*
Neque poteſt æquiparari martyrio. *pag.* 282.
Folmari ſententia de Sacramento exploditur. *t* 1. *p.* 284.
Veritas Sacramenti juxtà Eccleſiæ ſenſum confirmatur. *ibid.*
Fornicatio eſt peccatum. *t.* 1. *p.* 117.
A fortiori coitus nefandi. *t.* 1. *p.* 284.
Fornicatio ſimplex eſt peccatum. *tom.* 2. *p.* 34.
Fortuna in ſenſu Ethnicorum non ſubſiſtit. *t.* 1. *p.* 285.
Fraternitatis roſæ crucis, quæ fuerint leges. *p.* 287.
Fuga tempore perſecutionis an ſit licita. *t.* 2. *p.* 42.

Ge-

Digitized by Google

G

GEnuflexi orare rennunt Agionichitæ. *t. 1. p.* 53.
Gentiles. Quinque momenta efficaciſſima ad convincendos Gentiles. *t. 1. p.* 291.
De æterna generatione diſſeritur. *t.* 1. *pag.* 412.
Eſſe nequit ex non exiſtentibus. *tom.* 1. *pag.* 294.
Circa generationem divinam quid doceat Theologia. *t. 2. p.* 153.
Geotgii Ariani perfidia, & immanitas. *t. 1. p.* 594.
Georgii Fox, Trepidantium (vulgo Quakers) inventoris, hiſtorica notitia. *t. 2. p.* 216.
Quid ſentiant Trepidantes. *p.* 217.
Gilbertus Porretanus à S. Bernardo convictus. *t. 1. p.* 297.
Gizidus Saracenorum Princeps, primus favet Iconoclaſtis vana ſpe deceptus. *p.* 299.
Gignere & creare non eſt idem in Deo. *t. 1. p.* 124.
Gratiam æqualem à Deo omnibus conferri tàm juſtis, quàm peccatoribus falſum eſt. *t. 1. p.* 170.
Gratia non eſt viſibilis qualitas. *t. 1. p.* 557.
Gratiam qui amittit, poteſt iterum ad gratiam reſtitui. *p.* 331.
Gratiæ interiori poteſt homo reſiſtere. *p.* 349.
Gratiæ ſtatus non eſt à lege ſpiritus, ſed à lege Evangelica. *t. 1. p.* 376.
Lex ſpiritus dupliciter poteſt intelligi. *ibid.*
Gratia incompoſſibilis eſt cum peccato. *t. 5. p.* 43.
Gratia ſufficiens ad implenda præcepta datur omnibus. *p.* 79.
Sinè gratia, & ſolis propriis viribus nequit homo operari ad ſalutem. *p.* 82.
Gratia nullatenus derogat libero arbitrio. *p.* 80.
Græcorum modernorum errores collecti ex epiſtola ſynodica promulgata anno 1725. *t. 1. p.* 309.
Eorundem reprobatio. *p.* 310.
Gregorianum Kalendarium ab univerſa Eccleſia acceptum. *t. 2. p.* 150.
Gregorii Septimi ſanctitas commendata. *t. 1. p.* 164.
Guidonis de Lacca corpus exhumatum, ope dæmonis elevatum, ad Epiſcopi preces decidit. *t. 1. p.* 314.
Guillelmi Ochami ſcripta *p.* 316.
Ejus ſententia impugnatur. *p.* 316.
Guilleminæ deliria. *p.* 318.

H

HAbitum S. Franciſci deferentem non poſſe damnari, quis aſſeruerit. *t.* 1. *p.* 90.
Henoticon promulgatur à Zenone Imperatore ad inſtantiam Accacii. *tom.* 1. *p.* 6. ſicut & ſuggeſtione Petri Moggi. *t. 2. p.* 89.
Hericetæ: ridicula eorundem opinio. *t.* 1. *p.* 321.
Heracleonis deliria. *p.* 323.
Hermanni fictitia ſanctitas. *p.* 357.
Hæretici vocari poſſunt in judicium, & puniri. *t. 1. p.* 501.
Hæretici dicti miſericordes, in plures ſententias diviſi circa æternum ſupplicium. *t. 2. p.* 39.
Homo habet liberum arbitrium. *tom.* 1. *p.* 110. 374.
Solvuntur objectiones. *p.* 110.
Homo in hac vità quantumvis perfectus, eſſe nequit impeccabilis. *p.* 116.
Non poteſt in hac vita ita perfectè beari, ſicut in alia. *p.* 117.
Licèt perfectioni addictus, tenetur obedire. Eccleſiæ *p.* 117.
Tenetur exerceri in bonis operibus. *p.* 118.
Homo non operatur malè in opere, & actione Angeli. *p.* 155.
Non eſt ſubditus influxibus ſtellarum, nec ab illis neceſſitatur ad agendum *p.* 179.
De homine interiori & exteriori. *p.* 549.
Non habent ſinguli homines inhabitantem in ſe dæmonem. *p.* 258.
Homo non habet duas animas. *ibid.*
Poteſt homo ſemper majorem in hac vita perfectionem acquirere. *p.* 260. 265.
Ad imaginem Dei, non diaboli factus eſt homo. *p.* 279.
Homines aliquos naturà ſuà malos naſci falſum eſt. *p.* 300.
Homo liberè peccat. *p.* 30. 448.
Homo ſolis naturæ viribus nequit ſe præparare ad Dei gratiam. *tom.* 5. *pagin.* 25.
Hominem quoad animam creatum eſſe à ſolo Patre, quoad corpus à ſolo Filio, quoad ſpiritum à ſolo Spiri-

tu ſancto, quàm ineptè aſſeverit Nicolaus Calaber. t.2. p. 14.
De iuſtificatione hominis quid ſenſerit Uſiander: eius ſententia reprobatur. p.63.
Homo, ſi perſeveraſſet in ſtatu inocentiæ, fuiſſet immortalis. p.77.
Homo non eſt eſſentialiter Deus. p.200.

I

JAcobitæ moderni quales errores profiteantur. t. 1. p. 345.
Janſenii vitæ compendium. t. 1. p.347.
Ejus libris, quos morte preventus non potuit publici juris facere, quis ultimam manum impoſuerit. p.348.
Quinque famoſæ propoſitiones Janſenii breviter reprobantur. p.348.349. 350.
Iconoclaſtiæ exordia, & progreſſus. p. 350.
Impoſtorum Iudæorum operà propagatur. *ibid.*
Idololatriæ exordia. t. 1. p.352.
Idololatræ qui ſint. p. 352.
De varietate deorum, quibus Idololatræ cultum impenderunt. p.352.
Idololatriæ reliquiæ ubi adhuc vigeant. *ibid.*
Idearum nomine, quæ ſunt in mente divina, quid intelligatur. t. 1. p. 39.
Iejunia ab Eccleſia præcepta ſunt obſervanda. t. 1. p.17.
Non eſt jejunandum die Dominico. t. 1. p. 17. & t. 2. p. 9.
Ieiunia non improbanda. t. 1. p. 357.
Ieiunium ſolummodò eſſe obſervandum ex ſpiritus iuſtinctu, falſum eſt. t. 1. p. 178.
Ad ieiunium poteſt ſe homo obligare per votum. p. 347.
Ieſu nomen invocandum. t. 1. p. 73.
Ignorantia vincibilis ſubiacet peccato. t. 1. p. 181.
Non eſt recenſenda inter primordia naturæ. *ibid.*
Illegitimi poſſunt ſalvari. t. 1. p. 359.
Illuminati Quietiſtarum precurſores quã turpiter ſenſerint de meditatione. t. 1. p. 353.
Illuminatorum dogma reprobatur. *ibid.*
Imago Dei, ad quam factus eſt homo, non eſt in corpore, ſed in anima. *tom.* 1. p. 60.
Imagines ſacræ non adorantur tanquam numen. p. 189.
Earundem cultus non eſt idololatria. p.275.
Sunt adorandæ. *pag.* 351. & *tom.* 2. p g. 227.
Honorius per ſubdola verba à Sergio decipitur. t.2. p.180.
Humanitas Chriſti non eſt converſa poſt Aſcenſione in Deum. t.2. p.200.
Hugoniſtæ undè ſic dicti. t.1. p.330.
Hydrotheitarum dogma circa aquam. t.1. p.338.
Non adorantur tanquam medium quod. t.1. p 190.
Impurorum ſectæ auctrix quædam adoleſcentula Cremonenſis. *tom.* 1. *pag.* 354.
Immenſitas Dei comprobatur. *tom.* 2. p.230.
De immunitate Eccleſiaſtica differitur contra Petrum Martyrem. *tom.* 2. p.86. 87.
Infantes non legitimantur per ſimplicem adoptionem. t.1. p.3.
Ante baptiſmum non pertinent ad populum Dei. t.1. p.66. 164.
Intentio miniſtri neceſſaria ad conficiendum Sacramentum. *tom.* 1. p. 166. 410. 437.
Nomine Inferi, ad quem deſcendit Chriſtus, intelligi nequit ſepulchrum. t.1. p.180.
Neque poteſt intelligi locus damnatorum. t.1. p.355.
Incredulitas ſola an ſit peccatum, ita ut nihil aliud præter incredulitatem imputetur ad peccatum. t.2. p.26.
An ſolum infidelitatis peccatum ſit cauſa damnationis. t.1. p.448.
Inceſtuoſi, aſſerentes matrimonia in quarto conſanguinitatis gradu eſſe licita, à quo initium habuerint. *tom.* 1. p.354.
Diverſa motiva, per quæ Eccleſia prohibuit matrimonia in quarto conſanguinitatis gradu. t.1. p 355.
In Incarnatione non eſt facta confuſio Verbi & carnis. t.2. p.98.
Indulgentiæ quid ſint. t.1. p.393.
Quis habeat authoritatem diſpenſandi indulgentias. *ibid.*
Indulgentiarum utilitas. p.445.
Theſaurus Eccleſiæ infinitus in quo conſiſtat. p.445.
Indulgentiæ proſunt vivis per modum abſolutionis, Defunctis per modum ſuffragii. p.445.
Interim Cæſareum, à quo *Interimiſtæ*, quid ſit. t.1. p.356.
Qui fuerint compoſitores *Interim.* *ibid.*
Interimiſtæ varii. p.357.

Infernus de facto exiſtit. t. 1. p. 26.
Tormenta quæ patiuntur damnati. p. 27.
Non conſiſtunt in ſola conſcientia infecta peccato mortali. p. 39.
In Inferno puniuntur etiam peccata occulta. p. 91.
Infernus an conſiſtat in timore Dei, quo conſcientia agitatur. t. 1. p. 415.
Ioachimus Abbas damnatus non fuit ut hæreticus, ſubmiſit ſcripta ſua Eccleſiæ judicio. t. 1. p. 358.
Ioannę Papiſſæ fabula exploditur tom. 1. p. 425.
Iudicium generale nondum eſt factum. t. 1. p. 27.
De facto eſt futurum p. 141.
Iudicare de doctrina religionis non eſt omnibus liberum. t. 1. p. 144.
Iuramentum de ſe non eſt licitum. tom. 1. p. 98.
Chriſtianis licet pro rei veritate jurare. p. 176.
Periurium numquam eſt licitum. p. 235.
Non licet jurare per creaturas. pag. 257.
Iuliani Apoſtatæ Magiſter quis fuerit. t. 2. p. 22.
Iuſtus an teneatur credere ſe eſſe in gratiâ, & ſinè hâc credulitate an gratiam amittat. t. 2. p. 27.
Iuſtificatio reſpectu noſtri non eſt certa, ideoque nemo juſtificatur per hoc, quòd certò credat ſe eſſe juſtificatum. t. 1. p. 159.
Iuſtificatio poteſt amitti. p. 205.
Iuſtificatio quàm diverſimodè ab hæreticis intellecta. p. 406. 407.
Quę ſit fides iuſtificans. ibid.
An ſola fides iuſtificet. p. 408.
An iuſtificatio fiat per fidem inhærentem, vel imputativam. p. 409.
Iuſtitia originalis, quam habuerunt Protoparentes, eſt donum Dei. t. 1. p. 447.
An poſſit quis impunè iudicium ſuſpendere in materiâ fidei. t. 2. p. 24.
Iudæ perditio, & Pauli vocatio an æqualiter dici valeant opus Dei. t. 2. p. 26.
Iudæi convincuntur de adventu Meſſiæ. t. 1. p. 396. 397. 398. 399. 400.
Iudæorum ſectæ. p. 401. 402. 403. 404. 405.
Iuriſdictio temporalis an competat Supremo Pontifici. t. 2. p. 87.
An poſſit diſpenſare in ſtatutis univerſalis Eccleſiæ p. 88.

L

Laici nequeunt manibus Euchariſtiam pertractare. t. 1. p. 171.
Neque poſſunt Sacerdotalia munera exercere. p. 333. 346. 419.
Laici non poſſunt ſibi aſſumere miniſterium publicum prædicationis. p. 336.
Non poſſunt miniſtrare Sacramentum Pœnitentiæ. p. 419.
Lapſi recipiendi, ſed ad pœnitentiam. t. 1. p. 277.
Lapſi, dummodò pœnitentes, poſſunt conſequi ſalutem. t. 1. p. 43.
Debent recipi ad pœnitentiam. tom. 1. p. 56.
Languet Ioannes Ioſeph Epiſcopus Senonenſis, quàm eruditiſſimè ſuis in epiſtolis Ianſeniſmum impugnat. tom. 2. p. 68.
Leo Iſaurus, antea dictus Cononus, ſub iurerando ſe obligat ad deſtructionem ſacrarum Imaginum perſuadentibus Iudæis impoſtoribus. tom. 1. p. 350.
Levitæ non ſunt æquales Sacerdotibus. t. 1. p. 274.
Lex Moyſi data eſt à Deo. t. 1. p. 12.
Legibus tenemur obedire. p. 13.
Lex Dei eſt obſervanda. p. 56.
Legibus homo eſt ſubiectus. p. 110.
Lex Moſaica non debet ſervari ſimul cum Evangelica. p. 186.
Lex Evangelica non eſt extincta. p. 281.
De lege ſpiritus malè ſentit Ioannes Parmenſis. p. 377.
De obſervantia legis Moſaicæ. pagin. 402.
Lex gratiæ non ampliùs immutabitur. t. 1. p. 248. 280.
In lege gratię dignis pœnis coerceri poſſunt facinoroſi. p. 290.
Legis Dei obſervantia non eſt impoſſibilis. t. 2. p. 9.
Legis obſervantia à Deo præcepta in inſolubilitate Matrimonii non eſt impoſſibilis. t. 2. p. 144.
Legis diviſio ſomniata à Ptolomęo in bonam, & malam non ſubſiſtit. p. 145.
Lex Moyſi a Deo dictata fuit, neque in ea inſerta fuerunt humana præcepta. p. 145.
Legis divinæ præcepta poſſunt in hac vita adimpleri. p. 154.
Lex humana ſive Eccleſiaſtica, ſive civilis obligare poteſt in conſcientia ſub peccato, & ſub pœnis. p. 219.
Liberum arbitrium non eſt potentia paſſiva: nec movetur neceſſariò, ſed liberè. t. 1. p. 311.
Ad actus humanos non ſe habet merè paſſivè. p. 344.
Homo liber eſt non modò à coactione ſed etiam à neceſſitate. t. 1. p. 275.

Lucifer Calaritanus vindicatus à nota hæreſis ab Ambroſio Machia pariter Archiepiſcopo. t.1. p.422.
Lucifer juſtè è cęlo pulſus, nunquam cęlo reſtituendus. t. 1. p.418.
Non fuit malus à primo inſtanti ſuæ creationis. t.1. p.311.
Lutherus, & Carloſtadius ludentes in taberna, ex amicis fiunt inimici implacabiles. t.1. p.171.
Lutherus fatetur habuiſſe diabolum præceptorem. *In præparat. ad opus.*

M

MAlitia peccati in quo conſiſtat, à quo principio proveniat. t.m. 1. p.133.
Malum quid ſit: an poſſit à Deo produci. p.324.
Malitia ſuperioris non tollit poteſtatem à Superiore. p.338.
Malum pœnæ eſt à Deo. t.1. p.198.
Maria Virgo debet vocari Deipara. tom. 1. p.47.
Non habuit alios filios præter Chriſtum. p.55.
Non fuit ſpiritus angelicus p.107.
Non eſt realiter præſens in Sacramento Altaris p.153.
Maria Virginitas inviolata, etiam in partu. p.173.
Maria in Cęlo pro nobis orat: rectè à nobis invocatur. p.196.
Nunquam peccavit. p.446.
Aſſumpta eſt in Cœlum in corpore, & anima. *ibid.*
Eſt honoranda. *ibid.*
Maria etiam à tempore Apoſtolorum invocata à fidelibus in eorum neceſſitatibus. t.2. p.317.
Maria Virgo verè, & realiter eſt Mater t.2. p.73.
Maria Virgo non extitit ab æterno. tom.2. p.207.
Maritus convenit cum propria uxore ſine peccato. t.1. p.3.
Conjugati poſſunt ſalvari p.34.
Secundæ & ulteriores nuptiæ habent rationem veri matrimonij. p.306.
Matrimonia in quarto conſanguinitatis gradu contrahi nequeunt. tom. 1. p.355.
Motiva laudabilia, propter quæ Eccleſia prohibuit conjugia in quarto gradu. *ibid.*
Nequeunt pro libito ſolvi conjugia. t.1. p.5.
Matrimonium eſt indiſſolubile. p.68. 82.
Eſt Sacramentum à Chriſto inſtitutum. p.82.
Ad Matrimonium contrahendum nemo à Deo cogitur. p. 150.
Matrimonium non eſt improbandum. p.255.
Mutuus conſenſus conjugum eſt de eſſentia contractus matrimonialis. t.1. p.82.
Magiſtratus per peccata non amittunt dignitatem. t.1. p.36.
Magiſtratus non ſunt abolendi. p. 45.
Magiſtratibus præſtanda obedientia. p.190.
Malum culpæ non eſt ſubſtantia, ſed privatio rectitudinis debitæ. t.1. p 175.
Machiavelli potiora parodoxa erronea, quę in ejus operibus continentur. tom. 2. pag.3.
Contra ejus paradoxa pugnat doctrina etiam antiquorum Philoſophorum. *ibid.*
Mahometi Genus, Patria. Cujus opera uſus ſit in conficiendo Alchorano; ejus verſutia ad ſeducendos homines. Acquirit Arabum Regnum. Veneno decedit. t.2. p.3.5.
Manes, antea dictus Curbicus, quarè voluerit Manes nuncupari. t.2. p 6.
Promulgavit errores Therebinthi. *ibidem.*
Excoriatus moritur juſſu Perſarum Regis p.7.
Diverſa Manichęorum deliria p.8.
Matthęi Grabon propoſitiones erroneæ. p.21.
Marcion, quarè dictus Mus Ponticus. t.2. p.12.
Sæpè palinodiam cantat. *ibid.*
Duos deos, & duos Chriſtos ſomniavit. p 13.
Violavit formam Baptiſmi. *ibid.*
Vivos pro mortuis, qui abſque Baptiſmo deceſſerant, baptizavit. p.14.
Marcellus, à quo Marcelliani, ab aliquibus ab hęreſi vindicatus. t.2. p.12.
Marci hæretici pręſtigia. p.15.
Maronitæ à nota hæreſis vindicantur. p.17.
Martini quare nuncupati, qui ſunt obſtinatæ cervicis. p.20.
Maſſaliani diverſis nominibus quare nuncupati p.20.
Martyrii tempore licitum eſt fugere. tom. 1. p.178.
Martyrium eſt actus virtutis. p.301.
Materia non eſt Deo coæterna. p.327.
Meritum, & demeritum t. 1. p. 32.

Poteſt homo per bona opera mereri vitam æternam. t. 1. p. 298.
Ad meritum, & demeritum requiritur libertas à neceſſitate, nec ſufficit libertas à coactione. p. 349.
Meditari ſine aliis bonis operibus non ſufficit ad ſalutem. p. 353.
Melancthon, quaré dictus Cothurnus. t. 2. p. 35.
Propè moriturus confitetur Religionem Catholicam tutiorem eſſe ad ſalutem. *ibid.*
Metaphoriſtarum Author Daniel Cametius. p. 31.
Metamorphiſtarum propoſitio contradictionem involuit. p. 32.
Methonimici quaré ſic dicti. p. 32.
Mendacium nunquam eſt licitum. p. 73.
Mediatoris officium, quas conditiones exigat in mediatore. t. p. 170.
Miracula non fiunt ope dæmonis. t. 1. p. 136.
A' ſolo Deo fieri poſſunt. *ibid.*
In Dei virtute fiunt à Sanctis. *ibid.*
De Miraculorum Gloria, quà illuſtratur Eccleſia. p. 292. 293.
Miraculum à Luthero prætenſum vertitur in eius opprobrium. t. 2. p. 115.
De Miſſæ Sacrificio. t. 1. p. 121.
Solvitur obiectio *ibid.*; & p. 276. 440.
Miſſæ plures eadem die in eodem Templo poſſunt celebrari. t. 1. p. 66.
Miſſarum privatarum uſus. p. 208. 441.
De materia Conſecrationis. t. p. 96.
Non exigitur in Miſſa ut omnes adſtantes Communionem recipiant. p. 208.
Miſſa eſt proficua his, pro quibus offertur. p. 418.
Miracula vera fieri in Eccleſia Dei probatur validiſſimis argumentis. t. 2. p. 10. 11.
Sanctorum, aut Venerabilium vitas ſcribentium in enarrandis miraculis cautela neceſſaria. p. 11.
Calviniſtæ, qui ope dæmonis miracula fieri blaterant, reprobantur. p. 12.
De Miniſterio Epiſcoporum, & Sacerdotum diſſeritur. t. 2. p. 202.
Miniſtri ſacri Eccleſiæ tenentur ad cœlibatum. t. 2. p. 16.
Myſteriorum intelligentia nequit communicari per illuminationem naturalem. t. 1. p. 153.
Michael Cerularius, quæ capita accuſationum protulerit in Romanam Eccleſiam. t. 2. p. 32.
Michael Servetus inſtigante Calvino comburitur. p. 34.
Millenariorum error refellitur. t. 1. 186.
Millenarij ſunt in duplici genere. t. 2. p. 36.
Sententia Millenariorum, quorum Author fuit S. Papias, tolerabilis viſa eſt uſque ad tempora Benedicti Duodecimi. *ibid.*
Joannes XXII. quid, & quomodò ſenſerit circa ſententiam Millenariorum. p. 37.
Monachi debent ſeorſim vivere à Mulieribus. t. 1. p. 21.
Monachis labor manuum, ſive opera manualia non ſunt prohibita. p. 257.
Mors voluntaria ſibi illata non eſt Martyrium. t. 1. p. 191.
Motiones internæ difficilis diſcretionis. p. 247.
Monadicæ cognitionis Author. p. 263.
Vox *Monothelita* quid ſignificet, t. 2. p. 40.
Unde originem habuerit Monothelitarum hæreſis. *ibid.*
Montaniſtæ, quaré dicti etiam Cataphryges. p. 42.
Monarchicum regimen optimũ. t. 1 p. 263.
Mundus habebit finem. t. 1. p. 36.
Non eſt factus ab Angelis. p. 50.
An unus tantùm creatus ſit, vel plures. p. 47.
Mundus unus eorùm à Deo creatus: p. 320.
Materia elementaris huius Mundi non eſt Deo coæterna. p. 325. 327.
Mundos eſſe innumerabiles quis aſſeruerit. t. 1. p. 320.
Mulieres nequeunt eſſe communes. t. 1. p. 12.
Non tenentur ſervire eis, qui illas concupierint. p. 47.
Non poſſunt offerre Sacrificium. p. 197.
Prohibentur incedere cum habitu virili. p. 271.
Sunt incapaces regiminis Eccleſiaſtici. p. 301.
Non differunt ſpecie à viris. p. 320.

Digitized by Google

N

NAtura humana in Chriſto non poteſt tantum, quantum Deus. t. 1. p. 91.
Naturæ divina, & humana in Chriſto an æqualiter diligibiles. p. 104.
Neſtorij ſimulatio. t. 2. p. 47.
Duas admittit in Chriſto perſonas. ibid.
Eius aſſertum efficaciſſimis reprobatur argumentis. ibid.
Neſtoriani moderni quos profiteantur errores. p. 48.
Profitentur præceteris unionem Verbi cum humana natura eſſe ſimpliciter affectivam. p. 50.
Nicolaitæ, an habuerint inſtitutorem Nicolaum Diaconum: contraria ſententia probabilior. t. 2. p. 51. 52.
Novatus, declinaturus S. Cypriani judicium, Romam proficiſcitur ubi Novatiani ſchiſma fovet contrà S. Cornelium. t. 2. p. 56.
Nuditas exprobratur. t. 1 p. 12.
Nuptiæ non ſunt execrandæ. p. 12.
Nuptiæ toties contrahi poſſunt, quoties per alterius mortem conjugum ſuperſtes ſolutus eſt à vinculo primi contractus. p. 244.
Secundæ nuptiæ non ſunt prohibitæ t. 2 p. 42.
Nyctages hæretici undè ſic dicti. t. 2. p. 58.

O

DE oblatione quæ fit in Sacrificio Miſſæ. t. 1. p. 86.
Obſeſſi liberari poſſunt ab Exorciſtis. p. 162.
Olei, & Chriſmatis benedictio, & uſus in Sacramentis. t. 1. d. 202.
Operationes Dei ad intrà, diverſæ ab operationibus ad extra. t. 1. p. 9.
Opera bona non ſunt pernicioſa ad ſalutem. t. 1, p. 43.
Opera bona augent juſtificationem noſtram. p. 46.
Ad opera bona Chriſtiani obligantur. p. 561
Opera bona ex naturâ ſua non ſunt meritoria vitæ æternæ. p. 108.
Deo ſunt accepta. ibid.
Juſtificati illa non faciunt neceſſariò, ſed liberè. p. 150.
Opera bona facta intuitu mercedis æternæ, ſunt Deo accepta. p. 152.
Sunt neceſſaria ad ſalutem. p. 353.
Non ſunt peccaminoſa. p. 343.
Opera bona non eſſe omnino inutilia. Cenſura huius propoſitionis. tom. 1. p. 206.
Opera omnia eſſe peccatum aſſerit Iacobus Præpoſiti, & reprobatur. p. 343.
Opera hominis ante juſtificantem gratiam, non omnia ſunt peccaminoſa. p 344.
Opera etiam ex voto facta, adhuc ſunt libera. p. 411.
Opera omnia ſivè bona, ſivè mala eſſe à Deo quis aſſerverit. p. 417.
Opera quæ fiunt ſine fide juſtificante, an ſint omnia peccata. p. 434.
Opera bona etiam infantibus eſſe neceſſaria ad ſalutem, quàm ineptè aſſeratur. t. 2. p. 6.
Oratio ſola non ſufficit ad acquirendam vitam æternam. t. 1. p. 14.
Facta in Eccleſia eſt proficua. pag. 33 69.
Fieri poteſt pro reprobis, ut convertantur. p. 125.
Præter orationem Dominicalem, aliæ etiam preces ab Eccleſia approbatæ poſſunt recitari. p. 137.
Orationes, & ſacrificia oblata pro mortuis, ſunt ipſis proficua. p. 161.
Orationis utilitas. p. 181.
Oratio Dominica non eſt contra divinam providentiam. p. 236.
Illud D. Pauli. *Oportet ſemper orare.* quomodò intelligendum. t. 1. p. 266. & t. 2. p. 14.
Oratio fieri poteſt pro aliquo in particulari. p 355. 390.
Oratio facta pro Benefactoribus non eſt ſimonia. p. 391.
Licèt facta à peccatore eſt, etiam proficua. ibid.
Oratio vocalis eſt utilis, & verus orationum numerus, quomodò admittatur ab Eccleſia. t. 2. p. 25.
Oratio facta cum pœnitentibus eſt Deo accepta. p. 28.
De oratione quietis, quam docuit Molinos. p. 150.
Oratio quietis ſentina omnis turpitudinis. ibid.
Oratio ſola non ſufficit ad ſalutem. p. 151.
Ordinum Regularium prerogativæ. t. 1. p. 241. 373.
Ordines mendicantium à SS. Doctoribus

Thoma, & Bonaventura propugnati. p.315.
Ordines quot ſint. t.1. p.177.308.
Ordo eſt Sacramentum novæ legis. pagin.259.
Septem tantùm ſunt Sacramenta, licèt Ordines ſint ſeptem. ibid.
Ordinis poteſtas non amittitur per lethale peccatum. p. 289.
Originale peccatum non eſt accidens reale. t.1. p.9.
Non eſt concupiſcentia. pag. 203. & 436.
Non eſt ipſa hominis ſubſtantia. p.278.
Per originale peccatum homo fit filius iræ. p.286.
Originale peccatum inficit animam. t.2. p.35.
Orbitenſium deliria p.62.
Origenem Adamantium celebres Scriptores ab hæreſi vindicant, inter quos Picus Mirandulanus. p.67.
Teſtimonium Gregorii Abulphafazii ex Syriaca in Latinam linguam translatum pro defenſione Origenis. ibid.

P

PAſſio Chriſti repræſentatur ſacrificio Altaris. t.1. p 92.
Paſce. Per hoc verbum in Evangelio non iniungitur præcisè officium diligendi ſed datur ſuprema poteſtas. tom. 1. p.362. 363.
Paſcha celebrare, non eſt iudaizare. t.1. p.18.
De celebrando Paſchate die Dominica traditio Apoſtolica. p. 147.
Quando exorta ſit quæſtio de die celebrandi Paſcha. p.148.
Error qui ex computatione lunationum irrepſit, cauſam dedit diſſidiis circa celebrationem Paſchæ. p.149.
Paradiſus non conſiſtit in cognitione Dei, quam habere poſſumus in hac vita. t.1. p.149.
Paradiſus, de eo quid ſenſerint Libertini. t.1. p.416.
Paupertas voluntaria pro Chriſto licitè poteſt aſſumi, & cum merito profiteri. t.1. p.227. 316.
Paupertatis obſervantia ſola non ſufficit ad delenda peccata. p. 317.
Parvuli decedentes abſque Baptiſmo privantur beatitudine. t.1. p. 282.
Puniuntur pœna damni, non ſenſus. t. 2. p.79.
Patarenorum deliria. t.2. p.81.
Patricianorum affecta de plaſmatione hominis reprobantur. p.71.
Pater non eſt paſſus, licèt habeat eandem eſſentiam cum Filio p.71.
Quid Catholicè intelligamus, cum dicimus Deus, & cum dicimus Pater, cum Filius, aut Spiritus ſanctus. p.71.
Pater quamvis generet Filium, non eſt potentior Filio. t.2. p.23.
Reſolvitur difficultas. ibid.
Pater Æternus ab æterno eſt Pater. t.2. p.29.
Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus inducit Imperatorem ad promulgandum edictum. t.2. p.74.
Pauli Samoſateni verſutia quanta fuerit. ibid.
Negavit myſterium Trinitatis p.75.
Duas perſonas in Chriſto admiſit. ibid.
In Sacramento Eucharistiæ Chriſti Sanguinem corruptibilem eſſe blatteravit. ibid.
S. Paſchaſius Martyr Alchorani confutator. t.2. p.5.
SS. Patrum doctrina. t.1. p.89.
Peccatores poſt Baptiſmum recipiendi ad pœnitentiam. t.1. p.11.
Non ſunt eiiciendi ab Eccleſia. p.13.
Quidquid faciunt non eſt peccatum. p.435.
Peccatum non eſt inſtinctum naturæ. t.1. p.63.
Omnia peccata poſſunt à Deo dimitti. p.174.
Peccata non ſunt omnia ex fidei defectu. p.159.
Peccata fidelium ipſi imputantur, & mortem merentur. p.160.
Peccatum non conſiſtit in ſola opinione. p.175.
Coinquinat animam. p.221.
Peccata non ſunt omnia mortalia. p. 434.
Peccatorum cauſa ſolus homo, qui liberè peccat. p.448.
Præter peccatum infidelitatis, poteſt homo damnari etiam propter alia peccata. p.448.
Peccatoribus quæ pæna poſt mortem infligenda. t.1. p.38.
Peccatores ſumentes Euchariſtiam verè ſumunt Chriſti corpus. p.66.
Peccata noſtra nequeunt imputari diabolo. p.78.
Peccata irremiſſibilia non dantur, excepta impœnitentia finali. p.78.
Peccatores recipiendi ad pœnitentiam. p.277. 428.

Per peccatum mortale non amittitur Baptiſmus, aut Eccleſiaſtica dignitas. t.1. p.336.
Peccata non ſunt irremiſſibilia. tom. 1. p.5. 11.
Peccata non omnia ſunt paria. p.395.
Non conſiſtunt in pura opinione. p.415.
Peccatores, dummodo baptizati, ſunt membra Eccleſiæ p.433.
Peccati originalis exiſtenriam negantes, impugnantur. t.2. p.808.
Per hoc quòd quis peccet mortaliter, dici nequit hæreticus. t.2. p.154.
Peccatum originale propagatur in omnibus, & habet rationem veræ culpæ. t.1. p.78.
Ratio propagationis peccati originalis exhibetur. ibid.
De utilitate, & neceſſitate virtutis pęnitentiæ. t.1. p.4. 446.
Pęnitentia eſt Sacramentum ab extrema Unctione diſtinctum. t.1. p.86.
Pęnitentiæ partes à Calvino aſſignatæ reprobantur. p.167.
Pœnitentiæ Sacramentum omnibus lapſis neceſſarium. t.1. p.442.
Eſt verum Sacramentum. ibid.
Quæ ſint eius partes. ibid., & p.167.
Diſcrepantia inter Calvinum, & Lutherum circa Sacramentum pœnitentiæ. t.1. p.167.
Pœnitentia eſt Sacramentum diſtinctum à Sacramento Baptiſmi. p.442.
Pœnitentia quæ infligitur à Sacerdote in actu Confeſſionis, exhibetur Deo tanquam vera ſatisfactio. p.443.
Pœnitentia lapſis poſt Baptiſmum ſalutifera t.2. p.57.
S. Petri effigies in Bullis Pontificiis quare collocetur ad ſiniſtram, & effigies S. Pauli ad dexteram. t.1. p.93.
S. Petrus Romanæ Sedis fuit Epiſcopus t.2. p.157.
SS. Petri, & Pauli Romam adventus. p.225.
S. Petrus Romanæ Sedis Antiſtes. t.1. p.358.
S. Petrus maiorem præ ceteris Apoſtolis dignitatem obtinuit. p.370.
Petrus, & Paulus non fuerunt in poteſtate æquales. t.1. p.93.
Petrum de facto fuiſſe Romæ evincitur. p.174.
Quæ diſparitas inter Epiſcopos, & Romanum Pontificem circa ſucceſſionem in Epiſcopatu. ibid.
Sub nomine Petræ, de qua Matth. 16. quid veniat. t.1. p.361.
Interpretationes variæ circa Matthæi verba, ubi legitur *Tu es Petrus*, ab hæreticis propoſitæ expenduntur, & reprobantur. p.361.
Pedobaptiſtæ quare ſic dicti. tom. 2. p.76.
Liber à S. Petro Damiani inſcriptus *Gratiſſimus*. t.2. p.155.
Petrus Lombardus vindicatur à nota hæreſis. t.2. p.83.
Peyrerus Præadamitarum author fabuloſus ibid.
Pelagius hoſtis infenſiſſimus gratiæ. p.77.
Circa gratiam ſæpe diverſimodè ſenſit. ibid.
Præcipui Pellagii errores qui fuerint. ibid.
Petri Martyris erronea expoſitio de verbis conſecrationis. p.86.
Perſonæ divinæ ſunt æquales. tom. 1. p.64. 89.
Non ſunt tres dii. p.132.
Non ſunt tres ſubſtantiæ, & tres eſſentiæ diverſæ. p.169.
Idem eſt Deus Pater Chriſti ac Creator univerſi. p.184.
Perſonæ SS. Trinitatis non fuerunt crucifixæ. p.194.
Non ſunt tres ſubſtantiæ, & naturæ per omnia ſimiles. p.212.
Sunt tres perſonę diverſæ. p.225.
Unam habent eſſentiam. ibid.
Tam Pater, quàm Filius, ac Spiritus ſanctus ſunt unus, & idem Deus. ibidem.
Perſonarum divinarum proprietates non ſunt tres ab eſſentia divina differentes p.298.
Ratio perſonæ convenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto. p.313.
Totæ tres perſonæ divinæ ſunt invocandæ. ibid.
Subſtantia divina una eſt in tribus divinis perſonis, nec propterea totæ tres perſonæ ſunt incarnatæ. t.1. p.212.
Perſonæ ratio quibus competat. p.313.
Perſonæ SS. Trinitatis ſunt realiter diſtinctæ. p.327. & t.2. p.159.
Petrusani propoſitiones erroneæ, & ridiculæ. t.2. p.82.
Peregrinationes ad loca ſancta. t.1. p.163. 193.
Peregrini ſuſcipiendi. p.234.
Philoſophiæ ſtudium non eſt abdicandum. tit. p.92.
Piccardus quàm turpis extiterit. tom.1. p.95.
Pneumatomachus quid ſignificet. tom. 2. pag.11
Phantaſiaſtæ qui fuerint. t.2. p.91.
Phytoniſſę quæ fuerint. p.93.
Photini prævaricatio p.94.
Photius Græci ſchiſmatis anteſignanus: quanta fuerit eius verſutia. p.94.
Poligamia eſt illicita. t. 1. p.122.

Io-

Potentia divina abſoluta, de qua loquuntur Scholaſtici, demonſtratur contra Calvinum. *t* 2. *p*.157.
Polytheorum falſa principia. *t*.2.*p*.98.
Polytheiſmus pluribus argumentis exploditur. *p*. 99. 100.
Porphirius calumniarum patermeritò nuncupatus. *t*.2.*p*.102.
Chriſtianæ religionis hoſtis infenſiſſimus. *ibid.*
Pontifex non tenetur parere Imperatori. *t*.1. *p*.48.
Eſt totius Eccleſiæ primas. *p*. 79. 305. 337.
Poteſt promulgare novas conſtitutiones. *t*.1.*p*.93.
Ejus leges ſunt validæ, licèt non ſit ſanctitate conſpicuus. *ibid.*
Non eſt Antichriſtus. *p*.94.4.22.
Poteſt diſpenſare in votis *p*.119.
De authoritate Pontificis, & Epiſcoporum. *p*.209.
Non eſt extincta. *p*.282.
Papa, etiam ſi peccet, non amittit poteſtatem. *p*.295. 387.
Poteſt excommunicare etiam Epiſcopos. *p*.396.
Eſt ſuper omnes Epiſcopos, & habet omnes Apoſtolici miniſterii gradus. *t*.1. *p*.305.
Non eſt ſubditus Cæſari. *p* 216.
Eſt ſupremus Iudex in cauſis religionis. *t*.1. *p*.145.
Primatus Romani Pontificis probatur multiplici argumento. *p*. 363. 364. 365. 366, 367. 368. & 382.
Ex Chriſti inſtitutione Pontifex eſt ſuper omnes Epiſcopos. *p*.382.
Quare deferat ſignatas Cruce crepidas. *p*.309.
Pontifex habet authoritatem condendi leges. *t*.2. *p* 19.
A neminè poteſt iudicari. *ibid.*
Pontifices aliqui, quos in hæreſim lapſos blaterant hæretici, à calumnia vindicantur. *t* 2. *p*.511.
Pontifices de hæreſi accuſati, & vindicati Liberius, Felix ſecundus, Gregorius ſeptimus, Vigilius, Honorius, Clemens Octavus, Innocentius tertius, Bonifacius Octavus, Sixtus quintus *p*.512. 213. 213.
Presbyter, licèt in peccato ſit, validè conſecrat. *t*.1.*p*.33.68.
Precatio *Sancta Maria mater Dei*, quando addita Salutationi angelicæ. *tom*. 1.
Presbyter differt ab Epiſcopo. *tom*.1. *pagin*.16.
An habeat æqualem cum Epiſcopo poteſtatem. *p*.171.
Prædicatio verbi Dei non eſt omnibus permiſſa. *t*.1. *p*.138.
Prædicatio publica an liceat cuilibet ſeculari. *p*.336.
Præcepta impoſſibilia à Deo non dantur. *p*.348. 434.
Prædeſtinati, an ſoli ſint Eccleſiæ membra. *p*.432. 433.
Præadamitarum fabula exploditur. *tom*.2. *p*.103.
Prædeſtinatianæ hæreſis initia, & incrementa. *p*.103.
Reprobatur Prædeſtinatianorum opinio diverſis argumentis *p*.104.
Priſcilliani genus, patria, eius hæreſis ubique damnata. *p* 107.
Principium boni, & principium mali in ſenſu Manetis non datur. *t*.2. *p*.7.
Principibus obediendum, etiamſi conſcientiæ libertatem non admittant. *t*.1. *p* 201.
Principes cauſas Eccleſiaſticas nequeunt decidere. *p* 370.
Principibus, & magiſtratibus præſtanda obedientia *p*.447.
Principes quo titulo aliquandò interfuerint Conciliis. *p* 428.
Principes non habent poteſtatem judicandi de doctrina religionis *p* 428.
Soli Protoparentes, unà excepta Deipara, creati fuerunt in juſtitia originali. *t*.2. *p*.78.
Proceſſionum uſus. *t*.1. *p*.206.
Proceſſiones quæ fiunt, quid ſignificent. *p*.207.
Protoparentes, etiam ſi perſeveraſſent in ſtatu innocentiæ, habuiſſent copulam carnalem *t*.1. *p*.77.
Prophetæ miſſi à Deo ſunt infallibiles. *p*.187.
Prophetæ Deo aflante locuti ſunt. *p*.356.
Providentiæ divinæ hoſtes convincuntur. *t*.2. *p*.14.
Proteſtantes quarè ſic dicti. *t*.2. *p*. 109.
Præcipui eorundem errores impugnantur. *Vide à pag*. 109. *uſq. ad pag*. 154.
Proteſtantium Eccleſia eſt ſine viſibili capite. *p*.113.
Non habet antiquitatem doctrinæ ab Apoſtolis emanatæ. *p*.117.
Non habet antiquitatem originis. *p*.118.
Non habet legitimam miſſionem in ſuis paſtoribus *p*.118.
Neque miſſionem ordinariam, neque extraordinariam *p*.118.
Ad Proteſtantes cohortatio. *p*. 120.
Perſtringuntur efficaciſſimo argumento. *p*.122.
Notæ pro vera Eccleſia diſcernenda à Proteſtantibus adductæ refelluntur. *p*.123.
Purgatorium exiſtit, in quo detenti juvantur ſuffragiis. *t*.1. *p*.28. 161. 433.
Pueri morientes ante uſum rationis ſalvan-

Digitized by Google

tur. *pagin.* 329.
Credunt ſecundùm habitum *ibid.*
Puritani unde ſic dicti. *t.2. p.*145.
Sunt in duplici ſpecie. *ibid.*
Plura de eorundem ritibus, & ſub diviſione in varias ſectas *p.*146. 147.

Q

QUæſtio de Azymo, & fermentato *t.*1. *p.*65.
Quæſtio de tribus capitulis. *pagin.* 253.
Quaternitas in divinis qua ratione non ſubſiſtat. *p.*48.
De quarto decimanorum errore. *tom.*5. *p.*148.

R

PRo Raymundo Lullo apologeticon. *t.2.p.*152.
Aliqua opera Raymundi Neophiri Raymundo Lullo perperam imputata. *ibid.*
Rabani reſponſio circa Euchariſtiam. *p.* 196.
Reſtitutio ablatorum neceſſariò facienda r.1. *p.*34. 304. 305.
Reges non habent poteſtatem Eccleſiaſticam. *t.*1. *p.*51.
Non poſſunt judicare de cauſis fide, etiam ſi quis appellet ad eorum tribunal. *p.*51. 66.
Redemptio non conſiſtit in cognitione myſteriorum. *p.*72.
Redempti à Chriſto paſſim pereunt. *p.*305.
Religionis unitas poteſt ubique ſervari. *t.*1. *p.*215.
Religioſi poſſunt ex eleemoſyna victitare. *p.*315. 319.
Non obligantur ad opus manuum pro victu comparando. *ibid.*
Regularis cujuſcumque inſtituti profeſſor non redditur infirmior ad obſervantiam mandatorum Dei. *p.* 390. 392.
Regularium inſtitutorum utilitas. *t.m.*1. *p.*241.
Admiſſa pluralitate religionum, quæ poſſent tutà conſcientiâ ſervari, deducitur mutabilitas in Deo. *Vide in præpar. ad opus.*
Excepta Religione Catholica omnes aliæ religiones contradictionem habent in ſuis principiis. *ibid.*
Religionis Romanæ ſanctitatem commendarunt ipſi hæretici. *ibid.*
Reiudaizantes præcipuè in Hiſpania ſevere puniuntur. *t.2. p.*154.
Rethorianorum inſulſa propoſitio aſſerentium omnes hæreticos in propria ſententia rectè ambulare. *p.*155.
Reliquiæ Sanctorum colendæ. r.1. *p.*267. 436.
Reſurrectio non fiet ab omnibus in corpore virili. r.1. *p.*38.
Reſurrectio Chriſti facta eſt die Dominico. *p.* 76.
Reſurrectio futura corporum probatur. *p.* 114.
Eodem tempore reſurgent, tam electi, quàm reprobi *p.*188.
Reſurrectio nondum eſt facta. *p.*249.
Corpus unà cum anima debet reſurgere. *p.*329.
In reſurectione corpora non erunt inviſibilia. *p.*272.
Idem corpus reſurget. *p* 312.
Res non eveniunt de neceſſitate abſoluta *p* 391.
Ritus Eccleſiaſtici obſervandi. *tom.* 1. *p.* 45. 65.
Ritus Iudaici poſt reſurrectionem non ſunt inſtaurandi. *p.*64.
Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum qui hæretici ſcripſerint. r. 1. *p.* 103.
Romana Eccleſia præcedit omnes Eccleſias. *p.*392.
Ruffinus Pelagiane hæreſis anteſignanus. r.1. *p.*180.]

S

SAbaudiæ auguſtorum Ducum pietas, & ſolertia in cuſtodienda Italia ab hæreſi immuni. t.2.p.217. 218.
De ſua ſalute, nemo eſt certus. tom. 1. pag.46.
Ad ſalutem non ſufficit credere in ſolum Deum, & legem ſervare naturæ p.49.
Salus noſtra à noſtris præciſè viribus non dependet. p.331.
Quomodo ad ſalutem requiratur etiam cooperatio noſtra. ibid.
Sacerdotes in abſentia Epiſcopi non omnia poſſunt, quæ ſunt muneris epiſcopalis. t.1. p.74.
De ſacerdotio novę legis. p.110.
De ſacerdotibus qui uxorem habuerunt. p.270.
Sacerdos legitimè ordinatus, etiam ſi ſit peccato infectus, legitimè conficit ſacramentum. p.288.
Sacramenti miniſter qua ratione, licèt peccato coinquinatus, habeat Spiritum ſanctum, & legitimè exerceat poteſtatem. t.1. p.68.
Sacerdotium ſempiternum quale ſit. t.1. p.16.
Sacramenta ſunt ſeptem. p.130. 166.
Non excitant fidem ſed conferunt gratiam. p.166.
Sacramentorum efficacia duplex. p. 204.
In uſu ſacramentorum non ſemper exigitur actualis fides. p. 207.
Fides, ieiunium, & oratio non ſunt ſacramentum. p.214.
Sacramenta collata ab hæreticis non ſunt irrita. p.239.
Non ſunt contemnenda. p.282.
Sacramenta producunt efficaciter gratiam t.1. p.191. 102.
Sacerdotium auctoritas commendatur in ſacra Scriptura. t.2. p.73.
Sacramenta confirmationis, & extremæ Unctionis ſunt vera ſacramenta. to.2, p.157.
Satisfactio quare exigitur in Sacramento pœnitentiæ. t.1. p.443.
Sacramentariorum coriphæus non Berengarius, ſed Joannes Erigena. tom. 1. p. 360.
Sacramenta ſolis verbis perfici nequeunt. t.2. p.73.
Salus obtineri neqnit ſine cognitione Chriſti. t.2. p.36.
Saranıapius author eſt Gizido exturbandi ſacras imagines. Ab Ulcido Gizidi filio immaniter trucidatus. p.164.
Sacramentariorum doctrina quam varia. t.2. p.160.
Sancti ſunt invocandi. t.1. p. 32. 436. t.2. p.227.
Sanctos invocare non eſt idololatria. p.40. 311.
Snnt honorandi p.125.
Quæ adoratio debeatur Sanctis. ibid.
Pro nobis intercedunt. p. 165.
Sanctorum merita poſſunt applicari indigentibus. p.343.
An omnia ſint paria. p.395.
Sancti vident neceſſitates noſtras, & nos adjuvant. p.447.
Scripturæ ſacræ doctrina utilis. tom. 1. p.222.
Scriptura ſacra non continet contradictiones. t.1. p.15.
Ejuſdem authoritas. p.29.
Non eſt abdicanda. p.47.
Sacræ ſcripturæ germanus ſenſus eſſe nequit quem Suiſtę proponunt. tom.2, p.197.
Sacra ſcriptura eſt verbnm Dei. ibid.
Sacræ ſcripturæ libri ab Eccleſia recepti. quot ſint. p.198.
Alii ſunt Protocanonici, alii Douterocanonici. ibid.
De vulgata editione ſacræ Scripturæ. ibid.
Quo idiomate originales textus ſacræ Scripturæ fuerint expreſſi. p.199.
Qui ſint authores librorum ſacræ Scripturæ tàm veteris, quàm novi teſtamenti. p.199.
An ſcriptura ad fidem, vel fides ad ſcripturam accomodanda ſit. p.199.
Sacrarum literarum ſtudium neceſſarium. p.299.
Scriptura novi teſtamenti non continet falſitates. t.1. p.151.
Scriptura ſacra concini poteſt in Eccleſia. p.238.
Ejuſdem ſenſus non eſt omnibus obvius. p.264.
Sacræ ſcripturæ ſtudium neceſſarium. p.299.
Scriptura ſacra non eſt ſola, & tota regula fidei. p.426.
Scriptura ſacra ab Eccleſia approbata recipienda. p.431.
Scriptnra ſacra non poteſt eſſe judex controverſiarum fidei. Vide in præparat. ad opus.
De ſcientia Dei qnid blaſfemaverit Theophronius. t.2. p.110.
Scientiarum ſtudium in Eccleſia non improbandum. t.1. p.128.
Schiſma quid ſit, in quo diferat ab hæreſi. p.166.
Schiſmatum ſeries. Vide d t.2. à p g. 166.

uſque ad pagin. 174.
Scriptores cellebriores qui VVicleffum impugnarunt *t.*1. *p.*386.
Sectarii qui ſint, & quarè ſic dicti. *t.*2. *p.*175.
Semiariani qui fuerint. *p.*176.
Semipelagianiſmi initium. *p.*176.
In quo conſiſteret error ſemipellagianorum. *p.*177.
Multiplici argumento reprobatur. *p.*177. 178.
Sethianorum finctiones. *p.*181.
Severus corrupticolarum author. *p.*182.
Sepelire mortuos non eſt ſacramentum. *t.*1. *p.*86.
Secundæ nuptiæ ſunt licitæ. *t.*2. *p.* 205.
Secnlares in rebus religionis ſubiacent judicio eccleſiaſtico. *p.* 230.
Sepultura eccleſiaſtica ab hæreticis reprobata comendatur. *t.*2. *p* 222.
Simbolum vulgo dictum apoſtolicum confectum eſt ab Apoſtolis. *tomo* 1. *p.*163.
Articulus *deſrendit de Cęlis* contra Budneitarum ſeoſum exprimitur. *tom.* 1. *p.*151.
Siruuaniæ blasfemiæ nomine quid intelligatur. *t.*2. *p.*102.
Sibrandus Bellarmini impugnator. *t.*2. *p p*82.
Ejuſdem propoſitiones erroneæ. *ibidem.*
Simonis Magi ortus, patria, blasfemiæ, abominationes. *p.*184.
Simoniaca labes quam facilè inſinuetur. *ibid.*
Socini duo patruus, & nepos, ambo ejuſdem ſectæ promulgarores, quam impiè blaſfemaverint circa præcipua religionis miſteria. *t* 1. *p.*185.
Circa legem, & gratiam quid ſenſerit Socinus. *p.*187.
Spiritus Sanctus, qua ratione de eodem peculiariter dicatur quod ſit anima mundi. *t.* 1. *p.*2.
Non eſt creatura. *p.*5.
Eſt conſubſtantialis Patri, & Filio. *p.*25.
Non operatur in nobis per ſolam fidem. *p.*203.
Spiritus Sanctus nobis eſt revelatus *p.*240.
Procedit à Patre ; & Filio. *p.* 203. 381.
Spiritus Sanctus haber intellectum. *p.*328.
Eſt ab æterno. *t.*1. *p.* 134.
Spiritus Sancti divinitas, validiſſimis probatur argumentis. *t* 2. *p.* 1. 2.
De ejuſdem proceſſione. *t.*2. *p.*153.
Spiritus internus non eſt judex controverſiarum fidei. *t.*1. *p.*477.
Contradictiones quæ hinc ſequerentur. *ibid.*
Spiritus maligni non generantur, nec per incantationem conſtringi poſſunt ad mirabilia perpetranda. *t.*1. *p.*179.
De facto dantur ſpiritus boni, & ſpiritus mali. *p.*221.
Spinoſæ aſſertum de unica ſubſtantia in rerum natura exploditur. *tom.* 2. *pag* 193.
Superioribus eccleſiaſticis, licèt peccatoribus, ſemper obedire tenemur, quandocumque nihil contra fidem aut bonos mores præcipiant. *t.*1. *p.*374.
Statuarum uſus apud gentiles quarè invectus. *t.*1. *p.*352.
Stadingorum hæreſis qua occaſione initium habuerit. *t.*2. *p* 194.
Quam malè ſenſerint de Sacramento Euchariſtiæ. *p.*194.
Synergiſtarum nomine qui veniant. *t.*1. *p.* 228.
Synodus Quiniſexta in qua ſanciri fuerunt 103. canones, non fuit legitima. *t.*2. *p.*138.
De Synodo Ariminenſi, quarè dicatur quod tunc penè torus orbis crediderit Ariminenſes Patres fuiſſe Arianos. *t.*1. *p.*133. 134.

T

THalmud quid contineat. *tom.* 2. *p.*201.
Thalmud alius Babilonicus alius Jeroſolimitanus. *ibid.*
A quibus libri Thalmud compoſiti fuerunt. *ibid.*
Tandemi impudentia exprobratur. *p.* 203.
Templorum conſtructio commendatur, ubi Chatolici ferventius orare experiuntur. *t.*1. *p* 146. 271. 275.
Una cum viris admittuntur etiam mulieres ad orandum in Eccleſiis ab ipſo Eccleſiæ exordio. *p.*271.
Templorum conſtructio, & dedicatio Deo accepta. *t.*1. *p.*445.
Templariorum hiſtorica notitia perſtringitur. *t.*2. *p.*203.
Capita accuſationum contra Templarios *p.*204.
Tertuliani genium valdé auſterum. *p.*204.
Teſtamentum vetus eſt verbum Dei. *t.*1. *p*184.
Teſtamentum an ſit triplex *p.*195.

Tentationes an officiant libero arbitrio. *p.*312.

Tirannum opprimere propria authoritate non eſt permiſſum. *t.*1. *p.*376.

Tonſura Clericorum. *t.*1. *p.*330.

Traditiones SS. Patrum recipiendæ. *t.*1. *p.*144.

A' fortiori traditiones divinæ. *tom.* 1. *p.*127.

Exempla SS. Patrum primitivæ Eccleſię, qui unanimiter traditiones receperunt. *t.*1. *p.*430.

Efficaciſſimis rationibus probatur neceſſitas admittendi verbum traditum. *ibid.*

Tranſgreſſio præcepti ex ignorantia ſupina etiam citrà ſcandalum facta, eſt peccatum. *t.*1. *p.*345.

Tranſmutatio fiſica in humanæ naturę corruptione an detur. *t.*1. *p.*279.

Tranſubſtantiatio vera fit in conſecratione *t.*1. *p.*373.

Hanc ſententiam ſemper cuſtodivit Eccleſia. *p.*374.

Teſtimonia SS. Patrum primitivæ Eccleſiæ pro aſſerendâ veritate tranſubſtantiationis; quibus evincitur falſam eſſe aſſertionem hæreticorum, ſolum à tempore S. Silveſtri ſententiam tranſubſtantiationis invaluiſſe in Eccleſia aſſerentium. *ibid.*

Ex traditione multa credimus certa fide, & obſervamus, quorum nulla extat mentio in ſcripturis. *p.*436.

Traditio quid ſit, & quotuplex. *tom.* 1. *p.*222.

Trinitas non quaternitas eſt adoranda. *t.*1. *p.*48.

Perſonæ tres ſunt in Divinis. *p.* 50. 134.

In Trinitate non eſt triplex Deitas. *p.*302.

Trinitas non infert quaternitatem in divinis. *p.*313.

Trinitas à Chriſto, & Apoſtolis nobis eſt revelata. *p.*314.

Unitas in Trinitate ſine confuſione Trinitatis ſubſiſtit. *p.*328. 421.

Trinitatis Miſterium poteſt ſuaderi, licèt non poſſit demonſtrativè probari. *t.*1. *p.*134.

Totæ tres perſonæ divinæ ſunt invocandæ. *p.*313.

Catholicus ſenſus horum verborum, quæ canit Eccleſia *Tu Trinit tis unitas* explanatur contra *Heſchuſium* aſſerentem quod Trinitas eſt unitas. *p.*328.

Voces quibus Scholaſtici utuntur in explicando Miſterio Trinitatis fundatæ ſunt in Sacra ſcriptura. *t.*2. *p.*215.

*T*ypus edictum Imperatoris Conſtantis. *t.*2. *p.*40.

V

VAldenſes variis nominibus noncupati. *t.*2. *p.*218.

Quid ſenſerint contra Eccleſiam. *p.*219.

Quid contrà ſacramenta. *p.*221.

Quid circa alia Eccleſiæ dogmata. *p.*222.

Valentini figmenta circa Trinitatem. *t.*2 *p.*223.

De hæreſi Valeſiorum. *p.*224.

Dicti etiam eunuchi. *p.*224. 225.

Vbiquitarii à quo ſortiantur originem. *t.*1. *p.*225.

Verbum divinum aſſumpſit integram naturam humanam quoad corpus, & animam. *t.*1. *p.*64.

Nihil verbi converſum eſt in carnem. *ibid.*

Verbum eſt ejuſdem ſubſtantiæ cum patre. *p.*72.

Non aſſumpſit perſonam humanam. *p.*85.

Neque formam angelicam. *p.*105. 107.

Aſſumpſit corpus, & animam rationalem. *p.*321.

Verbum divinum non eſt factum, ſed genitum. *t.*1. *p.*11.

Verbum divinum eſt Deus. *t.*2. *p.*164.

Eſt conſubſtantiale Patri. *ibid.*

Verbum Dei temporibus Chriſti, & Apoſtolorum fuit purè traditum. *tom.* 1. *p.*47.

Verbo Dei ſcripto, & tradito credendum, non peculiari interno ſpiritui *p.*154.

Verbum Dei predicare nemo poteſt ſinè licentia ſuperioris eccleſiaſtici. *pagin.*388.

Virginitas commendatur. *t.*1. *p.*244. 254. 379.

Inter viſionem, & comprehenſionem diſparitas. *p.*267.

Vini potus eſt permiſſus. *t.*2. *p.*182.

Vigilantius an Gallus fuerit, vel Hiſpanus revocatur in dubium. *p.*226.

Vincentianarum obiectionum author non fuit Vincentius Lirinenſis. *p.*228.

Unitas eſt nota Eccleſiæ. *t.*1. *p.*65.

Unio hiſpoſtatica in quo conſiſtat. *tom.* 1. *p.*200.

Unio hipoſtatica facta eſt in ſola perſona Verbi. *t.*2. *p.*156.

Voluntas humana licèt voto adſtricta quomodò adhuc liberè operari intelligatur. *t.*1. *p.*241.

Vocationis ſpecialis nomine quid intelli-

gen-

gendum. *tom.* 1. *pag.* 205.
De vocibus ſubſtantiâ, & eſſentiâ, *t* 1. *p.*57.
Voluntas Theandrica quid ſit, *t.* 2. *p.* 41.
Duplex in Chriſto voluntas aſſeritur. *ibid.*
Voluntariè etiam pro peccato commiſſo ſe interimens peccat. *p.*82.
Vota non ſunt pernicioſa libero arbitrio, *t.*1.*p.*69.
Vota monaſtica non improbanda. p.208.
Fieri poſſunt de re non præcepta. *p.*209.
De votis *p* 241.
Uſura eſt prohibita. *t.*1. *p.*26.
Uxorum communitas reprobatur. *p.*139.
Sicut etiam Uxorum pluralitas. *p.*221

SUP-

SUPPLEMENTUM

XVI. ANTONIUS ac Paulus Movani fra-
tres, genere nobiles, fœdantes hæ-
reſi avitam pietatem, & nobilitatem,
in Provincia Phocenſi Calvinianam
perfidiam dilatarunt.

XVI. ALEXANDER Hujotinus à Magiſtratibus
in crimen ſuſceptæ impietatis Calvi-
nianæ adductus, fuga ſibi conſulens,
ad invadendum comitatum Avenio-
nenſem ſe contulit, à quâ impietate
fuit ab adverſa valetudine remotus.

XVI. CARNESECHIUS Petrus, Clericus Flo-
rentinus, hæreticorum ſui temporis
conſuetudine depravatus (de quo
plura receuſet in ſuis annalibus La-
derchius tom. 22. continuat. annal.
Bar.) ſub S. Pio V. tanquam hære-
ticus incorrigibilis captus, capite
damnatur, & Romæ comburitur, cum
34. propoſitiones hæreticales evo-
muiſſet, quæ omnes per extenſum in
præfato annal. tom. referuntur, jam
in hoc opere, vel implicitè, vel ex-
plicitè confutatas: quapropter hic
iterum refricare non juvat. De pluri-
bus aliis hæreticis, qui ſeculo 16.
inter Calviniſtas, aut Lutheranos
celebres debaccharunt, mentionem
facit præfatus annalium continuator
loco cit. ad quem lectorem remitti-
mus, ſi fortè de eorumdem patria,
vita, & moribus notitiam deſide-
rat, qui tamen cum nullum de no-
vo errorem invexerint, ſed ſolùm
pro Calviniſmo, & Lutheraniſmo
dilatando laboraverint, ideò ab am-
pliori eorundem notitia abſtinemus,
cum Hæreticos, ſivè Lutheranos,
ſivè Calviniſtas, qui aliquem ſupra
magiſtros ſuos propagarunt erro-
rem, jam in corpore operis inſertos
exhibuerimus.

XVI. CONRADUS Cropch in Polonia varias
diſtanniens hæreſes, Calviniſmi &
Lutheraniſmi ibidem factus nova-
torum ſignifer, juſta ſeveritate ab
Epiſcopo Cracovienſi coercetur.

XVI. GUILELMUS Rondeletius, medicinæ pro-
feſſione clarus, Academiam Mon-
ſpelienſem graviter corrupit, ſe-
mina Calviniſmi ſpargens, & pro-
pinans pro medicina venenum.

XVI. GERARDUS Ruffus Calviniſta, pſeudo
Epiſcopus Olorenſis in Bearnia, hæ-
reſeos peſte Reginam Ioannam in-
fecit, totamque Provinciam Bear-
nienſem, & cum eſſet Sacramenti, &
Miſſæ ſacrificii abrogandi avidiſ-
ſimus.

1. Prædicabat ob majeſtatem myſterii
ſacrificii, ſemel tantum in anno ce-
lebrandum fore, ut majori pietate
populus intereſſet, illa arte ſic præ-
dicans, ut ſenſim deſueſcerent ho-
mines intereſſe ſacrificio Miſſæ.

2. Feſta Sanctorum ſub ſpecie chari-
tatis diminui tentabat.

GYMNOSOPHISTÆ. Iſtorum ſecta circa XVI.
medium ſeculi 16. apparuit in Armu-
ſiæ regno rediviva, ad quam extin-
guendam ſtrenuè laboravit Gaſpar
Barzeus Soc. Jeſu, qui ad Bracman-
nos Catholicam Religionem propa-
gaturus profectus, primatium ex
Gymnoſophiſtis convertit ad fidem,
cujus exemplo plures alii ſacro lava-
cro fuerunt expiati. More igitur ve-
terum Gymnoſophiſtarum invenit
præfatus Gaſpar in Regno Armuſiæ
degentes in ſpeluncis, qui ad imbuen-
das variis erroribus incolarum men-
tes, & ad emendicandam ſtipem in-
terdum prodibant, & veſperè rever-
tebantur ad ſpeluncam idolum vene-
raturi, quod *Pagodem* Indi appel-
lare conſueverunt. Uberiora hac de
re vide in tom. 21. continuationis An-
nalium Odorici Rinaldi.

JACOBUS Chelmenſis, pſeudo Epiſcopus XVI.
Vladiſlavienſis, Clerum Chelmenſem
corrupit, de cujus impietate compe-
ſcenda ſcripſit Paulus IV. Pontifex M.
ad Sigiſmundum Poloniæ Regem.

Aſſerebat neminem ad continentiā obſtrin-
gi poſſe, ex oraculo Salvatoris, in-
nixus illis verbis. *Qui poteſt capere
capiat*, quem eruditè confutat Ho-
ſius Cardinalis. *De conjugio Sacerd.
p.* 340.

JACOBUS Ruffus ſeditionum author, pro- XVI.
pè Lugdunum peſtilentiæ cathedram
erigit, urbemque poſtmodum in Hu-
gonotticam ſervitutem redigere
tentavit.

IOANNA Bucera, præter Calvini hære- XVI.
ſim, quam profitebatur in Anglia,
etiam Valentini hæreſim innovavit, ab
ipſis hæreticis Londini combuſta.
Varias in Anglia hæreſes hoc anno
diſſeminatas, ſive ex antiquis jam
extinctis deſumptas, & refricatas.
Vide in Annal. Odor. Rinald. ad ann.
1550.

MILONUS Coverdalus fuit contra Eu- XVI.
chariſtiam blaſphemus, cujus faci-
nus perſtringit Rinal. ad ann. 1550.

IOANNES Heſſelus erroneas opiniones XVI.
unà cum Michaele Bayo ab Acade-

mia Pariſienſi damnatas promulgat.

MAROTTUS in Gallia unà cum Beza Pſalmos corruptos modulis ſuaviſſimis aptatos introducit, ut unà cum cantu hęreſis faciliùs hauriretur.

NORMANNUS quidam Ludimagiſter, cujus nomen ignoratur, Anabaptiſticos furores imitatus, piorum Gallorum cædes meditabatur, & lingua diſertus Latinam, Græcam, & Hæbraicam docens, factum eſt ut permulti ad illum auditores confluerent, ſuaſque promulgans impietates, & figmenta, etiam apertis in campis propter affluentem multitudinem concionabatur, qui tandem captus, furoris ſui pœnas ſubiit, ex ſuperiorum ſententia flammis judicatus.

1. Blaterabat ſe Deo inſpirante prædicare.
2. Dicebat Antichriſtum brevi moriturum.
3. Se à Deo electum, ut omnes impios everteret, & de terra ſummoveret, nec Principibus, aut Magiſtratibus parceret.
4. Se non ante moriturum, quàm mundum purum ab omni peccato, & culpa ſtatueret.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google